Amphicollus, vtrinque conglutinatus.

Amphichōlus, vtrinque claudus.

Amphicōmus, vtrinque, circumquaque comatus, amphicūrus, circumquaque tonsus.

Amphictŏnes, p.c. Perichthŏnes, qui circum circa habitant, *Habitanti intorno*.

Amphictyones, consessus Græcorum ad Thermopylas, XII. regionum. Amphictyonicus concessus, augustissimus.

Amphicyrton, vtrinque gibbosum, vt Luna nondum plena. Item lignum cauum, quo mulieres in humeris onera gestant. *Bigiolo da portar pesi*.

Amphideæ, ornamenta iuncturarum manuum. Poll.

Amphidexius, amphidexter, qui est fausti auspicij. Asteropæus.

Amphidoxa, dubia, de quibus in vtramque partem disceptatur.

Amphidiorthōsis, fig. cum dictum aliquid acerbius mitigamus.

Amphidōrus, p.c. vtrinque excoriatus.

Amphidoxĭum, cuius contrarium sæpè contingit.

Amphidromia, orum, festum familiæ, quo natum puerum quinto die circumferebant propinqui & amici, dona dantes, manusque abluebant omnes obstetricationi qui interfuissent, infantemque gestantes, focum circumcursabant. Turn. Dies quintus ab infante nato. Dalech.

Amphidrōmus, p.c. vndique circumcursans, *Chi scorre di quà, e di là*. Amphidromius, quintus dies à partu.

Amphidymus, p.c. geminos aditus habens, *Chi hà due entrate*.

Amphidūlus, p.p. ex vtroque parente seruo natus, *Nato di padre, e madre schiaui*.

Amphiergum solum, quod dimidiâ ex parte irrigatur aquis cœlestibus, alterâ radijs incalescit. Theoph.

Amphiesma, indumentum, *Vestimento*.

Amphiestris, stragulum dormitorium, amiculum, Poll.

Amphicterĭdes, festa anniuersaria. Suid.

Amphigōnus, p.c. priuignus, *Figliastro*.

Amphigyos, vtrinque acutum, aut lædens, *Acuto da due parti*.

Amphilālus, p.c. passim, circumquaque loquax.

Amphilaphia, amplitudo, auxilium, quod fertur ex vtraque parte. Suid.

Amphibologia, p.p. Amphibolia, ambiguitas sermonis. Amphilŏga, p.c. controuersia, ambigua, *Controuersie*.

Amphilyce, dubia lux, crepusculum.

Amphimăcer, p.c. amphimăcrus, pes ex primâ, & vltimâ syllabâ longâ constans, mediâ breui. Amphibrăchus, contra ex breui primâ, & vltimâ.

Amphimalla, amphitâpa, Gausăpa, vestis vtrinque villosa, *Veste dentro, e fuora peloſa*. Heteromalla, vnâ tantum parte villos habens, *Veste da vna parte peloſa*.

Amphimascăla, p.c. vestis liberorum duarum manicarum. Heteromaschăla, p.c. seruorum vnius manicæ, maschăla axilla dicta, *Ascella*.

Amphimasta, placentæ ex farinâ, & oleo subactæ, *Focaccie di farina, & olio*.

Amphimerina. Vide, Amphemerina.

Amphimētor, p.p. qui ab eodem patre, at diuersa matre, amphipător, p.c. è diuerso patre natus. Poll.

Am-

Amphimetrium, fundus nauis. Poll. Item signum affectionum matricis, & vuluæ.

Amphinicēton, p.p. de quo vtrinque contenditur.

Amphiorcia, p.p. vtrinque datum iuramentum, *Giuramento dato dalle due parti.*

Amphipaſton, farina imbuta oleo, *Farina impaſtata con olio.*

Amphipatŏres, p.c. qui ex alio patre, ſed matre eadem ſunt: *Figli di medeſima madre, ma di padre diuerſo.*

Amphiphĕra, genus calceamenti muliebris.

Ampiphōnes, p.p. mazæ ſacræ, quas Dianę offerebant Munichij, affixis circum circa facibus ardentibus, amphiphontes, alijs. Pauſan. Euſth.

Amphiphoreus, amphora vtrinque auriculas habens, *Vaſe da due manichi.*

Amphipolis, p.c. vallata ciuitas. Ciuitas aquis munita. Amphipōlus, p.c. circa dominum, dominamve verſans.

Amphippi, deſultores ex vno in alium equum deſilientes, Equi deſultorij.

Amphippotoxŏtæ, deſultores ſagittarij.

Amphiprosōpus, p.p. bifrons, *Chi hà due fronti.*

Amphiproſtylos, p.c. vtrinque columnatum habens in fronte, & poſtico, *Dauanti, è dietro.* Proſtylos, tantum in fronte, *Solo dauanti hà colonnato.*

Amphiprymnon, nauigium vtrinque puppim habens, *Naue, che à la poppa dauanti, è dietro.*

Amphipylos, p.c. vtrinque portas habens, *Porta dauanti, è dietro.*

Amphirreuſis, tympanum in machina tractoriâ, pro loco ſucculæ, quo vtebantur in magnis ponderibus tollendis. Vitr.

Amphisbęna, amphiſibæna, ſerpens, quaſi vtrinque grada, quòd antrorſum, & retrorſum incedat, *Che camina auanti, e dietro.*

Amphisbeticum, contentioſum, *Contentioſo.*

Amphiſcij, biumbres, qui habitant ſub æquinoctiali in zonâ torrida vtrinque vmbras habentes, ad meridiem, & ad ſeptentrionem; nos verò Eteroſcij vnam habemus ad ſeptentrionem.

Ampiſcōmi, p.p. qui circum iacentes pagos habitant. *Circumuicini.*

Amphiſmela, inſtrumentum chirurgicum ſecans. Lex. med.

Amphiſphyra, genus calceamenti muliebris. Poll.

Amphiſtŏmus, p.c. geminum os habens, *Chi hà due bocche.*

Amalthea Onomaſt.

Amphitalantos, vtramque in partem libramentum habens.

Amphitāne, p.c. Chryſocolla, gemma marginibus auro rutilantibus.

Ampităpha, p.c. veſtis vtrinque habens villos, Amphimalla, amphitaba, amphitapa.

Anphitapetia, tapetia vtrinque villoſa, amphitapētes. *Tapeti peloſi dentro, è fuori.*

Amphithalămus, p.c. cubiculi genus, quaſi duplex thalamus, Vitr. Seu vtrinque, vbi ancillæ.

Amphithalaſſius, vtrinque mari cinctus.

Amphithāles, circum, circum florens, vtrinque virens. Item, cui vterque parens eſt ſuperſtes. Poll.

Amphitheātrum, locus ex omni parte ſpectabilis conſtans duobus theatris. Theatrum, verò, ex vnâ tantum. Amphitheatrale, ad amphitheatrum ſpectans.

Amphithĕtum, p.c. poculum ingens, vtrinque anſatum, vt ex quâvis parte poſitum ſtaret.

Amphithyra, p.c. tabulæ b. fores, quales in aris hodie collocantur. Simocatta, Lex. g.b.

Amphithyrum, velum foribus obtenſum. Euag. *portale.*

Amphithyrus, vtrinque portam habens, *Chi hà porta dauanti, e dietro.*

Amphitruo, amphitrīte, ab omni parte formidabilis. Plaut. Item, mare.

Amphĭum, Amphionis monumentum.

Amphŏdus, ontos, vtrinque dentatus. Amphodonta, animalia vtrinque dentata, ſupra infraque.

Amphomoria, p.p. cum vtraque litigantium pars iurat.

Amphŏra, p.c. vas vinarium habens duas anſas, *Anfora.* Item, menſuræ genus, Quadrantal.

Amphorarius, amphorarium vinum, in vas diffuſum. L.I.C.

Amphorarij, amphoræ geruli, *Facchini da portar anfore.*

Amphoraliſ, amphorale, amphoræ capax.

Amphorŭla, parua amphora, *Anforetta.*

Amphoterodoxios, amphidexius, aſteropæus, ambidexter, *Dritto mancino.*

Amphōtis, p.p. poculum binas anſas habens, amphōtum, p.p. Item munimentum aurium pugilum.

Amphoterŏplon, fœnus nauticum, cum fœnerator, & commeatus, & remeatus periculum ſuſcepit. Heterŏplon, cum commeatus tantùm, *Aſſicuratione.* Bud.

Amphractum, ab origine flexum duplici, amfractum. Vide Anfractum. T. Varro.

Amphygij, manibus, & pedibus luctantes.

Rh. *Chi lotta con mani, e piedi.*

Amphysphyra, calciamenti muliebris genus. Poll. Tiraq.

Ampiruo, amptruo, ampiruare, amptruare, dicitur Præsul, cum circum mouetur, more Saliorum. Redamptruare, populus sequens amptruantem Præsulem. Fest.

Amplant, amplificant. Pap. antiq.

Ampleopia, obscuritas visus, Amblyopia. Vide.

Amplexo, amplexor, complector, amplexa, amplectere, *Abbracciare*. Amplecto, antiq.

Ampliãre, augere. Item in iudicio interloqui N. L. non liquet. Lex. I. C. Gell.

Ampliatio diei, iudicij dilatio, in incertum numerum, iudicum potestate factâ. Comperendinatio, verò in perendinum, lege dum taxat constitutâ.

Ampliãti rei, quorum damnatio differtur. Prat.

Amplio, as, augeo, dilato, *Prolongare*. Accrescere.

Amplificãre, amplum facere: amplificatio, copiosa alicuius rei dilatatio, amplificator.

Amplissimus ordo, senatorius, amplissimum, quod latissimè patet. Schar. Amplus, latè patens.

Ampliter, magnificè: amplitas, amplitudo. Cathol. Amplius, magis: item, magis amplum. Cath.

Ampliuãgus, p.c. in amplum vagans, ampliusculus, paulò amplior: amplè, ampliter.

Amplustria, nauium gubernacula, ornamenta ve in summitate mali. Vide apluſtre.

Amphõsis, p.p. recessus æstus maris, contrarius Plemmyridi.

Amprum, helcium, funis per iuga boum tentus, quo onera trahunt.

Ampruo, ampiruo, vide.

Amptruare, vide Amtruare.

Ampulla, vas vitreum ventre amplo, *Ampolla*. Item tumor inflatus, bulla, *Bolla*. Item vestimenti genus. Tiraq.

Ampullacea pyra, instar ampullæ Plin.

Ampullaceum, quod ex ampulla est.

Ampullarius, artifex ampullarum, ampullariæ vnctiones. Apul.

Ampulligeri, ampullas gerentes in balneis.

Ampullor, ampullesco, verbis intumesco, superbio. *Gonfiarsi*.

Amputãre, circuncidere, resecare, ampũto, as, p.c. *Mozzare*.

Amputãta, circumputata, *Mozzata*.

Ampys, capitis ligamentum, seu lorum, reticulum auro, & lapillis splendicantibus ornatum. Item catena aurea vinciens setas equinas. Rh. Ampix. Tiraq.

Amsanctus, vndequaque sanctus, *Santo da ogni parte*.

Amsegetes, quorum ager viam tangit.

Amtermini, ampetermini, qui manent circa prouinciæ vicinæ terminos: amtermines, antermini, antermines, Fest. Scal. *Confinanti*.

Amtruare, circum voluere. Trua, olla, quæ circum mouetur. Scal. vide Ampiruo.

Amualles, circumuallatæ, secreta loca. Pap.

Amũla, p.c. vas ad aquam portandam religionis gratiâ, quasi, amola, amoliens pericula, amula, dimin. amola, *Ampolla*.

Amulẽtum, p.p. remedium contra fascinum. Item contra omnia venena, *Preseruatino*.

Amulam, amolum, amylum, antiq. Salm. Vide.

Amurachonus, minister aulæ Turcicæ, Gloss. g.b.

Amurca, oleæ sordes præcedentes. Fæces, quæ sequuntur, *Morca*.

Amurcarius, institor amurcæ. Amurcaria dolia: amurcatus, amurcâ illitus.

Amusium, amussium, organum ventis inueniendis excogitatum. Rh. *Bussola de venti*.

Amusologia, intempestiuæ fabulæ.

Amusus, p.p. â musis auersus, cantandi imperitus; amusio, imperitia, *Ignorante*.

Amussatus, examinatus, approbatus. Beroal.

Amissi albi, nullo delectu, *Senza ordine*.

Amussi, ex amussim, regulariter, *Appunto*. Fest. ad amussim, ad regulam. Item non tacite. Mutire, loqui. Fest.

Amussis, regula, fabricæ filum, quod fabri materiarij rubricâ oblinunt, *Archipendolo, squadra*. Amussium, quod ad amussim, & libellam est factum. Vitr.

Amusitata opera, ad amussim, exactè facta. Non. *Fatto esattamente*. Amussito, as.

Amũsus, p.p. inelegans, indoctus. *Indotto*.

Amxyrus, absque rasurâ, imberbis, ita Iupiter dictus, & cultus à Campanis.

Amyæ, hulcuscula, & tubercula liuentia. Onom. med.

Amyctica, medicamenta exulcerantia, acribus, & mordacibus constantia. Cels.

Amygdãlus, p.c. arbor nota. *Mandorlo*. Amygdãlum, fructus. *Mandorla*.

Amygdalæ, chirurgorum tonsillæ. Amygdalæum, amygdalinum, p.c. oleum ex amygdalis. Amygdaliceum folium, amygdalæ. *Di mandorlo*.

Amygdalites, herba ex genere tithymali. Plin.

Amylum, p.c. flos farinæ, placenta è siligine colota, & macerata, seu frumento, quasi sine mo-

molâ, *Amido*. Item, ex tritico cibus. Lex. med. Amylus panis, amölum, amülum, Salmaſ.

Amymon, önis, p.c. inculpatus, nullis obnoxius ſannis Bud. *Incolpato*.

Amyntica, ad iniuriam propulſandam apta, Amyntor, auxiliator.

Amyſtis, potatio auidiſſima, ingurgitatio vini ſine reſpiratione. Amyſtim, hauſtim.

Amyus, muſculus carens, vel cui ſunt, ſed non apparent.

Amythus, p. p. fabularum expers, non fabuloſus, *Non fauoloſo*.

A N

Ana, anus. Gloſſ. apud medicos, partes æquales. Item animal ſimile hyænę. Geſn.

Anabach, ſuccus meſpilorum immaturorum. Meſue.

Anabænus, retrogradus, ita dictus fluuius Mæander. Ort.

Anabăſis, p.c. herba, equiſetum, Cauda equina, dicta. Item morborum aſcenſus, & augmentum. Onom. Med. Item, aſcenſus.

Anabaſius, qui exploratum mittitur peregrè. Item aſſenſorius. Item, qui mittitur diſſeminaturus aliquem rumorem.

Anabatæ, Vide Parabatę, ſeu Andabatæ.

Anabathmi, gradus imi, vnde in theatris exiliebant, Furię. Scal.

Anabathra, ſcalæ, pulpita, gradus ſuperiores ſcanſiles.

Anabaptiſtes, rebaptizator, ita dicti quidam Hęretici rebaptizantes.

Anabibazon aſcendens planęta, Tertul.

Anabiōſis, p.p reditus ad vitam, reſurrectio.

Anaplepſis, recuperatio viſus.

Anabŏla, prœmium carminis. Terra egeſta, pallium muliebre.

Anabŏla, Embola, onus nauis. Salm. Vide Embola.

Anabolagium, anaboladium, Sindon, qua humeri mulierum operiuntur, anabŏle, amictus. Iſid. *Tonagliuolino da collo delle donne*.

Anaboleus, ſtrator, qui reges in equo ſuſtollebat. Item ferrum pendulum ephippio, ſtapeda, *Staffa*. A ſtratura.

Anabolicæ, vide Embolicæ.

Anabrochiſmus, cum imminiſſis vinculis aliquid ſuperuacaneum, tabefactum tollitur. Item, ablaqueatio, pilorum reflexorum in palpebris manualis operatio. Onom. med.

Anabrōſis, Diabrōſis, corroſio, ſolutio continuitatis in oſſe. Lex. med.

Anabula, animal quadrupes. Geſn.

Anacacabea, arbuſcula, lotos, Faba Græca, Ruel.

Anacæon, anogæon, carcer in quem conijciebantur peruerſi ſerui, ſeu liberti ingrati.

Anacephalæōſis, recapitulatio, cum capita ſummarum repetuntur, Epilogus. Anacephaleoſis.

Anacacalypteria, orum, munera ſponſæ miſſa, cum primum hęc retecta ſe videndam prębebat, dicta etiam Epaulia, Theoretica. Rh. Anacalypterium, feſtum hoc.

Anacampsĕros, p.c. herba à reducendis amoribus dicta.

Anacampſis, renouatio, redemptio feudi, reflexio.

Anacanthos, ſpinis carens, *Senza ſpine*.

Anacarę, p.c. tympana rotunda inferiore parte. Nacara. Lex. Philol. Codin.

Anacardium, fructus peregrinus, cordis formam referens. Anacordos, arbor.

Anacariſtæ, tympaniſtæ. Anacaradæ, pulſationes tympanorum.

Anacathartĭcus, exputgatio. Item, allegorici ſenſus anagogica explicatio.

Anacathartica, medicamenta, ſordes eluentia, abſtergentia. Hipp.

Anacia, feſta Caſtoris, & Pollucis. Anaceon, Anactorium, eorum templum.

Anacephaleōſis, p.p. ſummaria repetitio antedictorum, recapitulatio, Epilogus.

Anacephaleotica, repetitiones dictorum, *Ripetitioni*.

Anacryxis, renunciatio facta per præconem.

Anacerma, vaſculum, quo oleum effunditur.

Anachites, adamas dictus ob nitorem, vanos animi motus abigens.

Anachmus, ſpiritus incorporeus.

Anachorēſis, p. p. receſſus, receſſus, locus ſemotus, ſolitudo, *Eremo*.

Anachorēta, p.p. eremita ſoliuagus, qui ſolus, & reclusus habitat in deſertis contemplationi intentus Eremita, p.p. verò non ita ſolitarius, vt ille. Gonon.

Anaclaſis, repercuſſio, reuerberatio, reuocatio ab exilio. Anaclēſis.

Anachlēna, inſtrumentum ferreum. Iſid. Gloſſ.

Anaclinterium, accubitum, accubĭta, lectus in quo interdiù quieſcimus, *Letticiuolo, Matarazzo per ripoſar il giorno*. Pars lecti puluino deſtinata. Salm.

Anacliſis, reuerberatio repercuſſio luminis, & Schard.

Anacliſmus, anacliſis, accubitus, reclinatio.

Anaclita, anaclinteria, plutei, doſſualia ad quæ caput aut dorſum applicamus, & acclinamus. Salm. Anacleteria, declinatoria.

Anacœla, palpebræ superiores. Onom. med.
Anacœnosis. Fig. communicatio, cum aduersarios consulimus, aut cũ iudicibus deliberamus.
Anacollēma, p. p. anacollēsis, glutinamentum, quo aliquid fluens constringitur, *Incollamento*.
Anacollia, quorum lacryma incommodantes pilos corrigit, Aet.
Anacollemăta, medicamenta restringentia, fluxum oculorum siccantia, conglutinantia. Lex. med.
Anacolūthon, inconsequens, fig. cum non redditur, quod superioribus respondeat.
Anacōlus, p. p. Chitoniscus, breuissima tunica.
Anacrīsis, p. c. quæstio de reo habita, examinatio, cognitio veritatis, *Esamine*.
Anacrusis, p. p. certaminis Pythij præludiũ. Ampera, primum certãdi periculũ. Catacaleusma, ipsum certamen. Rh. Item organi pulsatio.
Anacrisis, examinatio negotij, quæ per delati interrogationem fit. Alciat.
Anactes, reges, & filij fratresque regum. Rh.
Anactēsis, p. p. gratiæ reconciliatio, Anactetica, reconciliatoria, recreatoria.
Anacyclōsis, p. p. reuolutio, iteratio.
Anactorion, herba, Gladiolus. Dioscor.
Anadelphus, fratre carens. Poll. *Chi è senza fratello*.
Anadēma, p. p. Anadesma, anadesmus, corona, & fasciola capillaris, ornamentum muliebre, redimiculum.
Anadendrădes, p. c. vites arbustiuæ, quę arboribus sulciuntur, *Viti d'alberi*.
Anadendrides, vinum ex vuis arbustiuis, *Vino d'alberi*.
Anadendromalăche, malua arboreſcens.
Anadicia, iudicium de re iudicatâ, sed irrita. quæ fuit. Poll. Anadicus, p. c. iudex.
Anadiplōsis, p. p. reduplicatio figura, eiusdem verbi repetitio continuata. Item, repetitio accessionum febris. Lex. med.
Anadōsis, p. c. digestio, distributio cibi concocti per membra. Lex. med. Item scaturigo, pullulatio.
Anadrōme, p. c. recursus, sublatio, in altum emergens.
Anadysis, p. g. emersio. Anadyomĕne, p. c. Venus, è mari emergens.
Anaëdnos, virgo recipiens nulla sponsalia. Poll.
Anadyomene, exiens. Lex Philol.
Anælipus, nudis pedibus incedens, *Chi camina à piè scalzi*.
Anæmasis, sanguinis carentia. Anęmon, exangue. Anęmus, sanguine carens.
Anæresis, p. c. figura, grauis quędam responsio.
Anerētes, p. c. interfector, euersor. Anęresis, euersio, abolitio. Anęretica, medicamĕta mortifera.
Anæretici planetæ, interfectores, exitiales, vt Mars; Saturnus.
Anæstesia, sensuum hebetatio, & priuatio. Anæstetica, sentiendi facultate priuata.
Anętios, cuius causa nulla est, causã non habens.
Anagargarismus, anagargarisma, collutio fauciũm, gargarizatio. Onom. m. *Gargarismo*.
Anagallis, Corchorus, morsus Gallinæ, herba, *Anagallo*. Iun. Item, herba palustris, & hortensis, *Morgelina*.
Anagæon, anogeon, Cenaculum. D. Hyeron.
Anagiotria, nutrix. Lex g. b.
Anagylpha, p. c. anaglypta, Diacopta, vasa aspera eminenter cælata, *Cose di rilieuo alto*. Contra diaglypha, *D: basso rilieuo*. Vt in cerâ, per sigillum, & huiusmodi.
Anaglyphice, anaglyptice, ars ipsa cælandi. Anaglyptes, sculptor, artifex, anaglypharius, cælator, *Intagliatore*.
Anaglipticum, metallum signis asperum. Sidon.
Anaglyptum, sculturis cælatum.
Anagnōstis, agnitio, anagnōsis, p. p. lectio.
Anagnostes, lector: anagnostæ, lectores in Ecclesia, horum dux Primicerius. Item, amanuensis. Anagnosterium, locus in quo legi solet, *Leggio, lettorino*.
Anagnostica, legendo apta, *Cose da leggere*.
Anagōge, p. p. institutio, subductio. Itẽ, subtilis, & excelsa intelligentia, hinc sensus Anagogicus.
Anagōge, sanguinis sursum eductio, Gorr.
Anagogia, p. p. disciplinę negligentia. Anagogia, p. c. festum Veneris apud Erycem.
Anagōgi, p. p. equi contumaces, Lactistæ, qui calcibus impetunt peruicacius. Rh.
Anagogica, mystica, & quæ hominem sublimia meditantem ad cœlos euehunt.
Anagonistus, qui non certauit, iners, *Poltrone*.
Anagramma, anagrammatismus, litterarum traiectio, transpositio, figura.
Anagraphe, rescriptio, inuentarium, commentarius, *Inuentario*.
Anagraptũ, rescriptũ, in acta relatũ, *Misso al libro*.
Anagria, tempus non venandi.
Anagyris, p. p. faba lupina, frutex syluestris, herba grauissimi odoris. Anagyron, fructicis genus.
Analăbon, p. c. vestis monachorum, superhumeralis. Cassian. Anaboleus. Replica, Resticula. Vide, Armilausa.
Analecta, orum, quisquiliæ, & reliquiæ cœnæ sub mensâ, *immondizie della tauola*.
Analectæ, serui, quisquilias è mensâ legentes. Item, qui lectione multâ exercitati memoriâ sunt firmissimâ, vt quicquid legerint, audierintve, sciant, Grammatici, Turn.

Ana-

Analectides, puellæ conſtipatæ puluillis in ſcapulis, vt hebetiores viderentur.

Analectides, collecti puluilli, ceu quidam ſuperni lectuli, qui ſuprà humeros iacerent, ita dictæ puellæ his ornatæ.

Analectus, collectinus, vnde Analecta.

Analemma, fabricæ ſtructura. Item, ratio deſcriptionis horologij, ſeu inſtrumentum. Celeſtis ſpheræ ſpecies, ad ſolis vmbras in plano horologio, venandas, terminandaſque: ſolarium gratiâ deſcribendorum. Ber. Baldus.

Analemma, reſumptio, firmamentum. Lex. Pnilol.

Analepsia, epilepſiæ ſpecies, Onom. med.

Analepſis, recuperatio ſanitatis, conualeſcentia. Item, figura. Analeptica pharmaca.

Analeptice, p.c. refectrix, ars medendi conualeſcentes ex morbo. Rh.

Analgesia, affectio ſanas partes capitis ſenſu priuans, ex indigeſtione ciborum naſcens.

Analgētus, p. p. analges, ſtupidus nullum ſentiens dolorem. Analgia. p.p. doloris vacuitas.

Analipus, nudis pedibus, Onom. med.

Analmyron, inſulſum, non ſalſum. Gorr.

Analoga, paronyma, quæ habent commune nomen, & rationem non omnino eandem, nec omnino diuerſam, Ariſt.

Analogeticus, qui ratione fulcitur.

Analogia, ſimilium ſimilis delineatio, comparatio, *Proprietà*. Analoge, proportionalia. Analogus.

Analogiſmus, ratio, quæ ab euidenti auſpicatur. Onom. med.

Analogiſmus, firmiſſimum argumentum, quòd à causâ propinqua ducitur. Lex. Philol.

Analogium, analogion, ſacris concionibus aptum. Valſr. In quo libri ponuntur legunturque.

Analogiſmus argumentum ductum à causâ, aut ab euidenti. Epilogiſmus, ab effectu.

Analogiſtæ, tutores, qui non tenentur reddere rationem tutelæ.

Analŏgus p. c. proportione reſpondens, *Proportionato*.

Analos, ſale carens, *Senza ſale*.

Analōſis, p.p. virium conſumptio. Analotica, conſumptiua.

Analphabēti, p. p. omnino illiterati, qui ne alpha, & beta quidem norunt.

Analyſis, p.c. reſolutio. Analytica, orum, libri docentes modum iudicandi, & reſoluendi argumentationes. Analyticus, reſolutorius.

Anamaſchaliſter, ornamentum pectoris, vel capillorum, vel axillarum. Poll.

Anamartesia, impeccabilitas: anamartēton, impeccabile. Caſſian.

Anamaxeutos, locus per quem currus agi nequeunt, *Done non poſſon paſſar carri*.

Anamnēſis, p.p. reminiſcentia, *Memoria*. Item, commemoratio eius rei, quam nos fingimus oblitos. Iſid.

Anamneſtica, reminiſcendi vim habentia, *Che riducono à memoria*.

Anamphibŏlum, p. c. de quo controuerſia non eſt, *Indubitabile*.

Anancæum, neceſſarium, quod ex neceſſitate fit. Item, poculum vrnale. Item, fig.

Ananchītis, gemma, à neceſſitate dicta, quod Deos cogebat, eorum imagines euocando. Synochītis, quæ euocatas continebat à neceſſitate dicta. Anancitis. Turn.

Anancophagia, athletarum, victus, veſcendi neceſſitas. Rh.

Anancophăgus, p. c. qui coactus veſcitur, *Forzatamente chi mangia*.

Anandros, qui ſe virum non præſtat, ſine viro. Anandria p.p. virorum defectus.

Anancōſis, p.p. renouatio, reſtauratio, *Reſtauratione*.

Anangēlus, p. p. nuncio carens, *Chi non hà meſſo*.

Anangophăgus, p. p. coactus neceſſitate edens. Anancophagus, Vide.

Anantagoniſtes, cui nullus par, nullis viribus expugnabilis, *Inuincibile*.

Anantapodoton, apodoſim, ideſt redditionem non habens oratio, figura.

Ananthes, floribus careus. *Non fiorito*.

Ananthēum, flores non emitteus, Onom. med. *Chi non fioriſce*.

Anantiæ, capilli è fronte dependentes. Antiæ, capronæ. Anteuentuli, propenduli crines, *Capelli d'auanti*. Iun.

Anantibleptus, contra quem nullus audet oculos tollere. *Chi non può eſſer rimirato*.

Anantiphonētus, p. p. cui nihil contradicitur, *A chi non ſi contradice*.

Anapales, iterata lucta. Dalech.

Anapæſtus, pes conſtans è duabus breuibus, & longâ. Antidactylus. Item carmen anapeſticum.

Anapariazo, pactum irritum facio, more Pariorum, *Non mantener il patto*.

Anapaſteria: antibaſis. Vitr. occurſus, refragatio, *Contrabaſe*.

Anapeiſmata, p. c. repræſentantia in ſcenâ fluminis tranſgreſſionem. Poll.

Anapele, ſaltatio. Scal. Poët.

Anaphalanthiăſis, p.c. caluitium in ſupercilijs, Phalacrăſis, in capite. Lex. med.

Anaphalis, herba, Gnaphalion.

Anaphlasmum, venereum. Anaphlasmus, res venerea. Rh.

Anaphonēsis, p. p. exclamatio, & pronunciatio alta voce, vocis exercitatio. Onom. med.

Anaphŏra, p. c. subsidium, sursum elatio, relatio criminis. Item, respiratio, & euaporatio odorum.

Anaphŏræ, p. c. ascensiones signorum obliquæ.

Anaphorica, p. c. anaporica, planisphæria.

Anaphŏrum, p. c. fulcimentum dossuarium humerorum baiuli, allectum, amphicyrtum, lignum tortum cauum ad onera gestanda, *Coscino, ò altro per metter sotto i carichi*.

Anaphrodisius, p. c. alienus a Venere. Anaphrodisia, rerum Venerearum nulla cupido.

Anaphysēma, p. p. euaporatio, explosa à visceribus terræ. Anaphysēsis.

Anaplăsis, rerum in somnijs obseruantium imaginatio, *Visione, sogno*.

Anaplasmus, refictio, reformatio. Anaplasma, figmentum, mendacium, *Bugia*.

Anaplerotica, medicamenta cicatrices crassantia, altàque vulnera complentia. Lex. med.

Anapnеusis, respiratio: Anapneustica, vim habentia respirandi.

Anapocritus, p. c. cui non datur responsum, *A chi non si risponde*.

Anapodismus, repedatio, recessio, *Ritiramento*.

Anapodŏton, p. c. munus, pro quo aliud non redditur, *Dono non ricompensato*. Suid.

Anapographus, non census, non scriptus à publicano, *Non arrollato al datio*.

Anapologētus, inexcusabilis, qui defendi nequit, *Inescusabile*.

Anaporica, horologia hiberna, in eis bulla ingrediens per puncta, contra centri tympani versationem, quotidie transfertur, quasi regredientia. Anaporici dies, regradat. Lex. Philol.

Anapotniasmus, suspirium, cum imploratione diuini auxilij.

Anaprăsis, cum nobis venditum alijs reuendimus, *Rivendita*.

Anapsclaphēsis, p. p. supplicatio principi oblata à sententiâ Præfecti Prætorij. Lex. I.C.

Anarchus, anarctus, nullius imperio subiectus, principe carens. Anarchia, contumacia aduersus principem. Status cùm nemo præest.

Anargyria, exceptio non numeratæ pecuniæ, cum quis se accepisse pecuniam fatetur, quam non accepit. Lex. I.C.

Anargyrus, p. p. argento carens, & si opibus aliàs abundet, *Senza vn bagattino*. Ita dicti nonnulli. Sancti. Suid.

Anaristus, impransus, prandio priuatus, *Chi non hà desinato*.

Anarion, publicus conuentus. Rh. *Radunanza publica*.

Anarcesto, assistens viro, dissidia fugiens. Argen.

Anarithmus, innumerus, homo nullius pretij, aut numeri, *Huomo da niente*.

Anarrhinon, per nares retro versum iens. Hipp. *Tirato per il naso*.

Anarrhinon, herba, Antirrhinum.

Anarmostia, animati corporis morbus, & turpitudo. Suid.

Anarthros, malè articulatus. Anarthria, artuum debilitas, *Mal articolato*.

Anas, ătis, p. c. auis nota à natando dicta, *Anatra*. Item morbus anuum, vetularum. Scal. Fest.

Anaticula, parua anas, *Anatrella*. Anatinum, p. p. ex anate, *D'anatra*. Anatarius, qui anates custodit, nutritque, *Chi cura l'anatre*. Anatinum, ad anatem spectans.

Anas, antes, antites, anitas, vetularum morbus, sicut Senium, senum. Scal.

Anasarca, Catasarca, Hyposarcidium, Episarcidium, hydropis species, ita dicta, quod per carnem ille humor fluat. Lex. med. per totum corpus diffusus hydrops.

Anascēue, confutatio, reædificatio. Item figura, cum dicta ab aduersario, aut diuidimus, aut redarguimus.

Anassimandrus vir inglorius. Argen.

Anastaltica, Catestaltica, medicamenta suppримentia.

Anastasimum, cantici genus. Codin.

Anastăsis, anastasia, resurrectio. Anastasimus, dies resurrectionis. Anastasius, resurgens.

Anastasion, troparion, seu canticum diei Dominicæ proprium. Lex. g.b.

Anastatica, sacra in resurrectionis memoriam celebrata, *Feste della Resurrettione*.

Anastătus, p. c. Anaspastus, sedibus suis pulsus, *Scacciato dal suo luogo*.

Anastēma, p. p. exaltatio, altitudo.

Anastæchiōsis, p. p. reelementatio, colliquatio, seu resolutio totius corporis, aut succorum per ventrem, vrinam, aut sudorem. Lex. med.

Anastomatica, aperientia medicamenta, quæcumque vasorum oscula aperire sunt apta, extergendo, incidendo, aut obstructiones tollendo. Lex. med.

Ana-

Anastomōsis, p.p. apertio venarum, quando venarum orificia amplius æquo aperiuntur. Lex. med.

Anastomoticum, venarum spiracula relaxans.

Anastratopedia, castrorum motio, *Mossa dell' essercito*.

Anastrōphe, p.c. peruersio ordinis. Item figura, Inuersio, præpositionis postpositæ.

Anastros, astris carens, obscurus, *Senza stelle*.

Anasyntaxis, census recognitio. Suid. *Riuista dell' entrate*.

Anasyrma, quod sursum retractum est. Item, surtinus conceptus. Poll.

Anataria, aquila anates occidens. Lex. Philol.

Anatarium, locus, vbi anates aluntur, *Anatraio*.

Anatarius, qui anates custodit, & pascit. Item ad anates spectans, *Guard'anatre*. Anatinum, p.p. quod ex anate fit.

Anatăsis, p.p. extensio in altum. Comminatio cum acerbitate.

Anātes, anātas, morbum ani, seu podicis dicebant, aut anuum vetularum, sicut senum Senium. Fest.

Anathēma, p.c. detestatio. Item homo sacer, inferis dicatus, *Scommunica*. Anathematizo, detestor, *Scommunicare*. Lex. Philol.

Anathēma, est grauius excommunicatione, anathematizati, maiori execratione mulctati, cùm in cippis eorum proscriptio affixa. Lex. I. C.

Anathēma, p. p. donarium, Dijs dicatum, suspensum tholis, & columnis, *Dono, ò voto appeso à tempij*. Lex. Philol.

Anatheorēsis, diligens consideratio. Cic. ad Att.

Anatheōsis, latria, Dei cultus rectus, *Adoratione di Dio*.

Anathymiāsis, p.p. euaporatio, suffimentum, *Profumo*. Anathymiāma, p.p. stomachi euaporatio.

Anatichismus, instauratio murorum, *Rinouatione delle mura*.

Anaticulum, ostij verticillum, strophinx, *Ferro che si gira per aprir la porta*.

Anatilanta, hymnus cantatus in coronatione Imperatoris. Codin.

Anatocismus, vsuræ renouatio annua, vsura vsurarum, *Vsura sopra vsura*.

Anatocizo, vsuram renouo. Lex. Philol.

Anatŏle, p.c. locus vnde sol exoritur, ortus solis, & lunæ. Item album in radice vnguium, *Bianco dell'vnghia*.

Anatolismus, & Dysismus, vis ortiua, & occidua, oriens & occidens. Chirch. de magnete.

Anatŏme, p.c. anatomia, membrorum dilectio, vnde anatomica ars, anatomia. Anatomicus, artifex.

Anatŏnæ, p.c. catapultæ longioribus neruis, Catatŏnæ, breuioribus. Vitr.

Anatŏnus, p.c. sursum tendens, *Chi và in sù*.

Anatrŏpe, p.c. conuersio, euersio. Anatrŏphe, nutrimentum, educatio, *Educatione*.

Anatrum, vitrum in colores varios liquefactum. Parac.

Anātus, anulatus. Anus, anulus. Glos. Salmas.

Anatypōsis, reformatio, *Reformatione*.

Anaulathyontes, sine tibijs sacrificantes. Anaulus, sine tibijs, imperitus artis tibicinariæ.

Anaumachium, desertio pugnæ naualis, cum quis non venit. Poll.

Anauros, auræ expers.

Anauta, nauibus imperuia, *Per doue non passano naui*.

Anauxētum, herba, Gnaphalij ex genere. Dioscor.

Anauxētus, p.p. qui augeri non potest.

Anaxant, nominant. Suppl.

Anaxare, quasi ad axim, seu assiserem, & tabulam referre, vbi publicè solet aliquid intimari. Lex. Philol.

Anaxaris, autopodium, ocrea. Poll. *Stiualetto*.

Anaxyrides, vestes, & braccæ longis femoralibus auro pictæ, & versicolores, *Brache di varij colori*. Lybarsiæ. Vide.

Anaxyris, Oxălis, herba; rumex, *Romice*. Item femorale.

Anazeuxis, anazyge, motio castrorum, vasorum conclamatio.

Anca, anser. Glossæ. A. L.

Ancalides, sarmentorum vincula. Poll. *Vincigli*.

Ancalidophŏri, ancalidas, id est, ligna vinæ mensura ferentes. Rh. *Porta legna*.

Ancarij, furiosi, vt, Bellonarij. Lucil. Turn.

Ancæsa, Amcæsa, vasa celata. Fest. quod circuncidendo talia fiant, *Vasi intagliati*.

Anceps, vtrinque acutum, quasi dubij capitis. Item ambiguum, *Dubio*. Quod vtrinque capere potest.

Anchemāchi, cominus hastâ pugnantes. Rh.

Anchemelæ, hastæ manuariæ, Orectæ: Palta, vibratoria: Contus, vtrumque. Rh.

Anchiallus, Maron, ludi genus.

Anchilops, tumor in margine oculi angulo consurgens. Ægilops. Vide.

Anchimachētes, cominus pugnans, *Chi combatte da vicino*.

Anchiromāchus, p.c. nauigium aptum ferendis nauibus, cæteriſque nauticis instrumentis.

C. Step.

Anchiſtrophus, mutabilis, *Mutabile*.

Ancholia, viola cærulea, *Viola turchina*.

Anchon, flexus brachij, *Piegatura del braccio*, cubitus, citharæ cornu. Item carcer obſcurus Carthagine. Vide Ancones.

Anchone, putrida defectio inter epiglottidem, & linguæ radicem. Poll.

Anchontopūlus, Præfectus puerorum. Archontopūlus. Buleng.

Anchora, p. c. dens ferreus, naues retinens, & vincula antennarum. Ancora, ſine aſpiratione.

Anchorago, piſcis, ſalmo.

Anchorale, funis, cui alligata eſt anchora. Anchoralis, anchorinus, ad ancoras pertinens, *D'ancora*.

Anchorarij, lapides magni ponderis. Cæſar. *Pietre groſſe*. Item anchoram curantes. Anchorarij.

Anchracōſis, maligna oculi exulceratio, carbunculus. Celſ. Onom. Med.

Anchus, ancus, qui aduncum habet brachium, vt exporrigi non poſſit, *Braccio torto*.

Anchuſa, herba lactucæ foliis, dicta, Alcaua, in aſperis naſcens, Orcanetta muliebria.

Anchyloſchēlæ, qui ſunt vngulis incuruis. Onom. Med. *Che hanno l'onghie curue*.

Anciæ, vide Antiæ.

Ancij, ab Anco dicti. Iſid.

Anciator, auricularius. Gloſſ.

Ancile, Ancyle, p.p. ſcutum breue, quaſi vtrimque reciſum, *Scudetto*. Vide Ancyle.

Ancilla, famula, *Fantesca*. Ancillula, parua ancilla, *Seruetta*.

Ancillariōlus, vir ſordidæ libidinis ad ancillas deuergens, Mart.

Ancillaris, ad ancillam ſpectans. Ancillari, miniſtrare.

Ancillor, aris, ſeruio, ſeruire. Ancillo, as. Cath.

Ancipes, anceps. Turn.

Anciſtron, chirurgicum inſtrumentum. Onom. Med.

Ancla, vide Anclia.

Anclabeo, Auricabeo, programma, lex publicè affixa. Gloſſ. Lex. Longob. Lex. Philol.

Anclabra, anclabria, anclabra, vas, & menſa ſacerdotum. Aſſidēla, Feſt. Scal.

Anclabris, menſa, miniſterijs diuinis deſtinata. Feſt. *Menſa ſacra*.

Anclare, anclare, anculare, haurire, miniſtrare, Turn. Feſt. Exanclare, exhaurire, *Vetare*.

Anclēna, inſtrumentum ferreum, Iſid. Gloſſ.

Anclia, anchelia, fiducia. Gloſſ.

Anclidia, æ, rota hauſtoria, vel ſentina. Cath.

Anclo, as, haurio, furor. Anclabile, anclabiliter, ancla, antlia. Vide. *Votare, rubbare*.

Ancon, anchon, ancōna, p. p. cubitus curuus, curuatura manus, & angulorum. Locus etiam in mare excurrens. Item carcer tenebricoſus tyrannorum. Rh. Aneon, & Campe, in brachio, quod in crure, popies, & genu.

Ancon, cubitus, & locus, vbi brachij oſſa coniunguntur. Gorrh.

Ancōnes, p.p. vaſa cubitalia. Item calices nō rotundi, ſed in cubitum flexi. Item brachia catapultarum, & normę, *Squadre*. Item menſulę, in architectura, dictę, *Cartelle*, ſeu *Cartocci*. Vitr. Turn. Item incantatores, vicini, Iſid. Gloſſ. Item flexurę parietum, & promontoriorum.

Ancones incantatores, vel vicini, Gloſſ. Iſid. Lex. Phil. Item ſecures Huggones Gallicæ. Lipſ.

Anconiſci, inſtrumenta tortoria. Item ferramenta oneribus ſuſtinendis idonea.

Ancor, Ancon, antiq. Vide Ancon. Scal.

Ancora, melius quam Anchora curuum ferrum. Vide.

Ancoræ, vincula, quibus antennæ tenentur. Ancorā'e, ad ancoras ſpectans. Ancorāre, ancoras ligare. Cathol. contra, Exancōro.

Ancræ, Angrę, arborum interualla, conualles, valles. B. Vulc.

Ancrare, p.p. conſtringere. Iſid. Gloſſ. fortaſſe, arctare.

Ancteres, p.p. vincula, quibus labra vulnerum ſtringuntur. Item partes colli, per quas ſuffocari contingit. Lex. med.

Anctito, anctio, frequenter ango. Anctus, ſępe cruciatus. Bud. *Tormentare ſpeſſo*.

Ancūba, p.c. inculta. Iſid. Gloſſ. Succūba, ſubintroducta. Pap.

Ancūlæ, p.c. Ancūli, Dęę, Dii ancillarum, ſeu quaſi miniſtri, vnde, Ancillę dictę.

Anculare, miniſtrare, antiq. Roſin. Feſt. Anculo. Anculus, miniſter nuncius. Ancularij, miniſtrare. Scal. vnde Ancillę dictę.

Ancunulentę, omnia ſpurca, & ſordida, inquinamenta, Scal.

Ancunulentę, fœminæ tempore menſtrui dictę, vnde, Inquinamentum. Feſt. Ancunulenta.

Anculida, vua acerba. Lex. g.b. *Agreſta*.

Anculiſima, ſpiritalis materię ablatio per diapeſim ſolutę. Onom. Med.

Ancus, mancus, qui aduncum habet brachium, & exporrigere non poteſt. Feſt. Item mancus, mutilus, Suppl. *Braccio à uncino, mancō*.

Ancyle, p.p. Ancile, p.p. Ancilium, ſcutum breue Saliorum è Cælo delapſum Romæ fatale, *Scudetto, brochiero*. Item durities quędam, & caro calloſa in neruis. Item vinculi anſa, & curua-

& curuatura cubiti, & genu. Item poples. Lex. med.

Ancyliſtæ, iaculatores, iaculo vtentes, *Lanciatori di dardo*.

Ancylium, hamus catenæ. Item linguæ vitium, nexus. fibula, *Legame*.

Ancyloplephărum, cum palpebrarum albo oculi ita coaleſcunt, vt aperiri non poſſint, abſceſſus palpebræ dictus, Inuiſcatio, dicta—, Auicenna.

Ancylochilus, habens roſtrum, aut labrum curuum, *Labro, ò bocca ſtorta*.

Ancyloglōſſum, linguæ vitium, abbreuiatio linguæ dicta, & filum ſub linguâ puerorum, *Sollinguore*, quod ſi dematur, Ancylotōmo, inſtrumento, linguæ blæſitas demitur.

Ancylomēle, p. p. inſtrumentum chirurgicum— hami inſtar aduncum.

Ancylos, p. c. aduncus, curuus. Ancylōſis, vitium, quo membrorum articuli hærent. Item incuruatio, curuatura articulorum recenti cicatrice.

Ancylotómum, p. c. inſtrumentum chirurgicum ad neruum, Sublinguium, amputandum.

Ancylotoxus, curun, ſeu aduncoarcu vtens.

Ancyra, hominis pudendum. Heſych. Gorr.

Ancyrobŏla, p. c. conuiuia quædam publicanorum apud Phœnices. Item merces in portu exacta.

Ancyromăgus, p. c. nauis ſpecies, quæ celeritate ſua, anchoris, & inſtrumentis reliquis nauium vehendis apta. Iſid. Etym. Ancyromachus.

Ancyromēli, Ancyſtron, ſpecium, ſeu ſpecillum hamatum, quo vlcera tentantur. Gorr.

Andabătæ, p. c. gladiatores clauſis oculis pugnantes, *Combattenti à occhi chiuſi*. Anabarę.

Andena, inſtrumentum ferreum foci. Pap.

Andicta, muſcipulæ genus. Poll.

Andigare, iudicare res proprias ſe viuente. Antigare in infirmitate. Andiganum, in ſanitate. Artigauum, in infirmitate. Cod. Iland.

Andrachle, ſcabellum, quod fœminarum pedibus ſubijcitur, *Caſſettina da piedi*.

Andrachne, herba portulaca, *Percacchia*.

Andragathēma, p. p. res fortiter geſta.

Andragathētes, p. p. fortiter ſe gerens. Andragathia, ſtrenuitas.

Andragria, ſpolia detracta homini mortuo belli, *Spoglie*.

Andrāgo, p. p. virago, mulier virilis animi, *Donna maſchile*.

Andrapōdæ, quaſi dominorum pedes. Suid. *Staffieri*.

Andropodia, ſeruilis turpitudo.

Andropodiaſta, plagiarius, liberum hominem pro ſeruo vendens. Andrapōdum, mancipium homo in bello captus, *Chi vende un'huomo libero*.

Andreas, vir ſacrificans, vir fortiſſimus.

Andria, p. p. Cretenſium conuiuia. Syſſitia—, Athen. Phiditia, Spartanorum.

Andrioa, p. p. Andron, andrecōn, p. p. conclaue, porticus vbi viri degunt, magna domus. Suid. Item domus hoſpitalis Cretenſium. Stuch.

Androbūlus, virili conſilio præditus, *Huomo di gran conſiglio*.

Androctonia, homicidium. Androphonia. androctōnus, androphónus, p. c. homicida, *Micidiale*.

Androdas, annus climactericus. LXIII. quod omnem viri ſubſtantiam adimat.

Androdamantus, lapis niger ponderoſiſſimus ad ſe trahens metalla. Iſid.

Androdămus, lapis hominum iracundiam domans. Androdăma, gemma argenti niterem habens. Iſid. Pap.

Androgenia, p. p. hominum propagatio. Androgōnus, p. c. virum generans.

Androgyni, p. c. hermaphroditi, homines vtrumque ſexum habentes, *Ermafroditi*.

Androlepsia, androlepſium, clarigatio, pigneratio illa hominum, ſeu corporum, contra eos apud quos homicidium perpetratum eſt, hæc rerum dicta, *Repreſeglia*. Marc.

Andrologia, virorum collectio ad pugnam, *Scelta di ſoldati*.

Andrōma, ătis, gemma coloris, & odoris miri. Cathol.

Andromăche, mulier à virili pugnâ dicta. Item quæcunque cum viro litigare conſueta.

Andromăchus, cum viro pugnans, *Combattente con un'huomo*.

Andromania, virorum inſanus amor, vt mulierum impudicarum.

Andromanes, p. c. viros inſanè amans, *Innamorata pazzamente dell'huomo*.

Andron, andria andronitis, andronēum, andrōna, locus virorum angustus inter duos parietes, vbi viri conuiuantur, *Loggia, andito*. Gynecæum, mulierum. Item, Syſſitium, Triclinium, Oecon, Pentaclinon, Decaclinon, Synagōgium, conuiuij loca. Rh.

Andronicus, vir victoriosus. Bibl.

Andronitis, conclaue, vbi ſoli viri. Gynæconitis, vbi ſolæ fœminę degunt, *Appartamento*.

Andronymica, nomina maſculina.

Andropęs, puer aliquid virile præſeferens, *Putto virile*.

Andro-

Androphăgi, anthropophăgi, humanâ carne vescentes.
Androphytides, ad homines creandos idoneæ. Dalech.
Andronium, medicamentum, vuæ natæ in fauce medens. Celſ.
Androphŏnus, p. c. hominis occiſor. Androphŏnus, p. p. virilem vocem habens, *Chi hà voce d'huomo*.
Androſæmon, androsăces, p. p. herba montana.
Androſathon, qui magna habet pudenda. Suid.
Androſphinx, verſipellis à ſphinge dictus. Bud. ſic appellat curiam.
Andruare, recurrere. Lucil. vnde. Drua, deducta. Feſt. vel inde venire.
Andrum, radix, roſa. Suppl.
Anecdŏta, p. c. non vulgata, non edita, *Non ſtampati*.
Anedioſus, tædioſus, *Tedioſo*. Pap.
Anecdrŏmus, effugium non habens, *Chi non hà doue ritirarſi*.
Anecclętus, qui nil admiſit, ob quod in ius vocari poſſit, *Innocente*.
Aneclogiſti, tutores rationibus reddendis non obligati, *Tutori non obligati à render conto*.
Anecphraſtum, quod eloquendo exprimi non poteſt, *Indicibile*.
Anegare, mori in aquâ, *Annegare*. Barb. Codd. ll. ant.
Aneleutheria, ſordida parſimonia. Aneleutherus, illiberalis, *Spilorcio*.
Anelios, Sole carens, opacus, *Oſcuro, ſenza Sole*.
Anellus, paruus anulus, *Anelletto*. Cath.
Anelpiſta, præter ſpem accidentia, *Fuor di ſperanza*.
Anelytrum, inuolucro nullo tectum, *Scoperto*.
Anemesĕtus, p. p. nullâ laborans inuidiâ, *Non inuidioſo*.
Anemocamīnus. Vide Heliocaminus.
Anemocœtæ, Ventiſopij, Athenienſes quidam dicti incantamentis tempeſtates ſedantes. Suid. Anemologia, ſpiritalia, tractatus de ventis, & flatibus.
Anemone, p. p. flos non ſe aperiens, niſi vento ſpirante, *Anemona*. Plin. herba, papaueris genus.
Anemophthoria, corruptio aëris, *Infettione d'aria*.
Anemopolĕmus, velitatio. Lex. g. b. Nicet. *Scaramuccia*.
Anemoſcopius, qui ventos rimatur, Ventiſpicus, ventorum indagator.
Anemotaraxis, turbo. Gloſſ. g. b. *Tempeſta*.
Anemphătum, carens emphaſi, ſine ſignificatione.
Anemius, ſine vento, vento carens, *Senza vento*.
Anemoptotus, de quo nemo conqueri poteſt.
Anemoſphŏrus, ex naporum genere herba.
Anemotrĕphus, p. c. à vento nutritus, ad ventum conſolidatus, *Chi ſi nutriſce di vento*.
Anĕmus, ventus, vnde Anemon.
Aneněmus, p. c. ventorum expers, carens ventis, *Senza vento*.
Anengyos, illegitimus. Rh. *Baſtardo*.
Anennoëtus, incogitabilis. Tertul.
Anepachthes, odio, & inuidiâ carens. Anepiphthŏnus, *Senza inuidia, & odio*.
Anepheletos, ſtolidus, ineptus. Gloſſ. *Balordo*.
Anepibuleutus, inſidias non metuens, *Securo dell'inſidie*.
Anepidecta, emplaſtra ſine corroſione medentia. Anepidectos, non mordax, *Non mordace*.
Anepidicus, de cuius hæreditate nulla eſt controuerſia.
Anepigraphus, liber titulo carens, *Libro ſenza titolo*.
Anepinnctus, ab omni ſeiunctus commercio, *Ritirato*.
Anepinoëtum, quod mente concipi non poteſt, *Incomprenſibile*.
Anepiplexia, ſumma licentia.
Anepiſtathmeutus, immunis ab hoſpitijs præbendis exercitui tranſeunti, *Eſente dall'alloggio*.
Anepitactus, nemine iubente aliquid agens, cui nullus imperauit, *Libero*.
Anepitrŏpus, tutoribus carens, *Fuor di tutela*.
Anepſana, incoctibilia, quæ coqui nequeunt, *Duri da cuocerſi*.
Anepſius, conſobrinus, filius fratris, vel ſororis, *Cugino*. Schard.
Aner, vir. Pap. *Huomo*.
Anerinaſtus, incaprificatus, inutilis, qui non retinet, quæ habet, ſed amittit.
Anerilſtum, de quo non contenditur.
Aneſilŏchus, à cogitatione inſidiarum dictus. Plaut.
Anĕſis, requies. Pap.
Aneſpĕros, veſperâ carens, *Senza ſera*.
Aneſtius, qui ſine laribus eſt, id eſt, Veſtam nullam propriam habens. Rh. *Senza caſa*.
Anet, ab aneo, antiq. ſeneſcit. Suppl. *Inuecchia*.
Aneta, auis aquatica, *Anatra*. Barb. Cod. ll. ant.
Aneteriōtus, qui nec alteratus eſt, nec alterari poteſt. *Inalterabile*.
Anetærus, carens ſodalibus, *Senza compagni*.
Anethapich, accipiter, qui anates mordet. Cod. ll. ant.

Anē-

Anēthum, p. p. Anētum, herba odorifera, vmbellifera, *Aneto*. Anethīnum, vnguentum ex anetho, *D'aneto*.

Anetica, medicamenta placida, remittentia_. Tiraq.

Anētos, Deo cuipiam dicatus. Item solutus omni Imperio.

Aneurysma, emporisma, tumor tactu blandus, arteriæ præclusæ ex sanguine, & spiritu causam trahens.

Aneurysmus, arteriæ dilatatio, cute superiacente integrâ, phlegmonis species. Manard.

Aneuthynos, p. c. non obnoxius reddendæ rationi gestorum. Aneuthynia, immunitas, *Esentione*.

Anexetastus, rationibus reddendis solutus, *Chi non è obligato render conto*.

Anexicācus, p. c. laborum tolerans. Anexicacia, malorum tolerantia, *Tolleranza*.

Anexōdus, cui exitus non datur, *Chi non hà esito*.

Anfractus, anfractum, viarum flexus obliqui, in se recurrentes, *Rottula, girandola di vie*. Anfringo, circumquaque pango. Cath.

Angăra, diuersoria, in quæ angări, seu tabellarij peracto cursu diuertunt, *Corrieri*.

Angări, nuntij regij, apud Persas, Astandi, *Portalettere*. Item baiuli. Angărus, angarius, *Facchino*.

Angari, dicti veredarij, quia illis ius angariare_, seu cogere, & vsurpare equos, currus, homines, nauigia. *Poste* dicti. Vide.

Angaria, seruitus coacta, personale munus. Cod. Il. ant. Item violentia, ad quid portandum, aut currendum. Item munus præstandi equos ad cursum publicum. Angarium, angaria, *Grauezza*. Item plaustra, & iumenta ferendis impedimentis destinata. Salm.

Angariarius, qui agrum locat, vt angariam accipiat. Cod. Il. antiq.

Angariati, milites, equites angariati, qui vigilias, stationes, gestationesque in vsum belli obibant. Vuolf.

Angario, as, cogo, compello, *Angariare*.

Angarius, Parangarius, *Posta*. quasi positus certis locis, & in procinctu excubans. Bud. Schar.

Angarus, angarius, nuncius, ignis signum operarius, baiulus, *Facchino, manuale*. Item iniustus exactor. Cath. Astanda. Vide.

Angelia, nuntium, nuntius, res, quæ nuntiatur, *Messaggio, nuoua*.

Angelica salutatio, precatio, Aue Maria.

Angelica saltatio, nuncium agens in nupt. Scal. saltatio inter pocula. Arben. Item radix.

Angelica, herba vmbellifera, *Angelica*.

Angelicon, saltationis genus, quo gestus nunciorum exprimebantur.

Angellus, angulus, paruus angulus, *Cantoncino*.

Angelificātus, factus angelus.

Angelium, annunciatio. Pap.

Angĕlus, p. c. officij nomen, non naturæ, qui extrinsecus aliquid nunciat. Euangĕlus, qui quæ intus fiunt foras promit. Antangĕlus, ex se sponte nuntiat. Epangĕlus, accusatus, quod præter leges concionetur, aut Remp. capessat. Rh.

Angenoralia, sacrificia Angenoræ facta in sacello Volupiæ, cum anginâ animalia infestantur. Varro.

Angeo, ango, antiq. Palm. *Affannare*.

Angens, constringens, crucians.

Anger, spatharius, qui stringit spatham, insidiator. Pap. Isid. gloss. Item serpentis genus. Item cruciator. Cath.

Angerōna, angenora, angeronia, Scal. Dea silentij, vt Harpocrātes, & Sigalion, Volupia, alijs, Dea voluptatis.

Angeronalia, festa angeronæ, cum anginâ animalia laborabant. Fest.

Angia, ferrum, bucula scuti. Isid. gloss.

Angiæ, interualla arborum, conualles. Isid. gloss.

Angina, p. p. Cynanche, Tonsillæ, morbus faucium, angens guttur, *Schinantia*. Lex. med.

Angīna, taberna, funis anchorarius. Aquīna, angina, anguina vinaria, vini suffocatio. Fest. Scal. *Suffocatione di vino*.

Angiportus, iter compendiarium in oppido arctum. Via angusta, flexuosa, instar anguis. Vici caput. Angiportum; via exitum non habens; *Via senza capo, angiporto*.

Angiologia, nasorum incisio anatomica.

Angistrum, similaria, spatouncleguna, cucurbita, *Ventosa*. Isid.

Angitia, anguitia, Medea. Scal.

Angla, anglo; mensa, mensa triangularis. Suppl.

Anglobes, placenta. Suppl.

Angones, Cillibantes, mensæ triangulæ, tripedes. Item machinæ. Turn.

Ango, is, constringo, crucio, premo, *Affannare*.

Angon, arcus retlexi species, qui cum chordam non habeat, è contrario retrorsum conuertitur, cuiusmodi sunt Turcici, *Arco Turchesco*. Heron.

Angōnes, p. p. hastæ Francorum. Agath. Suid. in quibus nil ligni apparet, contra in dolonibus lignum tantùm apparet.

Ango, is, crucio, *Affannare*.

Angor, ōris, p. p. Anxus, us, molestia_, crucia-

cruciatus animi, *Affanno*, ab ango. Vide i

Ango, vas quodlibet, *Vaſe*.

Angræ, angeæ, ancræ, interualla arborum, & conualles, anceæ. Scal.

Angueo, anqueo, coërceo.

Angues, aquarum. Serpentes, terrarum. Dracones, Templorum. Seru.

Anguitia, angitia, Medea. Suppl.

Anguiciälus, paruus anguis, Anguicüla. Ophis, ornamentum manus. Poll.

Anguifer, p. c. Serpentarius, anguitẽnens, Ophiuchus, ſignum cęleſte.

Angu lla, piſcis notus, anguilla. Item, ſcutica. Iſid. gloſſ.

Anguillarius lacus, vbi captantur anguillę, *Lago d'anguille*.

Anguimänus, p. c. Elephantus habens proboſcidem pro manu.

Anguina, anquina, angĩna, p. p. morbus faucium, *Schinantia*.

Anguineum, Anguinum. ad anguem ſpectans, aut inſtar anguis. Anguina vernatio, exuuię anguis verno tempore, *Spoglia di ſerpe*.

Anguipẽdes, p. c. gigantes, pedes tortuoſos habentes, quaſi loripedes, *Giganti*.

Anguis, ſerpens. Anguiculus, dimin. *Serpente*.

Angüla, anguilla.

Angulare, habens formam anguli, *Cantonato*.

Angularius, angulatus, habens angulos, angulatum, angulatile.

Angellus, paruus angulus, *Cantoncino*.

Angulatim, per angulos. *Per i cantoni*.

Angülus, in ędificijs interior, verſura, exterior, *Cantone*. Aggulus, antiq.

Angurotum, pileus Perſicus in cucumeris formam. Codin.

Anguria, Citrulus, herba hortenſis, anguria, *Cocomero*.

Angurium, cucumis, anguros, placentę ſpecies.

Anguſtare, coarctare, ſtringere. Anguſtus, anguſtans, anguſtandus, anguſtẽ, arctẽ, anguſtia, anguſtitas. *Strettezza*.

Anguſticlauia, aſema tunica, quę nihil aut parum habet purpurę, aut perpaucos habet clauos purpureos. Salm.

Anguſticlauium, equeſtris ordinis clauus, & veſtis. Contra, laticlauium, ſenatorum.

Anguſtiportus, angiportus. Suppl.

Angyle, lorum in modum catenę intortum.

Anhelãre, ęgrè halare ex curſu, aut labore nimio ſpirare, *Anelare*. Anhelator, ſuſpirioſus, *Chi hà anelito*.

Anhelitus, anhelatio, ſpiritus anxiè actus, *Fiato*. Aſthma, *Anelito*. Plaut. Anhelia, pugna. Cath.

Anhelabundus, fatigatus. Iſid. Gloſſ.

Anhelõſi, anhẽli, p. p. anhelatores, aſthmatici, difficilè reſpirantes. Lex med.

Anhẽlus, anhelans, ſpiritum ęgrè ducens, *Chi ſpiata con difficoltà*.

Aniatreutos, nulla medelà curatus, *Guarito ſenza medicina*. Vitr.

Aniatrologẽtus, rationis medicinę imperitus.

Anicẽton, p. p. herba, anethum, Item emplaſtri nomen. Gorr.

Anicẽtus, nullâ vi ſuperabilis. Anicij, inuicti.

Aniciana, pyrorum genera. Colum.

Anicius, anicos, inuitus. Cath.

Anicüla, anicella, paruа anus. *Vecchiarella*.

Anicularis, anilis.

Anĩlis, p. p. anicularis, ſenilis. Anilitas, ſenectus, aniliter, ſeniliter, anilia, amentia, fatuitas. Iſid. Gloſſ. Anile, ad anum ſpectans, *Da vecchiarella*. Aniculoſum, anile, ridiculoſum. Cath.

Anima, ſpiritus, vita. Item, alitus, *Fiato*. Anima fontis, aquę, ventus.

Animabilis, animalis, animam, & ſpiritum habens, *Animato*.

Animequus, moderatus, tolerans, minimè querulus. L. I. C.

Animal, animale, animatum, habens animam. Lucr. *Animale*.

Animaduerſus, us, animaduerſio, ab animaduerto, is, conſidero, punio, *Conſiderare, punire*.

Animãlis hoſtia, mactata ob ſolam animam, non ob extа ad Dei voluntatem exquirendam.

Animalitas, animalis eſſentia.

Animaduerto, conſidero, punio. animaduerſor, punitor, *Conſiderare, punire*.

Animequus, moderatus, non querulus. Animequior, animecus. Scal. *Modeſto, facile à contentarſi*.

Animans, animal.

Arceſſo, is, accuſare, ad accuſandum ire, *Accuſare*, ad ius vocare, euocare. Briſſo: accerſere, euocare, *Chiamar fuori*. Arceſſo propriè, voco, Voſs.

Arcetat, occultat. Suppl.

Archæogonia, initium generis, *Principio di generatione*.

Archæologia, hiſtoria de rebus antiquis.

Archæolŏgus, p.c. de antiquis differens, *Antiquario*.

Archęoplutos, p.p. cui antiquæ ſunt diuitię à maioribus relictę. *Ricco*.

Archæotrŏpus, p.c. antiquis moribus præditus. Archęotropīa, priſca viuendi formula.

Archęus, antiquus: vnde Archaicus, vide.

Archagętę, p.p. reges apud Spartas.

Archaicus, antiquis. Archaiſmus, antiqua locutio, antiquitas, *Antichità*.

Archangelus princeps Angelorum.

Archarius, præfectus, moderator. Item nonitius. Heſich. Arche enim principum dicitur.

Archebuleum carmen ab Archebulo inuentum, cuius poſtremus pes Bacchius. Scal.

Archecăcus, p.c. malorum origo, Arche, principium. Archius, antiquus. Proarche, prior principio. Tertul.

Archechŏrus, p.c. choragus, qui choro præeſt, *Capo del choro, ò del ballo*.

Archegętes, p.p. princeps. Lex. I.C. *principe*.

Archelaus, princeps populi, Bibl.

Archelia, regna. Pap. Archelaus, princeps populi dictus.

Archeōta, qui archiuio publico præerat, antiquarius latinè dictus, hodie, Cancellarius.

Archeplūrus, p. p. penes quem administrandarum diuitiarum potestas est, *Chi maneggia le ricchezze*.

Archesostis, vitis alba, Archerostis. Item herba.

Archesperus, vesperæ principium habens, *Chi principia di sera*.

Archetypus, p. c. archetypum signum, primum exemplar, quod sibi imitandum quisque proponit. Archetypa signa, statuæ, non aliorum similitudinem effictæ, *Modello, originale*. Archetypia, exemplar, idea. Dion.

Archia, tabularia publica, principatus. Archīua, Archīum, domus principis. Vlpia. Lex. i.c. *Archiuio*.

Archiatrus, Archiāter, Archiātros, protomedicus; medicorum princeps. Medicus principis, Lex. Phlol.

Archibarrus, elephantorum dux & caput.

Archicapellanus, primus capellanorum, *Decano de cappellani*.

Archibucōlus, princeps bubulcorum, *Capo de bifolchi*.

Archicōquus, princeps coquorum, *Primo cuoco*.

Archīcus, imperitādi cupidus, *Desideroso di commandare*.

Archidia, testes. Glossæ. g. b.

Archidiacōnus, p. c. primus Diaconorum electus à Patriarchâ, aut sacrorum Antistite, tam Ecclesiæ, quàm Imperatori seruiens. Codin.

Archidicastes, qui iudicibus præest. Archidīcus, p. c. qui præest causis, & iudicibus.

Archiepiscopus, Episcoporum princeps, *Arcinescouo*.

Archiereus, summus sacerdos. Archieraticum, ad summum sacerdotium spectans. Archieratsyna, summum sacerdotium.

Archietærus, sodalium caput, *Priore*.

Archieunūchus, cubiculariorum regis princeps. Lex. i.c.

Archiferecitæ, Paratitularij, quibus noti tituli Talmudis. Lex. i.c.

Archiflāmen, princeps flaminum.

Archiflamines, apud nos, Patriarchæ, Primates, *Patriarchi, Primati*.

Archigallus, qui virilia sibi manibus amputauit. Firm. Item princeps Gallorum, seu exectorum sacerdotum Cybeles. Pamel. ad Tertul.

Archigēnes, p. c. generationis princeps.

Archigerontes, principes seniorum. Lex. i.c.

Archigrammatei, scribarum principes. Cancellarij, *Gran cancellieri*.

Archigrāphus, scriptorum princeps, ita dictus Liuius.

Archigubernator, archigubernius, gubernator omnium princeps, classis præfectus. Lex. I.C. *Capitano dell'armata*.

Archileuīta, princeps Leuitarum.

Archilōgus, primus in sermone. Archilogium, principium sermonis. Cathol.

Archimagīrus, p. p. coquorum princeps. *Maestro di cuochi*.

Archimāgus, p. c. princeps magorum, *Capo de magi*.

Archimandrīta, prepositus consentaneæ turbæ, cœnobij, gregis princeps. Abbas, Prouincialis, Episcopus, *Abbate, Priore, Generale*. Archimādritilla. Cod. ll. ant.

Archimia, alchimia, auri vel argenti conficiendi scientia, *Alchimia*.

Archimīmus, p. p. mimorum, seu histrionum princeps. *Primo zanni*.

Archiuium, olearum morbus. Onom. med.

Archinus summus magistratus, & magister populi apud Thebanos.

Archiœconomus, œconomorum caput. Cod. ll. antiq.

Archiœnochus, qui principem locum inter pocillatores tenet. Archœnōchus.

Archiōtæ, p. p. archiuiorum custodes, & qui publico Archiuio præsunt.

Archipatriōtæ, p. p. principes familiarum, *Capi di famiglia*.

Archiperecitæ, Archisynagogi. Petit.

Archipherecita, interpres titulorum Talmudi, cui ad vnguem noti Talmadici. Lex. Phlol.

Archipirata, p. p. piratarum, seu prædonum dux, *Capo di corsari*.

Archippocōmus, p. c. princeps eorum qui equos curant. Bub. Comes stabuli, *Conestabile*.

Archiplānus, p. c. princeps eorum, qui vagantur apud Scythas. *Capo di vagabondi*.

Archipolia, principatus bibendi. Archipōta, potator magnus, aut princeps potatorum.

Archippus, præfectus equorum. Bibl.

Archipresbyter, p. p. princeps presbyterorum, *Arciprete*.

Archismāton, saltatio. Gloss. g. b.

Archisomatophylax, p. c. qui præest custodibus corporis.

Archisterium monasterium, principalis statio. Glossæ. Cathol. Sterium, statio, solitarij habitatio

tatio. Herib. Item, princeps ſtellarum. Paſſer.
Archiſtratēgus, ſummus ducum, militiæ princeps, *Generale dell'eſercito*.
Archiſynagogus, ſynagogę princeps, *Capo della ſinagoga*.
Architectari, conſtruere, *Fabricare* ab Architector, aris.
Architectus, princeps fabrorum, artificum, & in ſtructuris ædificiorum, *Capomaeſtro*. *Ingegniero*.
Architectonicē, Architectūra, ars ipſa ædificandi, cuius iudicio probantur omnia, quæ à cęteris artificibus perficiuntur opera, *Architettura*.
Architectus, Mechanicus, Machinātor, quaſi ſtructorum fabrorum princeps. *Architetto, Ingegniero*.
Architelōnes, publicanorum princeps.
Architalaſſus, claſſis maritimę prefectus. *Ammiraglio di mare*.
Architheorus, p.p. præfectus ſpectaculorum, & ſacrorum, & eorum, qui ſcitatum oracula mittebantur.
Architria, archiſterium, cellula. Heriber. *Celletta*.
Architriclinus, p. p. triclinij prefectus, & qui præeſt parando conuiuio, *Scalco*.
Archium, archiuum, cartophylacium, tabularium publicum, *Archivio*. Grammatophylacium, Tablīnum, vbi publica ſcripta ſeruantur. Cancellariæ. Item locus damnatorum Gallon.
Archizupānus, veſtiarij principis prælectus apud Seruios. Protoueſtiarius, Conſtantinopoli. Lex. g.b. *Guardarobba*.
Archœnocus, pincernarum, & vinariorum præfectus.
Archolipārus, p.c. qui conſequendę dignitatis gratiā prehenſat. Rh.
Archoleon, iubatus Leo, magnitudine & ſęuitia primus.
Archombrotus, mortalium princeps, princeps curator, ſufficiens in vita, Argen.
Archon, ſummus principatus Athenis. Suffes, Carthagine. Dictator, Romę. Princeps.
Archonium, acernus manipulorum, & aliarum rerum. Cathol. *Mucchio, ammaſſamento*.
Archontarium, tentorium ante cohortem Imperatoris orientem ſpectans, Rigalt.
Archontopūlus, aperto capite, proximè affines, & conſanguineos Imperatoris, eius enſem gerit. Buleng. Anon. Anchontopūlus. Vide.
Archontes, ſerui in Eccleſiā. Archonticon, dignitas. Balſam. Lex. g.b.
Archontica, officia ab Imperatore vel Patriarchā oblata. Codin.
Archontici, hęretici creatarum rerum vniuerſitatem principibus applicantes. Archangelis.
Archos, archus, princeps, vnde varia compoſita. Vide.
Archymnus, qui perſonam defuncti ſuſtinebat, eiuſque laudes, dicta factaque repræſentabat. Vuolf.
Arcis, arcus. Non. Varro.
Arcibum, Archium, Archiuum. Paner.
Arciciūla, parua arx. *Rocchetta*. Cathol.
Arcifinālis, ager. Occupatorius, qui ab hoſtibus capiebatur, ita dictus ab arcendis hoſtibus. Arcitinus, arcifinius. Flacc. Sicul.
Arcifinius, ager, qui ſine finibus, tantùm montibus, & fluminibus finitus, ab arcendis hoſtibus dictus, occupatorius, arcifinalis.
Arcili, vrſorum catuli. Euſth. *Orſacchini*.
Arcilla, argilla, terra alba. Suppl. *Terra bianca*.
Arcio, is, indo, adigo, *Cacciar dentro*. Arcire, & arcere, antiq. Stat. *Tener lontano*. Item, aduoco. Arcientes, accientes. Lipſ.
Arciocleptes, antiquus fur. Gloſsæ. g.b. forte Archiocleptes, *Ladro vecchio*.
Arcion, herba paluſtris latis folijs, perſonata, dicta. Gorr.
Arcirma, genus modici plauſtri, quo homines vectari ſolebant, *Carretto*. Arcinna, Arcuma. Vide.
Arciſitio, mors, ab arceſso, euoco quaſi à vita. Rurit. Paſser.
Arcitēnens, p.c. ſagittarius. Apollinis Epitheton.
Arcipōtens, arquipōtens, ant. Cathol. ſagittarius. *Arciere*.
Arcites, arquites, ſagittarius. Iſid. Gloſs. Arciſtis, arciſta, ſagittarius, *Arciere*.
Arciua, vlua, pannicula. Suppl.
Arciuus, arcens, prohibitorius ab arceo. Feſt. arciuum, archiuum, tabularium, ab arcā dictum. Cath. *Archivio*.
Arclæ, arcūlæ, machinæ extra muros vrbis prominentes. Nicet.
Arcora, quæ ſuper columnas fiunt. Pap.
Arctæ, puellæ dictæ ab vsū Athenis ante nuptias Dianæ initiatæ, ob vrſam cæſam.
Arctium, herba in vmbroſis naſcens.
Arcto, as, conſtringo, ſtringere. Arctātus, conſtrictus. Arctus, anguſtus, *Stretto*.
Arctomys, animal formam habens muris, & vrſæ.
Arctophylax, ăcis, p.c. vrſæ cuſtos, Bootes.
Arctos, arctus, vrſa, ſeptentrio. Arctous, ſeptentrionalis. Arcticus, polus ſeptentrionalis, *Settentrione*.

Arctūrus, p.p. ſtella in ſigno Bootæ, quaſi vrſæ cauda.

Arctus, artus, ſtrictus, anguſtus, ab Arceo. Vide.

Arcuatūrę, curuaturę, concamerationes, volutę. Salmas. *Volte*.

Arcuāre, in modum arcus curuare, *Inarcare*. Arcuabile, arcuatum, curuatum, *Inarcato*. Arcuātim, curuè, *A foggia d'arco*.

Arcuātus, Arquātus, morbo regio, aut Icterico correptus. Colum. *A chi ſi è ſparſo il fiele*.

Arcubij, arcubiæ, in arce excubantes. Feſt. *Sentinelle della fortezza*.

Arcŭla, arciua. Scal. auis in ſacris aliquid prohibens. Feſt. Item Arcŭla, arcella, parua arca, *Caſſettina*. Feſt.

Arculāta, circuli, qui ex farina in ſacrificijs fiebant. Feſt.

Arculum, virga ex malo punica incuruata, quæ fit quaſi corona, & umma ſummaque inter ſe alligantur vinculo laneo albo, Flaminicæ in ſacris adhibita. Scal. Lex. Philol.

Arcŭlus, arcellus, paruus arcus, *Archetto*. Item circulus, capiti impoſitus ad onera ſuſtinenda, *Succaporro*, Ceſticillus. Item Deus tutelam gerens arcarum. Feſt. Cathol.

Arcum, arcus. Suppl. Arcum tendere, in obſcœnis, Apul. Arcus, us, notæ ſignificationis, *Arco*.

Arcuma, modicum plauſtrum. Feſt. Chiramaxium. Arcina. Scal. quia manu ſeruorum trahebatur.

Arcūmen, flos, arcum celeſtem imitans. Pap. Iſid.

Arcuo, as, in modum arcus formo, *Inarcare*.

Arcūtes. ſagittarij ab arcu, ſcorpionarij. Suppl.

Arcus, inſtrumentum notum, *Arco*. Item ſuſpenſus fornix. Arquus, Iris in cœlo. Vide. Non. *Arco, arco celeſte*. Vnde Arquatus; Arcuatus. Vide.

Arcusbuſius, quaſi arcus foratus. Barb. *Archibugio*, quòd eo perforato pro arcu vtamur. Lex. Philol.

Arcyæ, caſſes. Næu. reti, compedes. Turn.

Arcys, ornatus muliebris, retis genus, *Rete di donna*.

Arcyōrus, p.p. retiarius, *Chi attende alle reti*.

Arcyoſtaſia, ſtatio ratis, vbi retia tenduntur. Retium tentio, *Teſa di reti*.

Ardalia, vaſorum ſiglinorum fundus.

Ardalio, Ardelio, glutto, vorax, mendax. Iſid. gloſſ. Pap. *Furfantone, mangione*.

Ardanium, ſiglinum vas, vnde potant animalia. Item vas, vbi aqua luſtralis in portis templorum, aut defunctorium. Rigatorium, luſtratorium. Poll. *Pila dell'acqua ſanta*.

Ardea, Erodius, auis ardua petens, *Airone, Garza*. Cephus, alijs.

Ardelio, homo inquietus, huc, & illuc peruolans, *Inquieto, faccendino*. Polypragmon.

Ardeo, conflagro, *Abbrucciare*, Ardeſco, *Abbrucciarſi*. Ardenter, Ardens, Ardor, oris, vehemens calor, *Ardore*.

Arduior, magis arduus, antiq. Arduitas, altitudo. Varro. *Altezza*.

Ardulio, altus cum malignitate. Pap.

Ardum, arduum, vel aridum. Non.

Arduo, adduo, addo, antiq. Roſin. *Aggiungere*.

Arduum, aſcenſu difficile, *Malageuole*. Arduitas, altitudo difficilis, *Luogo malageuole*.

Ardus, aridus, antiq. Non. *Arido*.

Area, ſolum. Item locus vbi frumentum teritur, vel locus vacuus in ædibus, *Aia, piazza*. Item morbus capitis cum profluuio capillorum. Item ſignum cœleſte apparens. Area, eſt medium in ædificio, quod ſepe periſtylio, & poſtibus circundabatur, & hoc dictum atrium.

Area, locus ante deorum ædes, quod in priuatorum ædificijs veſtibulum dicitur. Io. Sauaro ad Sidon.

Arcāle, ad aream pertinens, *Attenente all'aia*.

Arcātor, qui triticum in areâ triturat, qui aream purgat, *Battitor del grano nell'aia*.

Arefacio, aridum facio, *Seccare*.

Areiphilus, Martis amans. In ſchacchis, *Alfiere*. Vide.

Aremanius, bellandi amore inſanus, *Impazzito della guerra*.

Arēna, puluis tenuiſſimus aridus, *Arena, ſabbia*. Item amphitheatrum, vbi gladiatores certabant.

Arenaceum, ex arenâ, *D'arena*.

Arenantia, ſicca, arida. Pap. *Coſe aride*.

Arenariæ, arenæ fodinæ, gloſſ. *Luoghi d'arena*.

Arenarium, ad arenam ſpectans.

Arenarius, beſtiarius, qui in arenâ pugnat. Vide, Harenarius.

Arenatica, ſicca. Iſid. gloſſ. *Arido*.

Arenātum, quod fit ex calce, & arenâ in mortario. Vitr. *Calcina con arena, malta*.

Arenatus, miſtus arenâ, *Meſcolato con arena*.

Arenga, concors verborum ſententia quę ponitur poſt ſalutationem in priuilegijs arduorum negociorum. Item oratio, ſeu declamatio. Schar.

Arenifodinæ, vnde arena foditur, *Caue d'arena*.

Areno-

Arenositas, qualitas arenosa, *Arenosità*.
Arenosum, arenâ plenum, *Arenoso*.
Arenula, diminut. parua arena, *Arenella*.
Areo, aridus sum. Aresco. Aridus, Ariditas, Aritudo, parsimonia, Plaut.
Arĕola, p. c. parua area, *Piazzetta, aietta, vanezza*.
Arĕolæ, p. c. puluilli hortorum, *Porche*. Spatium inter lineas vacuum apud Geometras.
Areopăgus, p. c. Scobulus Martis Athenis, locus vbi primum capitis iudicium factum fuit. Curia, in qua Areopagitæ iudicabant.
Arepenna, arepennis, mensura dimidij iugeris apud Gallos. Colum. aruipendium.
Ares, ferum, bellum, vulnus, Mars, quasi sine verbis, in bello enim non opus verbis. Item, aries. Varro. Item aries, Passer.
Aresceuma, blăda appellatio, *Voce lusinghevole*.
Arescit, aridus fit. Item, errat. Suppl. *Seccarsi*.
Arescon, virga Comicorum, lenonum in scenam prodeuntiũ, cum amico florido. Sc.
Aresthia, gratiæ captatio.
Aresodyna, anodyna, medicamenta dolorem leuantia, & somnum inducentia.
Aresponsis, qui assistit, & dat responsa Principum. Cath.
Aresta, sententiæ Prætoris, quæ rescindi non possunt appellatione. Lex. i. c.
Aresterion, placentæ genus, Dijs consecratum. Etym. Aresterium, sacrificium.
Arestum placitum Prætoris, sententia inappellabilis, Bud.
Arĕta, virtus.
Aretalŏgus, garrulus, loquax, grata loquens. Turn. *Cianciatore, trattenitore*. Item circulator, *Ciarlatano*.
Arĕter, sacerdos. Arĕtas, virtuosus, placidus vir. Bibl.
Aretinus, testeus, Isid.
Aretillum, ampeloprason. Vide.
Arĕtus, p. p. precibus expetitus, quem deprecari debemus, *Da esser pregato*.
Arferia, aqua, quæ ad sepulcra allata Dijs libabatur. Item vas sacrorum, quasi, ad feria, ab afferendo. Adferial. Scal. Glossi: *Acqua, ò vaso sacro*.
Arferre, adferre. Aruenire, aduenire. Arcedere, accedere. Turpil. Scal. ant. Arferius, a, um. Arferre.
Arfines, aruocati, pro affines, aduocati antiq. Leg.
Argabia, flascia, Flascones, in quibus lagenas suas milites condebant, ab ephippijs pendentes, Mauric. Rigal. *Cantinetta piena di boccie, da portar all'arcione del cauallo*.
Arga, cucurbita. Cucurbitare mulierem, vitiare. Gloss. Cod. ll. antiq.
Argagatium, medicamentum aduersus elephantiasim. Lex. med.
Arganthus, mons. arganthonius. Turn.
Argas, serpentis genus. Item qui prudens est præter ætatis rationem.
Argates, agricola, quasi, ergates, Gloss. g. b. *Lauoratore*.
Argei, è scirpeis virgultis simulacra hominum, xxx. qui quotannis à sacerdotibus publicè in Tiberim deijciebantur. Varro de. l. l.
Argei, argea, loca sacra: & sacta ipsa Romæ dicata à Pontificibus. Nann.
Argelŏphus, extremitas pellicei exuuij. Res vilis.
Argemon, argĕma, achimon, vlceratio, quæ in Iridis circulo oculi, alba, extra rubor apparet. Lex. med. Manar macula, *Maglia*.
Argemŏne, herba similis papaueri syluestri, agrimonia.
Argĕnis, idis, candida, argentea, *Bianca come argento*.
Argennum, argenteum percandidum. Fest. Scal. *Argento bianchissimo*.
Argĭnon, gemma ex iaspidum genere. Plin.
Argentangĭna, Argyranche, cupiditas argenti, *Auidità d'argento*.
Argentarij, nummularij, mensarij, collybistæ, argyrognomŏnes, campsores. Item argenti opifices, *Cassieri, Banchieri, Orefici*.
Argentaria, mensa argentariorum, *Argentiera, banco, zecca*.
Argentarium, argentea supellex, armarium, in quo vasa argentea repositа, *Credenza d'argenti*, l. g. b.
Argentatum, argento tectum, *Argentato*. Argentōsum, cui immistum est argentum, *Chevien d'argento*.
Argentiexterebronides, ab argento exterebrando, seu excalpendo quis dictus. Plaut. Lex. Philol.
Argentifodĭna, vbi foditur argentum, *Miniera d'argento*.
Argentum, metallum notum. *Argento*.
Argentum viuum, hydrargyrum, *Argento viuo*.
Argentum, signatum. Argentea pecunia. Factum, elaboratum, *Lauorato*. Infectum, nondum elaboratum, rude.
Argĕnum, argĕnon, argĕntum percandidum. Fest. *Argento bianchissimo*.
Argeos, vocant scirpeas effigies, quæ per Virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim. Fest. Item, Argei, loca Romæ, vbi sepulti Argiui. Lex. Philol.

Arge-

Argeſteron,durum, inſuaue.
Argeſtes, Corus, Iapyx, ventus ab occaſu æſtiuo ſpirans, *Maeſtrale*.
Argētos,velox,candidus,ſplendidus.
Argiarra, ſimulaera. Suppl. ſtatuæ. Argei ara. Scal. Lex. Philol.
Argile, ſubterraneum tuguriolum, *Caſetta ſotto terra*.
Argilētum, p. p. vicus artificum Romæ, & bibliopolarum.
Argilium, p. p. teſtaceum vaſculum, inſtrumentum. Gloſſ.
Argilla,creta, terra tenax figlina, *Creta*: arcilla, antiq.
Argillaceum, ex argillâ factum, *Fatto di creta*.
Argillōſum,argillâ abundans, *Abbondante,pieno di creta*.
Argiōdon,ontis, p.p. albos dentes habens, *Bianco di denti*.
Argiphontes,argicida, Mercurius Argi occiſor.
Argiſterifta, ſtationes, nundinæ, popinæ. Pap. *Bettole, botteguccie*.
Argo,nauis Iaſonis,vnde Argonautæ. Argonautica,poēma. Argonauis,ſignum cœleſte. Argos,albus,otioſus. Argologia,ſermo otioſus, *Parlar otioſo*.
Argonauta,præter communem ſignificationem etiam ocioſus,piger,nauta dictus, Martiali.
Argolēon,albus leo. Argiodus, candidos dentes habens. Salm.
Argumentāle,ad argumentum ſpectans.
Argumentor,aris,Argumentum, Argumentatio, *Argomentare*.
Argomentoſa,ſuccincta,ſollicita. Voc. Eccl.
Argumentoſum,factum magno argumento,& artificio,ſyllogiſmaticum. Sidon.
Arguo, reprehendo, manifeſtum facio, *Riprendere*. Arguens, *Riprenſore*.
Argus,centoculus. Tardus,ignauus. Arginus. Cynoſargus,canis albus,intemperans.
Argutāre, argutè obijcere, *Riprendere*.
Argutari, procaciter loqui. Argutatrix, mulier procax. Argutare, argutè obijcere, *Parlare, argomentare, ò riprendere*. Argutari pedibus, addenſare, eſt fullonum. Salm.
Argutarij,argutarij canes,vertagi. In lege ſalicâ. Salm.
Argutatio, ſtrepitus. Argutiſſimè, acutiſſimè. Gell. Argutè, *Argutamente*.
Argutātor, argutijs vtens, *Sofiſta*.
Argutiæ,acutè dicta, & malitioſè, *Argutie, ſoſtigliezze*. Argutè,acutè.
Argutiōla, dimin. Parua argutia, *Motto arguto*.
Argutum iri,in diſcrimen vocari. Feſt.
Argūtus,reprehenſus. Item ſubtilis, acutus, canorus, *Arguto, ſottile*. Argutūlus,dimin. *Alquanto ſottile*.
Argyranche, fictitia vox. Argentangina, cum quis argento capitur, *Corrotto dal danaro*.
Argyraſpides, argenteis parmis inſignes, *Ornati di ſcudo d'argento*. Argyroaſpis. Chryſoaſpides,aureis. Vide.
Argyrippus,qui argenti causâ inquietatur. Plaut.
Argyritæ, p. p. agones, à præmio argenti dicti: diuites,Suid. *Ricchi*.
Argyritis, ſpuma argenti, *Schiuma d'argento*. Lithargyrium. Item gemma ſimilis argento, habens ſtigmata aurea? Iſid.
Argyrium, p. p. argenti fodina, *Miniera d'argento*.
Argyriſmus,exactio argenti,& pecuniæ, *Eſſattione dell'argento*.
Argyrochalinus,argenteis frænis ornatus,*Chi hà le briglie d'argento*.
Argyrocopium, p. p. ſignandæ pecuniæ officina, *Zecca*.
Argyrocōpus, p. c. monetarius, *Battitor di moneta*.
Argyrodamas, lapillus argenti nitorem habens, *Pietra di colore d'argento*.
Argyrognomōnes, p. c. argenti inſpectores, *Approuatori, aſſaggiatori dell'argento*. Campſores, *Banchieri*.
Argyrologi,argenti exactores. Schar. *Camerlingo, teſoriere*.
Argyromāta, vaſa argentea, *Argentaria*.
Argyropōlæ, p. p. pecuniâ numeratâ vendentes, *Quelli che vendono à contanti*.
Argyrophalārus, argenteis phaleris ornatus, Athen. *Chi hà abbigliamenti d'argento*.
Argyropractæ, p. p. nummularij, ab exigendis pecunijs dicti.
Argyrōpus, pedes habens argenteos, *Chi hà piedi d'argento*.
Argyros, argentum, *Argento*.
Argyrothēca, loculus, in quo pecunia ſeruatur, *Luogo doue ſi ripone l'argento*.
Argyrotoxus, argenteum arcum habens, *Chi hà l'arco d'argento*.
Argyrus, p. c. denarius ab argento dictus. Cath. *Danaro*.
Aria,execratio oratoria, vt ô portentum. Item frutex, *Metallo*.
Ariblatōnes,negotiatores de loco ad locum tranſeuntes. Pap.
Ariæ,mortuorum puluinaria. Iſid. Gloſſ.
Arida,herba buglōſſa ſyluestris. Item terra,dicta in ſacrâ ſcriptura. Pap.

Aries,

Aries, ētis, animal notum, *Montone*. Item machina bellica, *Ariete*. Item signum cœleste.
Arietarius, ad arietem pertinens. Arietis similitudinem habens. *Come montone*.
Arietinum, p. p. quod ex ariete est, seu ex Aretio vrbe, *De montone*.
Ariēto, as, p. c. arietāre, in modum arietis prosternere, deijcere, *Cozzare, vrtar con le corna*.
Arietūlus, paruus aries. Cathol. *Montoncello*.
Ariga, hostia. Varro.
Arigos, à frigore tutus, *Difeso dal freddo*.
Arilātor, cocio, arrilator, arulator, qui sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit capere. Qui emptureiens data arrhā sibi vult credi. Fest.
Arinca, olyra, typha, leguminis, aut frumenti genus, Siligo, alijs. Ruell.
Ariobarzanius, emplastri nomen. P. Ægin.
Ariolātor, Isid. Gloss. hariōlus, Aldo Man. Vide Hariōlor, vaticinor, *Indouinare*.
Ariōlus, p. c. Hariolus, extorum inspector, mathematicus impostor, facta aliorum prædicens. Ariolatio, diuinatio, vaticinatio, *Indouino*.
Aripēta, Homolochus. Vide.
Ariprepia, eximium decus.
Aris, instrumentum fabrile, scobina ferr. Suid. Item herba, Arisaron, Plin. Item Mars.
Arisāre, clamare, est gruum. Pap.
Arisaron, herba pusilla, ari species. Gorr.
Arista, apex acus tenuis eminens è glumâ spicæ, in quâ granum. Aristella, parua arista. Cat.
Aristarchia, optimus Principatus. Aristarchus, optimus Princeps, vel optimatibus imperans. Bibl. Item nomen proprium.
Aristarchium, p. p. Templum Dianæ sacrum.
Aristathlus, optimè decertans, *Combattitore eccellente*.
Aristātum, aristā munitum. Cath.
Aristēa, epinicea, niceteria, præmia data fortitudinis ergo, aristeria.
Arister, placentæ genus. Stuch.
Aristēri, siniſtri, ita dicti Sabbatiani, quod sinistram abhorrerent, eâque nil caperent. Lex. g. b. Aristerus, p. c. sinister. Aristēra, sinistra.
Aristerostātes, p. c. qui à sinistra stat, *Chi stà à man sinistra*.
Aristeticus, consuetudinem habens prandendi. *Chi è solito desinare*.
Aristeus, omnium optimus.
Aristobolus, optimum consilium, optimus consiliator.
Aristocratia, optimatum Principatus, *Republica d'ottimati*. Aristocratus, eius studiosus.
Aristodipnum, prandium cœnæ iunctum, *Desinare, e cena insieme*.
Aristogōnus, aristotōcus, optimæ prolis parens. *Padre de figli buonissimi*.
Aristolochia, herba contra serpentum morsus, non grauidis, sed puerperis salubris, *Aristologia*.
Ariston, prandium, *Pranzo*. Acratisma, ieut aculum, *Collazzione*.
Aristophanium, emplastrum leniens, *Lenitiuo*.
Aristophontes, optimatum occisor. Plaut.
Aristophōrum, p. c. discus, & vas, in quo prandium portatur. Fest.
Aristopōnus, p. c. optimè laborans, *Chi molto s'affatica*.
Aristor, aris, coligo aristas. Cath.
Aristos, optimus.
Aristotechnes, præstantissimus artifex, *Artefice ottimo*.
Aristoxena, erga hospitem benenola.
Arithmetica, ars supputandi.
Arithmeticus, arithmētes, argentarius, numera tor pecuniæ. Lex. i. c. *Abbachista, banchiere*.
Arithmomantia, diuinatio per numeros. Arithmomantes, diuinus per numeros.
Arithmus, numerus. Arithmorum liber, Numerorum in veteri testamento. Tertul.
Aritūdo, ariditas, parsimonia, siccitas, *Siccità*.
Arizelus, p. p. arizelōtus, p. p. magno studio æmulandus.
Arlineum, Ornamentum capitis muliebre. Arsineum.
Arma, notum, *Arme*. Item currus, Armatura, Armifer, Armiger, Armipōtens, Armisōnus, p. c. Armatura, Armator, Armatrix, Armo, as, *Armare*.
Armadon, vehiculum, Cyrill.
Armamaxa, vehiculi genus. Tertul. Plaut. Harmamaxa, Armanaxa. Q. Curt.
Armamenta, quæ ad aliquid instruendum pertinent. *Munitioni d'armi*.
Armamentariōla, dimin. parua armamenta.
Armamentarium, nauale, vbi reponuntur arma, libri, & quælibet instrumenta, *Armaria, arsenale*. Armarium etiam dictum, Promptuarium. Item machina ferro munita.
Armamentarius, qui arma conficit, aut curat, *Custode dell'arme, ò dell'Arsenale*.
Armamentum, arma, armatorium.
Armandia, vectigal ex armentis. Armamentaria publica, aut armorum fabrica. Vectigal certum ex licentia arma fabricandi. Schar.

Arma-

Armariŏlum, exiguum armarium, vbi libri, & cætera vtensilia reponuntur, *Armarietto*.
Armarium, locus, vbi cibaria vestes, &c. reconduntur, *Armario*. Item vbi instrumenta, & arma.
Armasia, coniugium. Gloss. g. b.
Armāta, Maxima Virginum Vestalium sacrificans. Fest. Scal. Amata, alijs.
Armatūre milites, grauibus armis vtentes. Lex. g. b. armatio, armatiuncŭla, parua armatio.
Armāti, qui scutis, telis, saxis, & fustibus instructi. Item milites. Armator, armatrix.
Armelausa, vestis in armis clausa. Cathol. *Schiauina*, ante, & retro diuisa.
Armelinus, animal quadrupes notum. Gesn. *Armelino*.
Armelus, vestis humeros tantùm tegens, vt scapulare. Armelum, vas sacrorum. Cathol.
Armeniaca mala, poma media inter persica, & pruna, *Armelline, arbricocche*. Chrysomela.
Armenta, boum, & equorum. Greges ouium, & capellarum. Seru.
Armentale, p. p. quod ex armento est. Armentinum, armentitium, ad armentum spectans, *D'armento*.
Armentarium, locus vbi armenta sunt. Armentarius, armenti custos, *Bifolco, vaccaro*.
Armentas, armenta. Enn.
Armentum, animal armis gerendis idoneum, *Armento*, Armentōsus, armenti abundans. Armentosissimum, Gell. Armentariŏlum, dimin. Armentitium, Armentinum.
Armeria, Caryophylli species.
Armerij, armorum factores. Cod. ll. ant.
Armicia, hostia, victima. Suppl.
Armicustos, armorum custos. Suppl.
Armidoctores, lanistæ, & qui docent arma tractare.
Armificus, qui facit arma, *Armaruolo*. Poll.
Armigatum, humeris appositum, gestatum. Cathol.
Armiger, qui gerit arma, scutifer. Armifer, qui fert arma.
Armilausa, *Armilausus*, vestis, quæ ante, & retro diuisa, in armos clausa, scapulare monachorum. Salm.
Armillæ, ornamenta mulierum brachiorum, & humerorum, militaria etiam donari solita ab Imperatoribus, *Braccialetti, abbigliamenti militari*. Brachialia Brachionia, Peribrachionia, Tiraq.
Armillātus, armillis ornatus.
Armille, instrumentum, & apparatus versutiarum, ab armis. Doli. fraudes. Apul.
Armillum, vas vinarium in sacris, quod armo portatur. Fest. crater. Isid. Gloss. Varro.
Armilium, vasum. Glossæ.
Armilustrum, armilustrium, armiludium, cum milites lustrantur, aut cum armati sacra faciebant, *Mostra di soldati*.
Armistatio, armorum statio, obsidio. Lex. g. b. *Assedio*.
Armites, milites in vltimo agminis ordine acies armata. Suppl.
Armitenens, armipotens, *Potente nell'arme*.
Armitia, armus pecudis oblatus, Gloss. Lex. Philol.
Armo, as, armis induor munio, *Armare*.
Armoglossius, herba, plantago. Armoglossa, Lingua bouina, herba. Pap.
Armomantia, diuinatio per arma, seu per armos belluarum. Cathol.
Armon, raphani sylueſtris genus, armoracia, Plin.
Armoniacum, Ammoniacum.
Armoracia, raphanus agrestis, *Ramolaccio*.
Armostæ, compositores litium. Poll.
Armostatiōna, obsidio. Mauric. strat. *Assedio*.
Armostes, magistratus reficiendis arcibus, & ciuitatibus, apud Laced.
Armosyni, qui præerant mulieribus, vt honestius incederent apud Lacedæmonios.
Armum, raphani sylueſtris genus, armoracia, Plin. Lex. Philol.
Armus, humerus cum brachio, commissura: armus propriè belluarum. humerus hominum, *Spalla*.
Armyron, salsum. Gloss. g. b.
Arna, agna. Arnus, agnus. Arnoglossa, herba plantago. Arnaglossus, agnina lingua, *Piantagine*. Arna, ouis mater. Gloss. Lex. Philol.
Arnacides, agninæ pelles, præmia quorundam ludorum Olympicorum. Arnacis, agnina pellis.
Arnæ caput, agnæ caput, antiq. Fest.
Arnaris, idis, genus vestium puellarum. Varro.
Arnarium, concilium commune Achæorum.
Arnes, agni.
Arnesium, supellex, *Massaria*. P. Moling.
Arnium, macellum agninarum carnium. Item plantago, quasi agnina.
Arnōdi, Rhapsōdi, qui carmina cantabant, ab agno præmio illis dato dicti. Rh.
Arnoglossum, arnoglossa, lingua agni herba. Plantago, *Piantagine*. Arnoglossus, piscis marinus. Rondel.
Arnon, exultans.
Arnophăgi, p. c. agnorum voratores, *Deuoratore d'Agnelli*.
Arnos, agnos, *Agnello*.

Aro, as, aratro proſcindo, *Arare*. Aratio, aratiuncula, arator, arabilis, arātum, *Arrare, arare*, arātrum.

Aromāta, herbæ, & fructus odoriferi, *Spezie*. Aromaticus, odorem habens aromatum.

Aromatarius, aromatopōla, p. p. aromata vendens, *Aromatario*. Aromatopolium, locus vbi ea venduntur. Aromataria, *Bottega d'aromati*.

Aromatica, catapoſia, aleſanginæ. Vide.

Aromatites, p. p. vinum factitium cum aromatibus. Item gemmæ genus.

Aromatophōrus, aromata ferens, *Portatore d'aromati*.

Aromatopōla. Vide, aromatarius.

Aromatizo, odorem reddo, aromata redoleo. Aromatizare, aromate pervngere. Cathol.

Aron, Aros, bulbi genus odorati, *Gigaro, aro*.

Aronia, ſorbus terminalis. Cath.

Arotix, ſerui Syracuſani ob inopiam, alioquin liberi, vt hodie noſtri.

Arpāgo, Harpago, inſtrumentum vncos habens, ad quid extrahendum è puteis, *Oncino da peſcare ſecchie, lopporo*.

Arpagium, vas irrigandis hortis aptum cum digito admoto foramen ſuperius obturatur. Bud. *Inacquatoio*.

Arpaſtum, Harpaſtum, pila grandior paganicâ, quam in luſu quisque rapere conatur, *Pallone al calcio*.

Arpaxibius, qui rapto viuit, *Chi viue di rapina*, arpax. Vide harpago.

Arpe, Harpe, enſis falcatus Mercurij, *Scimitarra*.

Arpedōne, inſtrumentum, quo filum rotando glomeratur, *Guindolo*.

Arpendium ſemijugerum: apennis, Colum. Arpendia, iugera, Lex. Philol.

Arpennium, quaſi aruipennium. Vide arbipendium, Lex. Philol.

Arpyjæ, rapaces Deæ, Dæmonia alata.

Arquata, ſellula inſtar arcus. Item numenius auis ex genere ardearum.

Arquatūræ, forſices. Pap.

Arquātus, arcuātus, quicquid ſpeciem arcus gerit, *Inarcato*. Item qui morbo regio infeſtatur, Ictericus dictus, *A chi s'è ſparſo il fele*.

Arquites, ſagittarij ab arcu dicti, *Arcieri*. Arquiles. Feſt. Arcites. Arquitenens. Vide, arcitenens.

Arquus, arcus, antiq. Lucr.

Arquus, in cœlo apparens, iris: vnde arquati, quibus color, & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Arcus, ſuſpenſus, fornix.

Arramita, facienda depoſita. Adrhamire, iurare. Gloſſ. Cod. ll. ant.

Arreſtaria, poſtes, ſeu latera oſtiorum. Pontan. *Spallette della porta*.

Arrectarium, quod eſt arrectum. Lex. Philol. tranſuerſario, opponitur.

Arrectarius aller, qui in cratitio pariete arrectus eſt, *Per trauerſo*. Vitr.

Arreptitius, abreptitius, p. c. laruatus, quaſi laruis arreptus, Dæmoniacus, *Indemoniato*. Cerda.

Arreſta, placita. Schar.

Arreſtum, ſcriptum propriè, quo vel perſona alicuius, vel bona, ne loco moueri poſſint, retinentur, Bud. *Sequeſtro*, vnde arreſtare. Cod. ll. antiq. Scriban. gradum ſiſtere.

Arrha, arrhabo, p. c. ōnis, quod in anteceſſum datur, & quo dato confirmatur promiſſio, *Caparra, arrha*, ſponſalitia, proxenetia, &c. Inarrhare, ſubarrhare, arrhâ vindicare, *Incaparrare*. Arreſtatio, iniectio manuum.

Arrhāle, arrhabonicum, quod ad arrham ſpectat. Lex. i. c.

Arhen, arſen, maſculus, *Maſchio*.

Arrhenocœtes, maſculorum concubitor.

Arrhenogōna, medicamenta ad mares concipiendos. Thelegona, ad fœminas. Bud.

Arrhenogonia, maſculorum generatio. Arrhenogōnus, p. c. mares procreans.

Arrhenopæs, cui maſcula proles, *Chi hà figli maſchi*.

Arrhenopos, faciem maſculam habens.

Arrhephoria, Mineruæ ſacrum, feſtum, munus publicum.

Arrheturgia, nefandum facinus. Arrhētos, inenarrabilis, arcanus. Tertul.

Arrhigētus, exhorreſcere neſciens.

Arrhines, hoſtimi, ſine naribus.

Arrhizus, radice carens, *Senza radice*.

Arrhiſea, ſuppreſſio menſtruorum. Gorr.

Arrhoſtia, arrhoſtēma, p. p. ægrotatio, imbecillitas, *Malatia*; Arrhoſtus, minimè robuſtus, *Infermo*.

Arrhythmia, inconcinnitas, & priuatio numeri. Arrhythmus, numeris carens, *Senza numero*.

Arrhythmopōtes, p. c. ad rhythmum, ſeu menſuram non bibens, ſed plenis poculis, *Chi non hà miſura, nè regola nel bere*.

Arrideo, libenter, & riſu aſſentior. Arriſio, riſus, applauſus. Arriſor, qui alicui arridet, *Rider verſo alcuno*.

Arrigo, p. c. erigo, *Arrizzare*. Arrectus, *Drizzato*.

Arrilātor, empturiens, qui datâ arrhâ poſtulat

lat sibi credi. Scal. arilator. Coctio, cocio. Plaut.

Arrigãre, in infirmitate res suas ordinare. Cod. ll. antiq.

Arriugum, arenga, pulpitum, vnde conciones habentur, Mussa.

Arripio, ad me rapio, per vim adduco, *Trar per forza*.

Arrodo, p. p. circum rodo, *Roder atcanto*.

Arrõgo, p. c. assumo, plus satis mihi tribuo. Superbus, *Attribuirsi troppo*. Item adopto. Arrogans, arroganter, arrogantia, *Arrogante, presuntuoso*.

Arrogatio, est adoptio hominis, qui est sui iuris transeuntis in alienam familiam per populi rogationem. Gell.

Adoptio verò filij, vel filiæ familias, qui in patriâ sunt potestate. I. C.

Arrõsor, qui circum rodit, *Chi rode intorno*.

Arruga, arrugia, cuniculus subterraneus, quo extrahitur aurum, *Miniera d'oro*. Plin.

Ars, notum, *Arte, mestiero*. Artifex, Artificium, Artificiosum, Artificialis, artificialiter, Artificiosè.

Arsacus, ramus cancri.

Arse, verse, auerte ignem: inscriptio in ostio ædium apud antiquos. Fest. Lex. Philol.

Arsēda, stella valdè splendens. Cathol.

Arsenãle, nauale, armamentarium. Lex. g. b.

Arsenicum, auripigmentum, *Arsenico, orpimento*.

Arsenocœta, Arsenopæs, masculorum concubitor.

Arsenogõnum, p. c. herbæ genus ferentis semen testibus simile.

Arsenotheliæ, Dij vtriusque sexus participes. Rh.

Arseueum, vestis muliebris rubei coloris. Cath.

Arsibile, cremabile, *Che è bruggiabile*.

Arsida, intrepidus, Argen.

Arsineum, ornamentum capitis muliebre. Cat. Fest. Arsinum, Gloss. Arsinum, Arsineum.

Artis, is, vocis eleuatio, initium. Thesis, vocis positio. Pap. Isid. Etym. Polit.

Arsum, arsura, ab ardeo, vt Sartum, sartũra; Tectum, tectũra. Scal.

Arta, angustia, angiportus. Suppl.

Artãba, artãbes, mensura frumentaria Persica, modiorum septem.

Artabarturæ, monstri genus. Pap.

Artabon, mensura Ægyptia modios quinque capiens. Schar.

Artabularius, craticula.

Artare, vide. Arctare.

Artarion, pedule. Lex. g. b.

Artãuus, cultellus scriptorum. Cathol.

Artelãbo, artificium laboratæ vestis. Pap.

Artelaria, bombarda, tormentum bellicum. Barb. *Artiglieria*.

Artẽma, locum, ex quo pendet marsupium, *Donde stà attaccata la borsa*. Lex. Philol.

Artẽmis, p. c. Diana, quasi aërem secans.

Artemicia, matricaria, parthenium, Herba, Mesuë.

Artemisium, festum Dianæ. Artemisia, herba odorifera, *Herba S. Giouanni*.

Artẽmo, p. c. Artemon, p. c. Ergata, acatium, velum maius nauis, & organum leuandis, & importandis oneribus. Item trochleæ genus tractorium; quo fune ductario per orbiculos traiecto, facili ductu onera magna importantur, exportanturque, *Argano, artimone*. Vide, ergata.

Artemõna, à velo nauis dicta. Plaut. mulier perficiens, quæ vult.

Artemonion, collyrij nomen. Gorr.

Artena, vide, Arutena.

Artere, adigere, inserere. Turn. *Artire*.

Artẽres, p. p. malleæ, aut grauiora pondera, quæ ad eiaculationem in altum elata prius, deinde euibrantur. Iun. exercitium ad manuum agilitatem.

Arteria, Arterium, venæ vitalis, semita vitalis.

Arteriãca, arteriæ asperæ medicamentum. Gorr.

Arteriæ, venæ vitales, spiritus meatus, & cuniculi pulsus. Arteriasis, vocis raucedo. Pap. Arterium, Lucr. *Arterie*.

Arteriãce, medicamentum dictum. Diacodion. Plin. Arteriãcus, ad arterias pertinens.

Arterioromia, arteriæ sectio.

Arteriscus, qui membri alicuius patitur defectum, Parac.

Arterium, arteria.

Artẽsis, artrilis, artuum morbus, vnde arteticus morbus. Articulorum, *Di giunture*. Vide, arthi.

Arthanita, cyclaminus, *Pan porcino*.

Arthoicum, oleum ex radicibus herbarum cum pane. Parac.

Arthrembola, fidiculæ, instrumenta tormentorum, quæ artubus in quæstionibus ad confessionem adhibentur, atque laxantur.

Arthrĩtis, arthritis, morbus articularius. Lex. med. *Dolori arteticí, ò di giunture*.

Arthriticus, arthron, artus, articulus, vnde arthricus, articularis, articulari morbo laborans. Lex. med. *Arteticо, gottoso*.

Artiala, inaures. Poll.

Artiasmus, lusus eorum, qui ludunt, par, impar.

impar. *Giuoco di pari, ò caffo.*
Artichir, amphidexius, ambidexter. *Drittomanzino.*
Articŭla, parua ars. Articuleus, articulus breuis. Pap.
Articulāris, articularius, ad articulos spectans. Item articulis laborans, *Gottoso.*
Articulōsus, plenus articulis.
Articŭlus, minor pars artus, *Nodo, giuntura.* Articulatim, per singulos articulos. Articulatio, morbus vitium. Articulamentum, articulatio, articulāre. Item pronunciare distinctè. Vnde articulare vocem, articulatè loqui.
Articŭlus, paruus artus. Item finis. Color Rhetoricus. Momentum. Species nummi per denos multiplicati. Cath.
Artididactus, nuper edoctus.
Artificina, p.p. vbi artes exercentur. Isid. Gloss.
Artifex, notæ significationis, *Artefice.* Artificè, artificiosè, ingeniosè.
Artificus, bonis artibus instructus. Cathol. *Chi hà buone arti.* Articēna, locus vbi artes exercentur. Cath.
Artigămus, Neogămus, p. c. qui nuper vxorem duxit, *Poco fà ammogliato.*
Artigŏnus, p. c. nuper genitus.
Artigrăphus, nuper scriptus.
Artimăthes, nuper doctus.
Artio, is, immitto, insero, adigo. artire, artare, arctare. Cato.
Artiphănes, nuper in lucem editus.
Artiphōnus, cui vox perfecta.
Artiplūtos, nuper diues factus.
Artiplicem, duplicem, dolosum. Isid. Gloss. alterplicem, alterplicitas.
Attire, adigere, inserere. Turn. artio, is.
Artisci, trochisci, à panis exigui forma dicti, Gorr.
Artitus, p. p. bonis artubus, & val. dis ornatus, *Membruto.* Fest. Item bonis artibus. Turn.
Artiuit, artauit. Non.
Arto, as, antiquè pro arcto, as, Vide. Strictum facio.
Artobāma, panis aceto intinamus. *Salsa di pane, & aceto.*
Arthocharites, placentarum genus. Hesych.
Artocopicon, opificium panarium.
Artocopœus, artocŏpus, p. c. pistor, factor panis, & dispensator, *Panattiero, fornaro.* Artopolium, vbi venditur panis, *Panatteria.*
Artocrea, artocreas, atis, cibus pane, & carne constans. *Pasticcio.*
Artolagănus, p. c. artolagănum, p. c. panis genus delicatum, constans ex simila frixa in oleo, & c. vel ex lacte, pipere, & oleo, *Frittella, focaccia nella padella.*
Artomĕli, p. c. iusculum ex pane, & melle. Lex. med.
Artolaganum, testaceum, *Torta.*
Artopœmnia, panis dulciarius, *Pasta reale*, & simile.
Artophăgus, paniuorus, *Mangiatore di pane.*
Artophōrum, panarium vas, vbi panis portatur. *Paniero.*
Artopta, mulier panem coquens, *Panattiera.* Item vas, quo panis torretur, clibanum. Fest.
Artopteum, panis coquendi officina. Rh. artoptes, pistor.
Artopticus, artoptitius, panis ex fermento duriori coctus in artopta, carbonibus congestis.
Artrōgus, paniuorus quis dictus. Plaut.
Artotheca, panis repositorium, penus, *Credenza del pane.*
Artotyra, p. p. cibus ex pane, seu pastâ, & caseo, *Pastume con cascio.* Cathol.
Artotyritæ, hæretici panem, & caseum in sacrificijs offerentes. Pap.
Artoxya, munuscula dari solita. Man. adag.
Arträre, aratrare, arare, cum sata inarantur, postquam nata. Colum.
Artredines, crabrones, animalcula apibus breuora, Colum.
Artuatim, membratim. Artuāre, per artus diuidere. Artuātus, lacerratus, per artus concisus, *Tagliato, diuidere à pezzi.*
Artuōsus, membrosus.
Artus, partes corporis inter iuncturas, *Nodi.* Articuli, minores artus. Articulare, Articularius, Articulātim, Articulātè, Articulatio, Articulōsus, artuarus. Lucr. Artuāle, ad artus pertinens. Artuo, as, artuāre, artus formare. Deartuare, per artus diuidere, *A pezzi.*
Artyma, condimentum. Artysis condiendi actus. Artysilai, coqui.
Artyticus, liber de condimentis. Artymata, condimenta.
Artysitragi, præparantes bellaria.
Artytica, fructus cinaræ, *Artichiocchi.*
Arua, arui, agri arati, nec dum sati. Arua, æ, pro aruum. Pac. *Campo.* Aruale, ad arua spectans.
Aruāles, sacerdotes, XII. Fratres à Romulo instituti, vt arualia facerent.
Aruambāle, sacrificium aruorum. Cath. V. Ambaru.
Aruāre, aruare, eruere. Colum.
Arucnio, aduenio. Antiq.
Arūgo, color, sicut accipitris. Pap.

Arucho 5

Arueho, adueho, antiq. Turn.

• Aruīna, p. p. durum pingue, inter cutem, & viscum. *Grasso, lardo.* Aruina, quis dictus à pinguedine. Rh.

• Aruinālis, adipalis. Isid. gloss. Aruinātus, impinguatus. Aruinōsum. Aruinūla, parua aruina. Cathol. Aruinatum, impinguatum.

• Aruiga, aries. Aruix, aruigus. Varro. Arriga, aringa, aruignus. Rutger.

• Aruiges, hostiæ dictæ, quæ cornua habebant, & quarum exta coquebantur. Varro.

• Aruipendia, funes, quibus agri mensurantur, aut perticæ. Gloss. Aruipendium, Plethrum. Vide.

• Aruiōlum, paruum aruum, corpus paruum. Cathol.

• Arula, sulcus, vas, craticula. Isid. gloss. foculus, parua ara, eschara. Arnob. Tertul. Item murulus superstructus fundamentis ad areæ planitiem coæquatus.

• Arulātor, arilātor, coquus dictus ab arulâ, seu foculo, quo cibos coquit. Tuxin. *Cocio.*

• Arum, aro, serpentaria minor, bulbi genus. Arisaron, herbula, *Gigaro, diacciuolo.*

• Aruncus, villus mento caprarum dependens. Item senex, *Barbetta della capra.*

• Arundinetum, locus consitus arundinibus; Item pedamentum ex arundinibus.

• Arundo, aquaticus frutex, canna. Arundinētum, locus arundinibus consitus, *Canneto.* Arundinaceus, Arundineus, *Di canna.* Arundinōsus, arundifer, ferens arundines. Arundo palustris, *Cannella, Canna da far spazzuole.*

• Arūra, terræ mensura, centum complectens cubitos. Euagr. Item cultus locus, ager. Onom. med. dimidium plethri pedes habens L. Lex. Philol.

• Aruspex, Haruspex, qui ab extis victimarum in arâ vaticinatur. Vide, Haruspex, *Indouino.*

• Aruspicio, exta physiculant; extorum inspectione futura prædicant, Capella.

• Arutēna, vas aquæ hauriendæ. Artena, poculi genus. Fest.

• Aruus, ager frumentarius. Turn. Aruum, ager aratus necdum satus, *Campo.* Fest.

• Arx, editus, & munitus locus, *Fortezza, Castello.*

• Aryballus, arytena, vas balneorum. Rh. Item marsupium, & poculum instar marsupij.

Aryster, haustrum, vas, vino, & aquæ hauriendæ aptum, *Vase da cauar vino, ò acqua.*

• Arystides, p. p. vas potorium, & haustus citra respirationem. Vide. Amystis.

• Arytæna, matula. Lex. i. c. Aritena, artena, vas ab hauriendo dictum. *Vase.* Fest.

A S

• As, æs, antiq. Suppl.

• As, assis, libra, nummus, in XII. vncias diuisus, *Moneta di quattro quattrini.* Item vnus, vnitas. Salm.

• Asa, ara, antin. Asa, Assa fœtida, Laser herba.

• Asăcos, virga myrtea, ad quam Græci in conuiuijs canebant. Turn.

• Asalaminicus, imperitus maris, & rei nauticæ. Aristoph.

Asallire, adoriri, formulæ Rom. Imperij. Barb.

• Asalpicos, qui tubâ proclamatus non est, *Chi non è proclamato alla tromba.*

Asam inthos, poculum, solium balneatorum.

• Asandion, puppis meditullium. Poll.

• Asapros, putredini non obnoxius, *Chi non si putrefà.*

• Asaphya, vocis obscuritas. Lex. mec.

• Asarcos, Macilentus, quasi sine carne, *Magro.*

• Asarōton, p. p. pauimentum artificiosum, quod scopis verri non potest. Asăron, p. c. dictum.

• Asărum, p. c. nardus rustica, herba muralis, *Asaro.* Item pigmenti genus. Pap. *Asaro, Baccara.*

• Asbestarium, calcaria domus, coquendæ calcis. Lex. g. b.

• Asbestīnum, p. c. lini genus, quod igne non comburitur, ex quo tela fiebat, in quâ inuoluebantur cadauera comburenda, *Lino, che non s'abbruggia.*

• Asbestos, inextinctus lapis, qui semel accensus non extinguitur. Asbestum.

• Ascalabotes, animal venenatum. Tarantulæ non absimile ex genere stellionum.

• Ascalonia, ascalonium, cæpæ genus ab Ascalone vrbe Iudææ, *Scalogna.*

• Ascarides, Elmintes, ascaripēdæ, lumbrici minores in inferiore parte intestini geniti. Lex. med. *Vermi del ventre.*

• Ascaros, calceorum genus. Item crepitaculi. Poll.

• Ascarophōrus, onus gestans, baiulus. Rh. *Facchino.*

• Ascauli, ascaulæ, vtricularij, tibicines. Turn. *Piffari.* Ascaulus, tibia vtre abdita, vter, & tibia.

• Ascendo, scando sursum, *Salire;* Ascensus, *Salita.*

• Ascēles, p. c. cruribus carens, *Senza gambe.*

• Ascella, axilla, cauum brachiorum. Petrus Cellen. ascellula, dim. Item ala auium. Voc. Ec.

Ascen-

Aſcendentes, maiores, à quibus procreati ſumus. Lex. i. c.

Aſcēnos, p. p. tentorio carens. Aſcēni, qui ſine tabernaculis ſub dio viuunt, *Senza padiglioni*, Ennod.

Aſcenſorium, gradus, aſcenſus. Bleſen.

Aſcēra, p. p. Atticum calciamentum villoſum hyemale. Poll. *Calzarotti*.

Aſcēſis, p. p. ſtudium mentis; in rebus diuinis exercitatio.

Aſceterium, receſſus exercitatorius, gymnaſium, locus meditationibus aptus, monaſterium, *Conuento, Monaſtero*.

Aſcētes, p. p. certator, pugil qui in rebus diuinis exercetur. Aſcetus, Aſceta.

Aſceticum, exercitationi aptum, & potiſſimum contemplationi.

Aſcetriæ, puellæ Deo dicatæ, diuinisque meditationibus; monialcs, *Monache*.

Aſcetrix, mulier Deo pſallens, & funera curans. Lex. g. b.

Aſceuoretus, ſagaci, curioſaque perſcrutatione non excuſſus.

Aſchematiſtus, figurâ carens, *Sfigurato*.

Aſchōlus, p. c. cui otium non eſt, *Occupato*.

Aſcia, inſtrumentum fabrile, quo ligna dolantur, *Aſcia*. Aſciatum, dolatum. Aſciatim, Aſciatio, dolatio. Gloſſ. Aſcio, as, aſciâ polio, *Aſciare*.

Aſciamachia, Chironomīa, quam tactici, ſeu laniſtæ docent. Rh.

Aſcicŭla, parua aſcia, *Aſcietta*. Cath. Aſciola.

Aſcicŭlus, aſcolia, dolabra. Iſid. gloſſ.

Aſcilla, axilla, ala. Supp. *Aſcella, ſotto il braccio*.

Aſcio, is, antiq. aſciſco, aſcribo, *Attribuire, chiamare à ſe*. Aſcio, as, aſcia polio.

Aſcipon, ſine baculo gradiens, *Chi và ſenza baſtone*.

Aſcis, ſecuris. Aſcicŭlus, dimin. Cath.

Aſciſco, remotum aliquem voco, approbo, adiungo, aſſumo, *Attribuire, chiamare à ſe*.

Aſciſcŏlus, malleus ſtructorum. Turn.

Aſcitæ, Arabes dicti ab vtribus, Steph.

Aſcites, hydropis ſpecies, in quâ plus humoris, ſpiritus minus: contra, Tympanites. Lex. med.

Aſcititium, aduentitium, fictitium, *Attaccato, à poſticcio*.

Aſcius, vmbrâ carens.

Aſcītum, admiſſum, *Accettato, ammeſſo*.

Aſclabotos, liber contra Sclabos. Gloſſ. g. b. *Schiauo*.

Aſclepias, hederŭla, hirundinaria, vincentoxicum, herba montana, hederæ ſimilis. Item, collyrium.

Amalthea Onomaſt.

Aſcocēle, p. p. ramex inſtar vtris inflati.

Aſcodabra, lagena, Rigal. *Inguiſtara, fiaſca*.

Aſcodrogitæ, hæretici vtrem inflatum honorantes. Lex. i. c.

Aſcogephyrus, p. p. pons confectus ex vtribus ad flumina traijcienda. Steuuech. ad Veget.

Aſcolia, feſtum Bacchi, & Ludus, in quo ſuper inflatos vtres vnico pede ſaltabant, & cadentes riſum mouebant. Aſcoliaſmus, talis ſaltatio.

Aſcoma, pellis muniens remos, quâ parte ſcalmo incumbunt. Item, culeus. Turn.

Aſcŏpa, vas aquaticum, vtri ſimile, vel vitreo vaſculo, Turn.

Aſcopēra, p. p. marſupium, vel facculus pelliceus. *Borſa di cuoio*. Aſcopa per ſyncopen. Lex. Philol.

Aſcophŏrus, vtres ferens, in Bacchi ſacris miniſter. Aſcos, vter, *Otro*.

Aſcopytine, p. p. vter vinarius, & dolium picatum vino ſeruando, Poll. *Botte impeciata*.

Aſcribo, ſubſcribo, aſciſco, *Sottoſcriuere, attribuire*. Aſcribere, aliquid, addere, ſubiungere ſcripto. Hadr.

Aſcripti glebæ, qui mancipati, domino, vnâ cum agro ſeruiebant. Turn.

Aſcriptitij, adlecti, extraordinarij, aſcriptiui, haud ita pridem in ciuitatem admiſſi. Lex. i. c. Item capite cenſi. B. Vulc.

Aſcriptitij ſerui, qui aſcripti fundo, quem colunt ita ſunt, vt niſi cum fundo alienari queant. Originarij verò, ex aſcriptitijs in ipſo ſolo, quod incolunt nati, & educati ſunt.

Aſcriptor, ſubſcriptor, fautor, adſtipulator, cauſidicus, & qui rei alicui nomen ſuum aſcribit.

Aſcūra, vas vinarium quaſi vtris cauda. Suppl. Lex. Philol.

Aſcyltos, cui moleſtia non exhibetur, non vexatus, *Non trauagliato*.

Aſcyrum, herba montana, hyperico ſimilis.

Aſebēſis, actio impia. Aſēbes, p. c. impius, *Empio*.

Aſecrēta, à ſecrētis, ſecretarius. Hincm. *Secretario*, hic Eccleſiaſticus, ille politicus. Lex. g. b.

Aſelēne, p. p. illunis, lunâ carens, *Luna non lucente*.

Aſelgia, petulantia. Aſelgomania, inſana laſciuia, *Inſolenza*.

Aſelgocēros, p. c. petulans, cornibus impetens, *Chi urta con le corna*.

Aſella, axilla, ala, locus concauus ſub brachio, piloſus, vnde odor hircinus, *Aſcella*.

Aſella, parua aſina, *Aſinella*.

Aſelli, Iugulæ, ſtellæ duæ in ſigno cancri. Præſepia. Scal.

Aſellus, paruus aſinus, *Aſinello*. Item piſcis marinus, *Naſello*. Rondel.

Aſema, Anguſticlauia, tunica vilis, & ſine clauis, aut exiguis, aut ſine purpurâ. Salmas. Item criſis, ſed ſine ſignis præcedentibus. Lex. med.

Aſemnos, nihil maieſtatis habens, *Chi non tiene il grado*.

Aſēmos, p. p. cui nullum ſignum impreſſum, ignotus. ignobilis, *Ignobile*.

Aſēna, arena, antiq.

Aſia, acia, filum, accia. Suppl. Item limoſina. Aſiāni, limoſi.

Aſiarches, Aſiæ præfectus.

Aſiarchia, præfectura Aſiæ. Lex. i. c.

Aſida, ſtella, vel auis, Pap.

Aſidērum, p. p. ferrum non habens, *Senza ferro*.

Aſigētus, p. p. qui tacere non poteſt, *Chi non può tacere*.

Aſigna, viſceratio, carnis in populum diuiſio. Suppl.

Aſigmus, griphus, oratio ſine vllo, s. Dalec.

Aſilus, p. p. œſtrum, tabanus, muſca canina, infeſta gregibus, *Tafano*. Item auis. Item piſcis marinus. Rond.

Aſimōma, p. p. opus argenteum. Aſimenus, argenteus. Gloſſæ g. b.

Aſimon, argentum non ſignatum. Schar.

Aſimos, ſine ſignificatione.

Aſināre, aſino vehi; vt, equitare, equo. Luitpr. Nouar.

Aſinchus, delicatus, cibi minimè appetens.

Aſinarius, agaſo, & qui paſcit aſinos. Aſinarij olim dicti Chriſtiani, & Iudæi quod falsò aſinum adorare crederentur. Petr. Crin. *Aſinaro*.

Aſinus. animal notum, *Aſino*.

Aſinālis, aſininus, Apul. *D'Aſino*. Aſinarium, ad aſinos pertinens. Aſininum, *D'Aſino*.

Aſiniga, aſinum agens. Turn.

Aſinus albus, ſtultus, ridiculus. Turn. Aſininum, quod eſt aſini.

Aſio, ōnis, ſcopa, auis genus, noctuæ ſimilis, ſed maior, minor bubone, *Gufo*, *locula*. Noctua aurita.

Aſitia, inedia, longa abſtinentia à cibo, *Aſtinenza longa*.

Aſitos, qui diù abſtinuit à cibo, impaſtus, *Digiuno*.

Aſius, lapis leuis inſtar pumicis.

Aſizia, ſeſſiones iudicum in municipijs. Lex. g. b.

Aſma, cantilena: aſmatium, cantiuncula, *Canzoncella*.

Aſmatocamptæ, qui varijs flexibus carminum vtuntur, Poëtæ dithyrambici.

Aſmatogrāphi, Poëtæ ad citharam canentes. Rh.

Aſmodæus, nomen Dæmonis. Cath.

Aſōdes, faſtidio, & nauſeâ laborans ex repletione cibi. Onom. med.

Aſolœcus, non barbarus, non ſolœcizans in oratione, *Chi non fà ſolecismi*.

Aſomātos, p. c. ſine corpore, incorporeus. Aſōmus, p. p. *Incorporeo*.

Aſōphus, p. c. qui ſapiens non eſt. Aſophia, inſipientia.

Aſoſtus, qui ſeruari non poteſt, de cuius ſalute deſperatum eſt, *Deſperato*.

Aſotia, luxuria, prodigalitas. Asōtus, p. p. luxurioſus. *Incontinentia*. Asōtus, a, um.

Aſotium, p. p. locus, in quo luxurioſi epulantur, Poll. locus prodigorum. Ganeum, impudicorum.

Aſotopoſia, luxurioſorum compotatio.

Asōtus, p. p. luxu, & ganeæ ſtudio perditus, prodigus, *Laſciuo*, *prodigo*.

Aſpalathus, oleaſter Rhodius, pro aloë venditus, ſpina candida.

Aſpalta, piſcatio. Aſpalieus, piſcator.

Aſparagia, aſparagorum plantatio, quod in aſpero virgulto naſcantur, *Sparagiara*. Feſt.

Aſparāgus, p. c. *Sparago*.

Aſpargo, inis, vitium ex pluuiâ, vndave contractum. Calliſt. Schar.

Aſpartus, non ſatus, *Non ſeminato*.

Aſpaſma, res, quam amplexamur.

Aſpaſtica, ſalutatoria. Aſpaſticum, aduentorium, munuſculum miſſum per nuncium amicis peregrè redeuntibus.

Aſpectabilior, ſpectatione dignus, Apul. Aſpectabile, dignum quod aſpiciatur.

Aſpectāre, ſæpe ſpectare, fixis oculis intueri, *Guardar fiſſo*.

Aſpectus, us, intuitus fixus, *Guardar fiſſo*.

Aſpectus planetarum, ſchematiſmus; ſynodus, coniunctio, & coitus, Diametros, oppoſitio; Trigōnus, trinus: Tetragōnus, quadratus: Hexagōnus, ſextilis.

Aſpello, à me pello, amoueo, *Rimuouere*.

Aſpendius, vuæ genus, damnatum aris, intactum auibus. Plin.

Aſperāre, aſperum reddere. Aſperiter, aſpērè, *Aſpramente*. Aſperitas, *Aſprezza*.

Aſpergillum, aſperſorium, quo aqua aſpergitur. *Spargola d'acqua ſanta*. Aſperſorium.

Aſpergo, is, ſpargo, *Bagnare*, *ſpruzzare*. Aſpergito.

Aſpergo,inis,aſpergendi actus. Aſperſio, *Spruzzamento*.

Aſperiter,aſpĕrè, *Aſpramente*. Næu. Aſperitudo,aſperitas,Apul. Tertul.

Aſpernāri,ſpernere, *Sprezzare*. Aſperno,as.

Aſpernabile, aſpernatio, contemptus, *Sprezzabile*, *ſprezzo*.

Aſpernabilis, docibilis, expectabilis, opinabilis, qui facilè aſpernatur, docet, expectat, opinatur. Salm.

Aſpernamentum. Tertul. *Diſprezzo*.

Aſperula,aſpergula, herba ſtellaris.

Aſpes,Expes,ſine ſpe, *Diſperato*.

Aſphalia,nuda promiſſio,ſecuritas. Schar.

Aſphaliſma, aſpalia, pignus, promiſſio cum aliquem ſecurum reddimus.

Aſphodelus,herba paluſtris. Item bulbi genus. Iun. haſtula regia. Gorr.

Aſphaltium,bitumen. Aſphaltites,lacus bituminalis. Onom. med.

Aſphaltus,frutex lignoſus, ſpinoſus, peregrinus. Aſphaltos, bitumen.

Aſphalum, talus luſorius octonûm laterum. Herm. Hugo.

Aſphyxia,pulſus priuatio in corpore. Lex. med. *Mancamento di polſo*.

Aſpicientia,aſpectus, Flodoar. *Aſpetto*.

Aſpidĭcæ,vncini,catenulæ, Pap. *Catenelle*.

Aſpidion, in naui pars, quæ ad puppim vergit. Rh.

Aſpidiſci,breuia ſcuta,& ornamenta in ſcuti modum orbiculata, *Borchie*. Rh.

Aſpidodectus,ab aſpide morſus, *Morſicato dall'aſpide*.

Aſpidophŏrus, aſpidūcus, ſcutum ferens, *Scudiero*.

Aſpidopœus,qui clypeos fabricat. Aſpidopœia, ipſa ars.

Aſpidotrophus, qui aſpidibus veſcitur, *Mangia aſpidi*.

Aſpilates, gemma ignei coloris.

Aſpilos, p. c. cui nulla macula eſt in corpore,aut næuus.

Aſpirare, aſſlare, auxilium præbere, *Spirare*; *ſauorire*. Item accedere,peruenire, attingere. Hadr.

Aſpita,ruina. Iſid. Gloſſ. Veruina, ſpiculum, veru. *Spiede*. Gloſſ.

Aſpis,idis,ſerpens, *Aſpide*. Item clypeus.

Aſplēnum, p. p. Scolopendrum, herba muraria, *Aſprenio*, *citrac*.

Aſplenum, medicamentum ad curanda lienis vitia,lienem imminuens. Splenium. Vide.

Aſplenus,lienis expers, *Senza milza*. Aſplenius.

Aſpondus,fœderis, ſeu induciarum expers.

Aſportare,auferre, *Leuar da vn luogo*, *e portar à vn'altro*. Aſporto,as.

Aſportatio, aſportandi actus, *Portatura*.

Aſparda,albedo. Gloſſæ g. b.

Aſpratilis terminus, qui veluti ſigninum coagulatus, lapis naturalis fuerit. Item lapidis genus finalis, auctor de Limit. Aſpratiles, piſces ſaxoſi,ſquammati,durioris carnis. Pap.

Aſpratūra, collybus, pecunia argentea. Suppl. aſpratus,aſper. Sidon. aſprum, æs rude. Ruduſculum. Feſt.

Aſprēdo, aſpretūdo, aſpretūra, ſcabrities. Item palpebrarum ſcabrities. Lex. med. Suppl.

Aſprētum, locus aſper, abruptus, *Ronco*, *luogo aſpro*.

Aſprobitura,candor. Suppl.

Aſprodontæ, albos dentes habentes. Gloſſ. g. b.

Aſprum, nummus albus Turcius, *Aſpro*. Suppl.

Aſſa vox,ſicca, tantùm prolata, nullis inſtrumentis admiſta, aut inſtrumentis ſolis ſine voce. Aſſæ tibiæ,ſolæ canentes. Item lignum latum dolatum aſciâ. Pap. Item ſtomachi faſtidium. Lex. med. Item nutrix, vnde, aſſecla. Non. Aſſa,Aſſa fœtida,lacer, Laſerpitium, *Benzoin*. Meſuë.

Aſſa, cella in balnearijs, in quâ tantùm ſudant. Item caro aſſa. Aſſum,ſolum.

Aſſa,orum, carnes aſſæ, *Arroſtito*.

Aſſa, cella, ſudatorium. Suppl. Aſſæ ſudationes, ficeæ, Aſſi lapides, ſine calce. Aſſi ſoles, ſicci, Salmas. Aſſa, æ, lignum latum,& dolatum. Cath.

Aſſabinus, Iupiter dictus apud Æthiopas. Plin.

Aſſæ, nutrices dictę, quod pueris adſint. Non. Item ſicci lapides,vnde,aſſe tibię. Pap.

Aſſamenta, tabulę ſectiles, aſſeres, *Tauoloni da ſegare*. Axamenta. Item poëmata ſcripta in honorem Iani,Iunonis,Mineruęque.

Aſſarātum,potus ex vino,& ſanguine. Feſt. Aſſir, antiquis ſanguis. Aſſirātum.

Aſsāre, torrere, & aſſum facere, *Arroſtire*. Item contabulare, *Intauolare*. Item condere carmina in ſolum hominem,quę, aſsamenta, dicta, vt ſunt ſyluę Statij,& Saliorum carmina. Aſſamenta, etiam dictę tabulę ſectiles,ſcandulę. Aſſant tibicines,cum canunt tibiâ ſolâ,ſeu aſsâ. Scal.

Aſſarium,trabs,teruncius,aſſatum inſtrumentum. Item *Linguella*, *bocchetta*, *animella*, in follibus. Heron. Aſſatium,Aſſipondium. Vide.

Aſſarius,nummus,ſiue ponderis genus. Ioſeph.

Aſſarius,quarta pars aſſis. Varr.

Aſſaſſinus,latro,prędo. Muſſat.

Affatura, carnes assæ. Fl. Vopiſ. Item actus aſſandi, *Arroſtitura*.

Aſſecāri, deartuari, deruncinari. Plaut. *Smembrare, ſminuzzare*.

Aſſecla, p. p. qui officij causâ aſſectatur, buccellarius homo, *Seguitatore, che accompagna*. Iſid. Gloſſ. aſſectator, aſſecūla, aſſecla.

Aſſectari, comitatum præſtare. Aſſectatio, actus ſequendi. Aſſectator, qui comitatur, *Chi ſeguita, ſeruitore, che accompagna*.

Aſſecula, buccellarius homo. Iſid. gloſſ.

Aſsĕdo, conſĕdo, aſſeſſor. Non.

Aſſentaneum, conſentiens. Iſid. Gloſſ.

Aſſentator, adulator. Aſſentiſſere, aſſentiri. Gloſſ.

Aſſentio, is, aſſentior, ris, aſſentiſco, *Acconſentire*. Aſſenſus, us, aſſenſio, onis, *Conſenſo*.

Aſſentor, adulor. Aſſentatio, adulatio. Aſſentatiuncula. Aſſentatoriè, adulatoriè, *Adulare, adulatione, adulatoriamente*.

Aſſequor, conſequor, *Giungere*. Aſſector, alteri honoris gratiâ aſſiduè ſe comitem præbere.

Aſſer, ris; aſſis, is; axis; aſſeres; aceres, tabulæ ſectiles, ſcandulis ſimiles, quibus tecta tegimus, *Tauole da ſegare*; vnde, aſſare, contabulare.

Coaſſare, ſuper aſſatum ſtruere.

Aſſercūlus, aſſicūlus, aſsūla, paruus aſſer, *Trauicello*. Colum.

Aſsĕres, craſſior, & anguſta materies, trientalis, fermè, *Tauoloni, trauicelloni*. Iun.

Aſsĕro, is, p. c. iuxta ſero. Item affirmo, libero, vnde, aſſerere in libertatem.

Aſſertor, vindex, liberator, Donatus: aſſerere, vindicare, confirmare. Aſſertio, confirmatio. Aſſerto, as, ſæpè aſſero.

Aſſeruio, inſeruio, obſequor, *Compiacere*.

Aſſerum ſtructura, coaſſatio, *Intauolamento*.

Aſſeruo, cuſtodio, *Conſeruare*.

Aſſeſſor, qui aſſidet, *Aſſeſſore*. Aſſeſtrix, quæ aſſidet Principi iudicanti. Aſſeſſūra, Vlpian. ab aſſideo, p. c. iuxta ſedeo, *Seder appreſſo*.

Aſseſsŏres, conſiliarij, qui iudicanti aſſident. Pancir. propriè, de rectoribus Prouinciarum. Buleng.

Aſsetūlæ, aſsĕtulæ, nugæ, Fullert.

Aſseuĕro, p. p. conſtanter affirmo. Aſseuerantĕr. Aſseueratè, *Affirmatiuamente*. Aſseueratio, affirmatio, *Affirmatione*.

Aſſicco, ſicco, *Seccare*. Aſſiccēſco, ſiccus fio, *Seccarſi*.

Aſſidēla, menſæ, ad quas aſſidentes Flamines ſacrificabant. Feſt.

Aſſicūlus, vide, aſsĕrculus.

Aſſidentia, ſigna apud medicos, quæ non neceſſariò talem ægritudinem ſignificant: contra, Pathognomonica. Vide. Lex. med.

Aſſidi, capite cenſi. Pap.

Aſſido, is, p. p. aſſideo, *Porſi à ſedere*.

Aſſiduus, frequens, diligens. Aſſiduitas, aſſiduiſſimus, aſſiduè, aſſiduo, *Aſſiduamente*.

Aſſignationes, pecuniæ tributæ à Tribunis ærarijs Quæſtori, in ſtipendium militum. Iun.

Aſſigno, attribuo, *Aſſegnare*. Aſſignatio, ōnis, *Aſſignatione*.

Aſſilire, ab aſſilio, is, vim inferre, aggredi, adoriri. *Aſſalire*. Lex. i. c. Item cum gaudio ſalire.

Aſſimĭlo, ſimilem facio, *Aſſomigliare*: aſſimile: aſſimiliter.

Aſſimŭlo, fingo, quod non eſt, *Simulare*. Aſſimulatio, *Simulatione*. Diſſimulo, quod eſt.

Aſſipitum, cibus dulciſſimus ex carne, melle, ſaccharoque.

Aſſipondium, vnum pondus vnius libræ, *Peſo di vna libra*.

Aſſirātum, aſsarātum, potus ſanguine temperatus. Aſſir, aſser, ſanguis antiquis. Feſt. Scal.

Aſſis, aſseris, & aſſis. Aſsĕres, tabulæ parietibus, trabibusque infixæ, *Tauole inchiodate*.

Aſſiſij, Manſionarij, beneficiarij, Cerda. Lex. I. C. *Beneficiati*, aſſidui permanentes in celebratione officiorum.

Aſſiſteriæ, fœminæ debilium ſuſtentatrices. Cod.

Aſſiſterium, monaſterium. Aſſiſtria, monialis, Cath. Melius, aſceterium, aſcetria. Vide.

Aſſiſto, adſto, adſum, *Eſſer preſente*.

Aſſiſtrix, quæ aſſiſtit ſeruitijs alicuius. *Aſſiſtente*.

Aſſiſum, vectigal impoſitum rebus vendendis. Gloſſ. Vide Tributum. Lex. Phil.

Aſsita, arbor iuxta vitem plantata, & maritata. Turn.

Aſso, as, Vide, aſsare.

Aſsocio, ſocium me addo, *Accompagnarſi*.

Aſsocius, conſors, conſodalis. Cath. Capella.

Aſsolātum, ad ſolum deductum. Cath.

Aſsolētum, alliſum. Aſsolentes, aſſilientes. Pap.

Aſsŏlet, conſuetudinis: oportet, rationis eſt. Don. Aſsolet, ſolet, *E' ſolito coſtume*.

Aſsŏno, ſonitum reflecto, *Riſuonare*.

Aſsudeſcit, ab igne aſsum. Varro, de l. l.

Aſsueſco, ſueſco, *Aſſueſarſi*. Aſsuētus, aſsuetudo, aſsuefacio, *Auuezzo*.

Aſsulæ, tabellæ, fragmenta, ſchidiæ, ſegmina, cuiusvis materiæ, lignorum, aut marmorum, *Schiez-*

vis materiæ, lignorum, aut marmorum, *Schiezza, fenglie*.

Assulatim, assulòsè, minutim, *Minutamente*.

Assula, parua assa, seu assis, quæ cadit de ligno, cum dolatu, *Tauoletta, truciolo, scheggietta*.

Assum, solum, vnde, assa vox, sola. Assæ tibiæ, sine voce. Assæ, nutrices, vt quæ semper adsint: assa vox, quæ semper adest, non ita. Organica. Turn. Item, assa caro, *Carne arrostita*. Assum, *Arrosto*. Item sudatorium. Assa, cella.

Assultus, us, impetus, *Assalto*. Assulto, as, sæpè assilio, Cath.

Assumentum, quod alicui assuitur, aut aliunde sumitur, *Taccone, toppa*.

Assumo, suscipio, arrogo, *Prendere, presumere*. Assumptio, acceptio. Assumptiuum.

Assuo, suendo adnecto, *Attaccar con l'ago*.

Assumptio Dialectica, prima pars syllogismi, *Antecedente*.

Assũra, assiduitas, diligentia in nutriendo, vnde assæ, dictæ, nutrices. Schar.

Assurrectio, cum assurgitur honoris gratiâ Cerda.

Assurgo, honoris gratiâ surgo, *Leuarsi in piedi*.

Assus, torrefactus, *Arrostito*. Assum, *Arrosto*.

Ast, sed, *Ma*.

Asta, pro, hasta. Astilia, pro hastilia, Glossæ, *Hasta; arme in hasta*.

Astactus, non stillatitius, *Non stillato*.

Astăcus, piscis crustaceus. Iun. *Gambaro*.

Astalium, astus, *Fellonia*. Astalium facere, frustrari, decipere. Schor. Asto animo, subdolo, versuto. Lex. i. c. Cod. ll. antiq.

Astandæ, serui Ægyptiorum, Angari, Astandi, Persis tabellarij, qui certis interuallis dispositis litteras transmittunt, *Corrieri*. Scriban. vnde, Angaria. Vide.

Astăphis, p. c. vua passa, *Vua secca*. Astăphis agria, herbæ genus, *Staffisagria*. Astaphium, ab vua passa dicta fœmina. Plaut.

Astăphius, aqua è tenebris profluens.

Astaphylinus, pastinaca sylueſtris, *Pastinacino*.

Astarium, vbi venduntur bona proscriptorum. Isid. Glossæ. Hastarium. Vide.

Astarte, Idolum Sodomorum. Cath.

Astasia stus, procul à seditione agens. Astasia, instabilitas, seditio.

Astĕgus, tecto, ædibusque destitutus. Item loquax, secreta non tegens, *Chi non hà casa*.

Astelĕchus, trunco carens, *Senza tronco*.

Astēlos, stelem, seu cippum non habens erectum, *Senza ceppo*.

Astetissimus, vrbanitas sermonis, fig. *Gentilezza*.

Astenactus, non gemebundus. *Amalthea Onomast.*

Aster Atticus, herba florifera montana. Aster luteus, herba dicta, oculus Christi.

Asteria, gemma inclusam lucem, pupillæ in morem, habens. Asterias, piscis genus.

Asterias, gemma fossilis, dura, Gorr.

Aster, astri. Astrum, stella. Astrifer, ferens astrum.

Asteria, stellaria, herba marina.

Astericum, Campanula herba, *Campanella*.

Asterion, aranei species. Item herba.

Asteriscus, stellula, nota, in scriptis, vbi dubitamus, aut quid omissum, aut quid insigne: contra, Obelus cum falsum, superfluum.

Asterismus, astrorum concursus, *Constellatione*.

Asterno, iuxta sterno, *Distendere*.

Asterites, gemma candida inclusam lucem continens, sicuti stellam. Cath. Isid.

Asteropœus, ambidexter, qui vtràque manu æquè vtitur, *Drittomancino*.

Asteroscŏpus, stellarum contemplator, *Guarda-stelle*.

Aster samius, terræ species medicinalis.

Asthenia, imbecillitas, morbus. Asthĕnes, inualidus.

Astes, Minerua lateri adstans, quasi socia. Præstes, quæ præcedit quasi dux; vnde, Præstites, Dij. Bud.

Asthma, anhelatio difficilis. Asthmaticus, suspiriosus, anhelus, difficilè spirans, *Chi hà difficoltà in respirare*. Lex. med.

Astiages, ciuitatis ductor. Bibl.

Astici, ludi vrbani Athenienſium, quorum vrbs, asty, antonomasticè dicta. Astyci.

Asticus, p. c. qui in vrbe habitat, vrbanus, *Chi habita in Città*. Astycus ab Asty.

Astictus, qui nullis punctus notatus, *Non picchiato*.

Astiŏchus, vas sulphure, pice, & stuppâ plenum, quod obiectum, siue eiectum, obuia, quæque comburit; *Fuoco lauorato*, quod si muro impingatur dicitur, *Petardo*.

Astipulatio, astipulatus, us, assensus, attestatio, *Accordo*.

Astipulator, qui stipulatur, *Chi si accorda*. Adstipulatrix, quæ assentitur.

Astipŭlator, āris, assentior, *Consentire, accordare*.

Astitas, astantes, vel præsidentes alicui rei. Passer.

Astituo, iuxta statuo, *Metter vicino*.

Asto, as, præsens, vel erectus sto, *Star presente, ò in piedi*.

Asto animo, subdolo, versuto. Cod. ll. antiq.

Astochia, opinionis, & spei frustratio. Astŏchus, qui non benè collimat, nec scopum tangit, *Chi non tocca il bersaglio*.

Aſtœchus, in quo verſus, aut ordines nulli ſunt.

Aſtŏma, oris ingrata, & guſtui. Rh. *Coſe diſguſteuoli*.

Aſtomachica, ſtomacho, & ori ingrata. *Coſe ingrate alla bocca, e allo ſtomaco*.

Aſtŏmus, p. c. loquendi facultate deſtitutus. Item equus præduri oris. Rh. Aſtŏmi, populi ſine ore, anhelitu viuentes.

Aſtonomus, aſtynomus, ædilis.

Aſtorgus, in quo non ineſt affectus amoris intercedentis inter patrem, & filium.

Aſtoxĕnus, p. c. qui ciuis licet ſit, pro peregrino tamen habetur.

Aſtraba, aſtrabarium, tabella, vbi pedes requieſcunt, *Tauoletta ſotto i piedi*. Iſid. Gloſſ. aſtrabarium, ſtapeda, *Staffa*. Salm.

Aſtrăbe, lignum in ephippijs rotundum, quod manu teritur, *Pomo della ſella*. Rh. Item tabella, vbi pedes quieſcunt. Pap. *Tauoletta ſotto i piedi*.

Aſtrabelates, gerulum iumentum. Rh.

Aſtrabiſter, inſtrumentum quoddam veluti dioptra. Heſych.

Aſtræa, iuſtitia.

Aſtragălus, p. c. Talus, os pedis in animalibus quibuſdam ſupra calcaneum. Item ſeptem ſpinæ vertebræ ſub collo. Item pars quædam in columnarum ſpiris, *Tondino*. Aſtragaliſmus, iactus talorum, ludus puerilis, Aſtragalizo, ludo aſtragalis, ſeu talis. Aſtragălus, etiam frutex paruus. Item ludi genus, in quo aſtragalis, ſeu talis luditur, *Giuoco del tallone*.

Aſtragălus, tormenti genus, vulgò, *Dado*.

Aſtrios, gemma cryſtallo perſimilis, in cuius centro ſtella lucet fulgore lunæ plenæ. Iſid.

Aſtragalomantia, diuinatio ex aſtragalorum iactu. Calcag.

Aſtragalōta, lora flagellationi idonea, cum quibuſdam oſſiculis.

Aſtragalōte, maſtix, flagellum, cui oſſicula implicata ſunt, ad plagas maiores infligendas, *Flagello con oſſetti attaccati*.

Aſtrāle, ad aſtrum ſpectans. Cath.

Aſtrama, aſſer, ſcabellum. Suppl.

Aſtrapias, gemma partim colore albo, partim cyaneo.

Aſtrategeſia, imperatoriæ artis imperitia.

Aſtrapoplecta, fulgore icta. Scal. ad Man.

Aſtrategētus, aſtrategicus, imperatoriæ artis ignarus, duce carens, *Senza capitano*.

Aſtrateutus, immunis à militiâ, *Eſſente*.

Aſtratia, militiæ vacatio, ceſſatio, *Soſpenſione d'arme*.

Aſtrĕpo, iuxta, aut ad aliquem ſtrepo. Cath.

Aſtricus, annus in quo Sol ab aliquâ inerrante ſtella ad eandem redit. Tropicus, ab æquinoctiali ad æquinoctialem. Scal. Lex. Philol.

Aſtringo, coniungo, *Stringere*. Aſtrictio, aſtrictorium, quod aſtringit, *Strettoie*. Aſtrictè, *Strettamente*.

Aſtrion, gemma ſimilis cryſtallo, in cuius centro lucet ſtella fulgore Lunæ plenæ. Cath.

Aſtroarche, Luna. Polit.

Aſtröbles, aſtroblētus, ſideratus, ſidere caniculæ perculſus, *Affidrato*. Aſtrobolia, aſtroboliſmus, ſideratio. Aſtroboleſia, *Affidratione*.

Aſtroboliſmus, morbus arborum tenellarum cum aſtlantur ſidere, ſideratio. *Affidramento*.

Aſtrocynos, p. c. canis ſidereus. Rh. canicula. Pap.

Aſtrocyon, p. c. ſtella Canis duas habens ſtellas, vnam in capite, Iſis; alteram in linguâ, Sirius, canicula.

Aſtroites, gemma oculis piſcium ſimilis.

Aſtrolabium, inſtrumentum Mathematicum, quo aſtrorum motus deprehenduntur. Sipone. *Aſtrolabio*.

Aſtrologia, aſtronomia, aſtrorum ſcientia. Aſtrologus, aſtronomus, huius artis peritus, *Aſtrologo*.

Aſtrologus, qui ex aſtrorum ſupputatione, effectiones, & futura prædicit. Vnde Aſtrologia.

Aſtronomus, aſtrorum ſcientiæ peritus, & motu cœleſtes recenſens. Vnde Aſtronomia.

Aſtromyum, ſtellæ nomen.

Aſtron, aſtrum, ſidus, peculiariter pro caniculâ.

Aſtropelece, fulmen. Lex. g. b.

Aſtroſia, cubatio ſine ſtragulis, *Dormitione ſenza coperta*.

Aſtrōſus, lunaticus, malo ſidere natus. Iſid. gloſſ. Cath. Pap.

Aſtroteſia, conſtellatio, plures ſtellæ ſimul poſitæ, *Coſtellatione, ſegno celeſte*.

Aſtrothetēma, ſtellarum poſitus, ſeu conſtitutio. Aſtrothĕtus, ad ſtellarum poſitum pertinens. *Figura celeſte*.

Aſtrothytes, qui aſtris ſacrificat, *Chi ſacrifica à ſtelle*.

Aſtrum, vide Aſtron.

Aſtruo, iuxta ſtruo, ædificium ædificio iungo, *Fabricar*.

Aſtu, aſtutiâ, aſtutè. Feſt. aſtutus, aſtu tutus. Aſtutè, &c. *Aſtuto*. Item vrbs, ciuitas.

Aſtulæ, cœmenta lapidea, & lignea, fomites ex arboribus ceſis. Aſſulæ. Turn.

Aſtupeo, ad aliquem, vel valdè ſtupeo. Cath.

Aſtur, ŭris. Aſturco, onis, tolutarius, colatorius, equus. Salm. *Ginetto*. Aſtur equus.

Aſtur,

Astur, falconum genus, *Astore*.
Astu incilas, ciuitatem probro traducis, funestasque. acc.
Asturco. Vide Astur.
Astures, ex genere infimo aquilarum, vel miluorum, vel falconum.
Astus, us, astutia, Ciuitas. Astus, a, um. Plaut. Astutia, astutè, astutus. Astu, indecl. astutè.
Asty, vrbs, per antonomasiam, Athenæ; Polis, Astu Alexandria; Vrbs, Roma.
Astyanax, vrbis Rex, & Princeps.
Astyboötes, p. p. in vrbe, per vrbem clamans.
Astyci. Vide Astici.
Astygiton, vrbi vicinus.
Astylis, lactucæ latioris genus sine caule, *Lattuga senza gambo*. Astytis. Athen.
Astylos, columnas non habens, *Senza colonne*.
Astymënes, in vrbe commorans, *Chi stà in Città*.
Astynomus, astynomicus, Ædilis, curator viarum, & ædificiorum vrbis, quasi, Lex vrbis. Rh.
Astyöchus, vrbem protegens. *Protettore della Città*.
Astymus, humana dictio, fig. Asteismus, astismus, vrbanitas.
Astyxëni, qui non habent ædes in vrbe, & sunt peregrini.
Astuestus, asbestus, inextinguibilis lapis, incombustibilis.
Asuspicium, aruspicium, antiq.
Asycophantëtos, qui sycophantiosè delatus non est. *Chi non è accusato falsamente*.
Asyla, herba qua sibi pecora medentur. Plin.
Asylarches, inuiolabilis, & sacer magistratus, vt olim Tribuni Plebis, asyli, dicti.
Asylia, p. p. ius libertatis, & veniæ, immunitas asylorum, seu Ecclesiastica.
Asyllepsia, priuatio facultatis concipiendi.
Asyllogistus, non rectè ratiocinans, aut colligens, *Chi non discorre bene*.
Asylum, p. p. ara, templum, statua Imperatorum, olim loca communia, *Luogo di franchigia, ò priuilegiato*. Asylia, immunitas Ecclesiarum.
Asylus, p. p. immunis, statua Imperatorum.
Asymbölus, p. c. qui symbolas non confert, immunis à conuiuij expensis, *Franco da pagar lo scotto*.
Asymbūlus, p. p. consilio carens, *Senza consiglio*.
Asymmëtra, inter quæ commensus nullus.
Asymmetria, symmetriâ, id est, conuenientiâ carentia. Item in circulo, chorda eum diuidens inæqualiter, & per centrum non transiens.
Asympathes, affectuum expers, & qui cum alijs non afficitur, *Chi non si confà con altri*.
Asymphönus, non consonans, discrepans, *Chi non s'accorda*. Asymphonia, inconsonantia.
Asynagögus, p. p. cui interdicta synagoga, à synagoga alienus, *Scommunicato*.
Asynallactus, cum quo contrahi non potest, *Con chi non si può contrattare*.
Asyncritus, incomparabilis. Bibl.
Asynetus, insensatus, imprudens in iudicando.
Asynusiastus, sine commercio.
Asyndëtus, disiunctus, iniugis. Sidon.
Asynthëta, crystalla pura. Plin. Item non colligata, coniunctionibus carentia, fig. Asyndeta: contra, Polysynthëta, Polysyndeta, habentia multas coniunctiones.
Asynthëton, Dialyton, fig. cùm oratio nullis coniunctionibus est iuncta.
Asynthëtus, non compactus, qui fœdera non iniit, aut non seruauit.
Asyntactus, immunis ab operibus, in nullam classem ascriptus.
Asyntactön, fig. cum consueta orationis structura mutatur.
Asyntaxia, ordinis perturbatio, *Perturbatione d'ordine*.
Asyntönus, p. c. laxus, languidus.
Asystäton, instabile, quod subsistere nequit. Item quæstionis genus, pseudomënon, mentiens.
Asystätus, parum constans, qui consistere nequit. Item status non consistens, *Instabile*.

A T

At quem, pro, ad quem, antiq. Cic.
Ata, æ, ate, es, noxa, detrimentum, Dæmon homini infensus. Vide. Atte.
Ata, Dea rebus mortalibus turbas immittens: contra, Lyta, eas soluens. Dalec.
Atäbat, astabat, antiq. Varro.
Atabulus, ventus in Apulea feruentissimus, & pernicios. Lex. Philol.
Atactus, inordinatus, *Disordinato*.
Atäcus, auis ignota. Pap. insectile maius brucho, hic est fœtus locustæ, antequam habeat alas; deinde cum incipit volare, Athelëtus: cum plenè volat, locusta. Bruchus verò, est multò locustâ grauior. Atäcus, dictus, quasi, sine tegâ, quod non tegatur. Cath.
Atalanta, sine pondere, leuis, velox. Cath.
Atanalo, genus vasis, sartago, vnde Atanuuium. Lex. Philol.
Atalmäta, pueriles lusus, vel saltus.
Atamicutus, qui non reconditus est.
Atanuuium, vas fictile Pontificale, quo vsi Sacerdotes Potitij. Atauium, potio. Fest. Sup. Scal-

•Ataphia, sepulcri carentia, sepulcri iactura, *Priuatione della sepoltura*.
•Atapinōtus, p. p. vir animi non abiecti, *Huomo di non poco animo*.
•Atarăchus, vacuus à perturbationibus, *Tranquillo*.
Atarnum, garnum, destrum, ferrum, quod intra modiolum ab axe teritur. Pl.
• Atauri, boues intacti venere. Item puellæ, non passæ virum. Rh.
•Atauus, abaui pater, *Terzo auo*. Atauia, abaui vel abauiæ mater.
• Ataxia, vbi nullus ordo. Item, acosmia, ordo decretorius dierum febrilium. Lex. med.
• Ate, vide, ata.
•Atechnes, sine fraude, & dolo. Atechnus, artificio carens, dolosisque artibus, *Senza inganni*.
• Atechnia, nullum artificium, ruditas, artis imperitia.
• Atecmartus, auis, quæ in volatu nullum habet augurium.
• Atecnos, liberis, & prole carens. Atechia, orbitas filiorum.
• Ategia, attegia, tentoria, casæ. Leo. Const.
• Atelia, immunitas tributorum, aut militiæ. Atēles, immunis, à quo nihil exigitur.
• Atellani, priuatim personati, qui in scenā personam deponere non cogebantur.
• Atelonēton, immune, pro quo vectigal non soluitur.
• Atenismus, intuitus inconniuens, *Mirar fisso*.
• Ater, niger, obscurus. Atratus, pullatus. Atritas, atror, nigredo. Vide.
• Ateramna, legumina contumacia, coctu difficilia, incoctilia, indomita, *Duri da cuocersi*.
• Atergus, à tergo. De latus, à latere. Salm. Gloss.
• Aterocopia, tracheliſmus. Cel. Aurel.
• Athacus, auis genus. Voc. Ec. Vide, Atacus.
• Athalassus, maris expers. Athalassum, vinum, cui non admista aqua marina.
• Athambus, qui stupore non percellitur.
• Athanasia, Leucathemus, herba montana. Item antidotus, collyrium. Gorr.
• Athanātus, p. c. immortalis. Athanasia, immortalitas. Athanasius, immortalis.
• Atharatrium, libi genus, siculnis obuolutum foliis. Rh.
•Athăra, puls ex olyrâ, seu siligine, infantibus vtilis. *Pappa*. Athēra, sorbitiuncula. Lex. Philol.
• Atheātos, inuisibilis, qui non videtur. Atheorētus.
• Athelabus. Vide, Atacus.
• Athemistus, nefarius. Athemisturgia, nefarium scelus.
•Athēna, emplastri genus. Gorr.
• Athenēum, p. p. templum Mineruæ, quò Poëtæ sua carmina ferebant, recitabant, Latini verò in templum Apollinis, & Musarum.
•Athenaica, armaria in Athenæo, vbi libri asseruantur. Athenicum, bibliotheca. Salm.
•Athenogeron, senex scholasticus in senectute literas docens.
Athenæ, sine cumulo. Athēnobius, Mineruæ arcus.
• Atheos, qui nullum Deum colit, aut credit, impius, *Atheista*.
•Ather, eris, summa spicæ hordei, arista. Ruell.
•Athēra, p. p. sorbitio ex zea, & lacte, puls tricea. Cassian. Item pinnula, quam sub ventre habent thymnides.
•Atherapeusia, cultus carentia. Atherapeutus, non colens, incultus.
• Athetina, pisces marinus, *Latharina*. Rond.
•Atherōma, p. p. tuberculum in capite nasci solitum. Cels.
•Athēros, p. p. carens feris. Atheria, penuria ferarum. *Senza fiere*.
• Atheronōmi, qui pro suâ libertate legibus vtuntur.
• Athesauristum, quod in thesauris recondi non potest.
• Athesauristus, qui nihil recondit in thesauris. *Chi non tesorizza*.
• Athesia, actio, quâ rata, fiunt irrita.
• Atheus, quasi sine Deo, impius.
• Athisca, patera potoria. Voc. Ecc.
•Athlēta, p. p. certator gymnicus, luctator, *Lottatore*. Athletice, optimè. Athlētis, athletice, es, certandi actus, *Lotta*, Athleticum, ad athletas spectans.
•Athlon, certamen, certaminis præmium, *Combattimento, premio della lotta*.
•Athlophōrus, præmij reportator in certaminibus, *Chi riporta il premio*.
•Athlothesia, præmij constitutio in ludis.
•Athlothēta, athlothētes, p. c. præmia certaminis statuens, designator ludorum gymnicorum, qui præmia statuit.
• Athomia, debilitas stomachi. Cath.
•Athmōdes, plenus vaporibus, *Pieno di vapori*.
•Athoōsis, indemnitas, absolutio.
•Athopia, paruitas oculi, cum visus imbecillitate, *Debolezza di vista*.
•Athoraciſtes, qui thorace non est indutus. *Senza giubbone*.
• Athremăta, dona, quæ à cognatis mittuntur virginibus nubentibus apud Lesbios. Buleng.
• Athrēni, p. p. illacrymabiles. Athrēnium, quod est absque luctu, sedes Musarum. Suid.

Athri-

Athribitis, Prefectura Ægypti.
Athymia, animi deliquium, defectio, *Suenimento*. Athymus, p.p. qui animum abijcit, despondet, *Che si perde d'animo*.
Athyrma, lusus puerilis. *Giuoco di putto*.
Athyrogloſſus, cui lingua effrenis, quaſi nullis ianuis coërcita. Athyrogloſſia.
Athyronōmus, ſine delectu vtens legibus.
Athyros, p.c. ianua carens, *Senza porta*. Athyroſtōmus cui os nullis foribus cohibetur, *Sboccato*.
Athyton, non immolatum. Athyta, non immolata.
Atichiſtus, atœchus, muro non cinctus, nec munitus, *Smantellato, ſenza muraglie*.
Atigeris, ſtatim. Feſt.
Atimorētus, p.p. de quo pœna ſumpta non eſt.
Atimōſis, p.p. ignominioſa damnatio, *Infamia*.
Atimus, atimētus, p.p. ignobilis, ſine honore, *Diſonorato*. Inteſtabilis, legum præſidij expers, Schar.
Athinia, vlmus Gallica. Iun. Colum.
Atizoes, gemmæ ſpecies argento nitore præfulgens.
Atlantes, ſtatuæ altæ, ſuſtinentes tecta, vel aliud in ædificijs, Telamones. Enn. *Statue che ſoſtangono trane, &c.*
Atlantides, Virgiliæ, Heſperides, Pleiades, Atlantiadès, aſtrum in tauro, *Chiocciа, gallinella*.
Atlantius nodus, primus ſpinæ articulus. Plin.
Atmenus, ſeruus, & ſubditus. Rh. *Suddito*.
Atmæotēſis, altitudo vaporum.
Atmoſphœra, aëris ſpatium vbi ſunt vapores, infima regio. Mēpos, filius abnepotis.
Atneptir, filia, *Nipote del nipote*. Quaſi antenepos.
Atocia, atōca, medicamenta ſterilitatem inducentia, vel abortum facientia. Rh. Lex. med.
Atocius, qui partum impedit. Atōcus, ſterilis. Atocium, medicamentum conceptum abigens, *Medicamento da fare ſconciare*.
Atœchus, atœchi ſtus, muros non habens.
Atōnos, oculorum nictu.
Atōmus, p.c. corpuſculum aërum inſectile. Atōma, inſectilia, *Atomi*.
Atōnia, p.p. nerui remiſſi languor.
Atopaſton, quod coniecturâ aſſequi non licet, *Inconietturabile*.
Atopēma, p.p. dictum, aut factum abſurdum, *Spropoſito*.
Atōpon, abſurdum, inconueniens.
Atornati, procuratores apud acta conſtituti, *Procuratori*. Scharo.
Atos, inſatiabilis, *Ingordo*.
Atoxeutos, qui ſagittâ peti non poteſt.
Atqui certè.
Atrabirius, atrâ bille laborans, *Malinconico*. Atrabiliaria corpora, atræ billi obnoxia. Lex. med.
Atractos, nauis pars, Calcag.
Atractylis, ſpina Cnino ſimilis, quâ mulieres pro fuco vtebantur. Dioſc.
Atactylis, hirſuta, carduus benedictus. Iun.
Atrāmen, p.p. nigredo. Vnde atramentum. Cath.
Atramentum, niger color, *Inchioſtro*. Atramentāle, Aramentarium, vaſculum atramenti, *Calamaio*. Atramentum, coriarium, ſuligineum, librarium, ſcriptorium, tectorium. Iun.
Atrāpos, apotrópon, vinum ſponte fluens ex vuis, nondum calcatis, *Vin corſio*. Rh. ſemita.
Atrapos, ſemita. Atrapare, fugientem capere, aſſequi. Sch.
Atrātus, pullatus, atris veſtibus indutus. *Veſtito di ſcuro*.
Atrebatice veſtes, coloris Xerampelini, ideſt, ſiccatis vitium folijs perſimilis, *Color di roſe ſeccbe*.
Atrēti, quibus anus, aut genitalia perforata non ſunt. Gorr.
Atribes, p.c. non tritus, inuſitatus, *Non vſato*.
Atrici, qui excubant ad atrium, *Portinari*. Limenarchę, ad Limina. Lex. i.c. Atriarij, Atrienſes, ſerui præcipui, quibus cura erat atrij, atrici, dicti.
Atricenſis, atrīci, atrij cuſtos, *Maeſtro, ò portinaro della ſala*, in ædibus priuatis ad fores excubans.
Atricapila, auis nota. Melancoryphos, *Caponere*.
Atridies, infauſti, *Giorni infelici*. Poſtriducani Cal. Iun.
Atrilicium, ea pars atrij, in quâ olim licia texebantur. Aſcon.
Atripilius, qui habet pilos atros. Iun. *Di capelli neri*.
Atriplex, herba homines pallidos faciens. Feſt. olus ſpinacium, *Reppice*. Onom. med.
Atriplexum, aureum olus. Atriplex. Feſt.
Atrītas, atritudo, atricies, nigredo. Plaut. Atricōlor atror, nigredo, *Negrezza*.
Atrium, prima pars domus ante ædes, vbi olim culina ſubdialis, cōtinens, mediam aream, *Cortile*. Atriōlum, dimin. paruum atrium, *Cortiletto*. Atrium continet mediam aream, quæ ſepe periſtylio, & porticibus circundabatur. Feſt.

Athium,

Athium, quasi æthrium impluuium, subdiual locus ædium priuatarum, quæ habebat tabli-na, seu pinacothedas, culinam, columnis cinctus, ideo dictus, *Peristyleum, cortile*. Casaub.

Atrophia, ex alimento nullum sentire beneficium. Item oculi vitium cum imminuitur, aut deprimitur, Manar.

Atröphus, p.c. qui non alitur cibo, macilentus, atrophusa, corporis particulæ, ex nutrimento fructum non sentientes. Lex. Med.

Atropia, malè morata natura. *Scostumata*.

Atropos, Parcæ nomen, quod eius mens non flectatur, inexorabilis. Lex Philol.

Atror, atritas, atritudo, nigredo. *Negrezza*.

Atrox, asper, crudelis, non maturus. Atrocitas, crudelitas. Atrociter, crudeliter. Fest.

Atrygos, fæce carens. *Senza feccia*.

Atrytöna, Minerua, quòd bellicis laboribus non sit exhausta.

Atubus, blæsus. *Bleso*.

Atta, littus. Turp. Item Senex vocatur à pueris honoris gratiã, aui nomine. Atta. Fest.

Attabernãlis, socius in tabernâ. Tabernio, ōnis, Cath. meliùs. Attubernalis. *Compagno di Tauerna*.

Attæ, qui vitio pedum plantas à terrâ non subleuant, sed magis atterunt. Atæ.

Attaceo, simul taceo. Cic. *Tacere insieme*.

Attaci, bruchi, mastaces, locustæ rodentes fata. Rh. *Cauallette*.

Attactus, us, ab attingo. *Toccamento*.

Attacillo, repo, ab attio deductum, antiq.

Attägen, p.c. attagena, auis nobilissima in Asiâ. *Francolino*, alij aliter.

Attalus, auctus, nutritus. Bibl.

Attam, senem honoris gratiâ nominabant. Vide, atta.

Attaminãre, attingere. S. Aug.

Attaminat, inquinat. Isid. Gloss. purgat farinam. Cath.

Attamen, setaceum, seu cribrum. Attamino, as.

Attanãbo, genus vasis. Isid. Gloss. Attanülum. Idem.

Attaragi, res pusillæ, pustulæ panis, & fragmenta derasa, e crustâ superiori; ex inferiori dicitur, Epsethia, Rh. Atteger. Vide Adteger.

Atteger, Adteger. Vide: contra, Integer.

Attegere, attingere, antiq. Scal. *Toccare*.

Attegie, mapalia, tuguria. *Capanne*. Maurorum casulæ quasi ad tempus tectæ. Pap.

Attegrare, integrare, vinum in sacris augere, in statum redigere, attegrum vinum. Fest. vide, adteger, adtegrare.

Attegrum vinum, & attegratur, cum libatur, quia tunc minuitur, vt sacrificium augeatur. Lex Philol.

Attelãbus, p.c. minimæ locustarum sine pennis. Plin.

Attellanæ, fabulæ salibus, & iocis conditæ. Attellanus, Attellanius.

Attempĕro, as, adapto. *Accommodare*. Attemperatè, tempestiuè. *A tempo*.

Attendo, pro intendo, aduerto. *Attendere, auuertire*.

Attentãre delictum, inchoare, non perficere. *Tentare*.

Attentio, onis, intentio. *Attentione*. Attensè, adu.

Attenuare, subtilem facere. *Assottigliare*. Attenuãtum, attenuatio. *Assottigliare*. Attenuatè. *Sottilmente*.

Attĕro, p. c. Atterĕre, comminuere. *Fregare*. Attritus, us, attritio. *Fregamento*. Atteritus. attritus, Lipsi.

Attestationes, probationes factæ in absentia partis. Item depositiones, testimonia. Rebuf.

Attestor, antestor, testem facio. Turn. Attestationes, testium depositiones.

Attexĕre, texendo, adiungere. *Tessere appresso*.

Attestata fulmina, quæ ad contestanda priora prodigia superueniunt. Senec. Calu.

Attibernãlis, vicitus tabernæ. Isid. Gloss. Attubernalis, Attabernalis. Vide Adtubernalis.

Atticinari, ad ignem titiones aduicinare. Ticinor, Cathol. *Attizare il fuoco*.

Atticissimus, elegantissimus character Græcorum. Atticisare, Atticos imitari. Fest.

Atticurges, Attica structurâ elaboratum. Vitr.

Attigo, attingo antiq. Plaut. attigere, contigere. Non antiq.

Attinguem, attingam, antiq. Lipsi.

Attiguus, contiguus, qui ita vicinus est, vt attingat. Apul. *Contiguo*.

Attulus, p.p. piscis genus Padanum. Rondel.

Attimoi, improbi, intestabiles. Lex. i.c.

Attinæ, lapides in materiam congesti, & se mutuò tangentes.

Attinentia, circunstantiæ.

Attineo, teneo. *Tenere*. Attinet, pertinet. *Appartenere*.

Attingo, leuiter tango. *Toccar leggiermente*.

Attingebo, ab attingeo, attingam, antiq. vt claudebo, viuebo. Scal. attingo.

Attingem, attingam, antiq.

Attis, idis, luscinia, philomĕla. *Vsignuolo*.

Attollo, eleuo. *Inalzare*.

Attondeo, Attondĕre, omnino tondere. *Radere*. Attonsus. Attondens.

Attŏno, p.c. as, attonare, iuxta tonare, stupefacere,

re, antiq. Attonitus, ſtupefactus, *Attonito*, attonitè, adu. Item apoplecticus.

Attraho, ad me traho, allicio. *Allettare*. Attractio, Attractus.

Attrectare, palpare. *Maneggiare*. Attrectatio, ōnis. *Maneggio*.

Attrēmo, is, p.c. ad vocem alicuius contremiſco. Stat.

Attribuo, aſſigno, committo. *Aſſegnare, attribuire*.

Attributæ pecuniæ. *Aſſegnationi*. Attributi, quos debitoribus exigendos damus. *Ditte*. Gloſsæ.

Aattrita, intertrigines, paratrimmata, confricationes ex itinere. *Scorticature, per il caminare*. Manar.

Attubernalis. Vide Adtibernalis.

Attŭlo, abſtulo, affero, aufero. Tulo. fero. Pac.

Atturacio, ſacrificium ex thure. Suppl. Gloſſ.

Atubus, blæſus. Suppl. Hatubus. Vide.

Atuentus, aduentus, antiq. Lips.

Atychia, fortuna aduerſa. *Diſgratia*.

Atymbos, ſepulcro careus. *Chi non hà ſepoltura*.

Atyphia, animus expers faſtus. Atyphus, p. p. *Non arrogante*.

Atypi, non expeditè loquentes, & qui non formâ decenti præditi.

Atypus, Echo loquax.

Atyriphōnus, p.p. cui feſtinata nimis in loquendo celeritas. *Chi parla troppo preſto*.

A V

Au, interiectio conturbate mentis.

Auaria, auiaria. Gloſſ. Salmas.

Auaritiar auarities, tenacitas. Auare, auariter auarus, tenax, *Auaro*, auarus, ſemper reprehendendus, auidus verò, non ſemper. Non.

Aucæ, anſeres. Marcul. *Ocha*. Cod. ll. antiq.

Aucat, circunflectit.

Aucella, ortigometra. Iſid. Gloſs.

Aucea, ſæpè aucta. Feſt. Lex. Philol.

Aucellus, auicula. Suppl. *Augello*.

Auceps, qui aues captat. *Vccellatore*.

Auceta, ſæpe aucta. Feſt.

Auchemi, nauis pars. Calcag.

Auclator, accenſus, miniſter publicus. *Miniſtro publico*.

Aucones, incantatores, vel vicini. Iſid. Gloſs.

Aucta, incrementa, auctus, us, incrementum. *Accreſcimento*.

Auctāre, auctitāre, ſæpè augere. *Accreſcere ſpeſſo*.

Auctarium, ſuperponendum, corollarium, cumulus in modio. *Buona miſura*. Feſt. *giunta*.

Auctificum, quod auget. Lucr.

Auctio, venditio bonorum publica. *Incanto*.

Auctiōnor, p. p. auctionari, publicè ſub haſtâ vendere. Auctionans. Auctionariæ tabellæ. Auctionalis, qui emit. Auctionalia, inſtrumenta auctionis.

Auctitium pro auctarium, a, in i, mutatum. Inſen. vett.

Aucto, as, frequenter augeo, Auctito. *Accreſcer ſpeſſo*. Scal. Auctim, creſcenter. Cathol.

Auctor, qui auget. Auctrix, quæ auget. *Autore*. Auctorites. Item venditor, Salm.

Auctoramentum, obligatio ſtipendio, precióve facta. Merces, eſt auctoramentum in ſeruis mercenarijs.

Auctorare, iuramento, vel ſtipendio obligare. Item auctorem fiari, auctoritatemque interponere. Auctorizo, as, authenticum facio. Cath.

Auctoratio, venditio gladiatorum.

Auctoratus, auctoramento obligatus, gladiator, aut ſeruus, auctione publicâ venditus, aut addictus: aut qui ſuam ad gladium operam mercede locauit. Item auctoritate confirmatus. *Autenticato*, Tertull. contra, Exauctoratus, auctoramento ſolutus. *Diſobligato*.

Auctores qui ſe vendent, & auctorant, ad ludum Auctorati. Salm.

Auctoro, obligo. Exauctoro, obligatione, & ſacramento libero.

Auctrix, augmentatrix. Cathol.

Auctorium, quod additur menſuræ cum venditur. Cathol. auctarium, melius. Vide.

Auctuatio, auctus, congregatio. Suppl.

Auctum, ſpatium Circi, quod ſuper definitum modum victoriæ adiungitur. Feſt.

Auctus, augmentum. *Accreſcimento*: vnde autumnus. Vide, Autumnus.

Aucupaui, pro, aucupatus ſum. Plaut. Aucupari, aues ſectari. *Vccellare*.

Aucupium, locus auibus captandis. *Vccelliera*. Auium captatio. Auceps, qui aues captat, *Vccellatore*. Aucupatio. *Vccellagione*. Aucupatorius, ad aucupium pertinens, *Da vccellare*. Aucupabile, aptum aucupio.

Aucŭpor, aris, aues capio. *Vccellare*.

Audāces, calices vitrei viliores. Martial. Salmas.

Audacitas, audacia. Flodoar. audaciæ, arum, audaciter.

Audacter, Audenter, ab audeo, es. *Ardire*. Audacŭlus, aliquantum audax. *Sfacciatello*.

Audax, *Ardito*, audacia, *Ardire*.

Audentia, audacia: illa fortitudinis; hæc temeritatis. Non.

Audĭbo, audiam. Feſt. En.

Audien-

Audientes, Cathecumeni, Tertull. audientiam præbere. Audientia, æ.

Audientiam fac mihi, Fac vt audiar.

Auditorium, locus vbi causæ audiuntur, cognoscuntur, finiuntur. *Auditorio*.

Auditor, qui audit, & apud quem agitur. *Auditore*. Auditus, us; ab audio, is. *Ascoltare*.

Audiuitaui, sæpè audiui, antiq. Fest. auditaui. Scal. *Hè vdito spesso*.

Aue, Haue, Chære, salue. Auete, saluete. *Dio vi salui*. Aueo, es, cupio. *Bramare*.

Auecta, sepè aucta. Fest.

Aucho, abduco. *Condur altroue*.

Auellanum, auellana, corylum, nuces auellanæ. *Nocciuolla, noccella*.

Auellĕre, extirpare. *Sbarbicare*. Auulsor, qui auellit, auulsio.

Auēna, p.p. frumenti vitium, *Auena*. Auenaceus, ex auenâ. Auenarium, locus auenę. Auena, item calamus, seu culmus segetis, ex quo fistulæ fiunt. *Zampogna*.

Auenaria, cicadæ species, frumentariæ, dictæ. Plin.

Auentare, truncare, eradicare auenas. Cathol.

Auenter, auidè. Sidon. *Auidamente*.

Auenŭla, parua auena. Cathol. *Zampognetta*.

Aueo, es, concupisco. *Bramare*: auens, concupiscens. *Chi brama*.

Auernus, infernalis.

Auerruncare, auertere, quasi vitium sarmenta runcâ præcidere. Aruncāre, antiq. Scal. *Discacciar*.

Auerrunci dij, auerruncarij, depulsores, tutani, alexicăci, apopompæi, apotropæi, sotēres, Phyxij. Delriu.

Auersātus, auersus, qui faciem aliò vertit. *Chi hà voltato le spalle*. Auersōres, fures. Cerda. Auersio, auersatio. *Voltamento di spalle, auersione*.

Auersor, aris, detestor, abominor. *Abominare, voltar le spalle*. Auersus, aliò versus.

Auersus, non è regione positus, vt aduersus, sed à tergo. Auersa Venus, postica. Aduersus, & auersus, impudicus omnino.

Auersores, qui furantur pecora, ea auertendo à pascuis.

Auertæ, arum, lora latiora, per terga iugalis equi excurrentia, sub alis eius succincta. Item pera, seu mantica, vbi vestes viatoriæ, & alia necessaria reconduntur; seu ornamentum capitis equorum, quo habenæ figuntur. Alc. Pancir. Auertarius, auertà equum regens.

Auerto, is, aliò verto, amouco, *Remouere*, interuerto, intercipio. *Fare vna caualletta*. Contra, aduerto. Vide.

Auertor, auersor, contemno. *Sprezzare*.

Auersione emere, conducere, cum pretium confusè, non singulis mercibus constituitur, seu addito pacto, vt periculum rei emptæ sit emptoris, alij legunt, aduersione, l. 1. c.

Auersione venditur, locaturve aduersione, emitur, conduciturque, Hotoman.

Aues, volucris omnis. *Vccello*.

Aues oscines, cantu. Præpetes, volatu augurantes. Altilles, Fartiles, saginandæ. Cohortales. Palmipedes. Fissipedes. Inferæ, circa terram volantes. Solidipedes, allectatrices, aliàs allectantes. Iun. Ambustanęæ, Circanęæ, Incendiariæ, Inebrę, vide suis locis.

Aufĕro, adimo, *Leuar via*.

Aues domesticæ, seluaticæ. Cod. ll. antiq.

Auferro, as, ferrum demo Cath.

Aufert, qui dedit. Adimit, imperio coactus. Eripit, qui plus valet. Auferre, possumus. Adimere, iubemur. Eripere, valemus. Front.

Aufugio, aliò fugio. *Fuggir altroue*.

Auge, splendor, lux, auge solis, cum est in maxima altitudine. Augeo, maius facio.

Augificare, augere. Enn. Augmentare, augere.

Augeo, maius facio. *Accrescere*.

Augesco, cresco, incrementum accipio. *Aumentarsi*.

Augmen, augmentum, accessio, moles. *Accrescimento*. Lucr. Item, Obsonij genus, quod ex immolatâ hostiâ defectum in iecore, imponendi, augendi causâ. Varro.

Augmento, augeo. *Accrescere*.

Augura, auguria ex garritu auium, acc.

Augur, ex auium garritu prædicens. *Augure*.

Augurāle, insigne augurum, & ad augurium pertinens. Auguraculum, arx, vnde auguria captantur. Fest. Auguriale. Plin.

Augurāre, Inaugurāre, augurio consecrare, contra, Exaugurare, quod auguratum erat, contrario augurio profanare.

Auguratò, per augurium. *Con augurio*.

Augurium, ipsa diuinatio. *Diuinatione*. Augurium salutis, quod precabantur Coss. Augures, auguratus, us, auguratio, augurium.

Augurius, a, um, auguralis. *Attenente ad augurio*. Cic.

Augūro, augŭror, augurium capto, prædico ex auium cantu. *Augurare, indouinare*.

Augurum, augurium. *Augurio*.

Augusta, Augusti vxor, Augustinus. Augustanus, ab Augusto. Augustea cartha, ampla. *Carta reale*. Cath.

Augustale, domus principis, vel magistratus, olim. Prætorium, dictū. *Palazzo del Prencipe*.

Augu-

Augurorum, geſtamen Perſicum, Buleng.
- Auguſtales milites, qui primos ordines militares ducebant. Veget. Item, Auguſtales, nummi genus. Cod. ll. ant.
- Auguſtata menſa quæ conſecrata. Turn.
- Auguſtei, termini in locis montanis poſiti, rotundi ab Auguſto. Item, Auguſtēum, ingens ærea columna Byzantij. Pancir.
- Auguſtus locus, ſanctus, ab auium geſtu. Feſt.
- Auia matris, vel patris mater, *Aiola*. Auus, *Auolo*. Auitum, p.p. quod eſt auorum, ſine viâ.
- Auianus, agrum locans pro angariâ. Iſid. Gloſſ.
- Auiaria ſecreta nemora, quæ aues frequentant. Virg. Auia, dicta: Vide auium.
- Auiarium, auium receptaculum, vbi nutriuntur, *Luogo da tener vccelli*.
- Auiarius, auicularius, qui auiario præeſt, aut aues cuſtodit, *Chi tien vccelli*.
- Auiaticus, auus, barb. Lex. I.C. propriè nepos, quaſi ab auo dictus. Auiatica hæreditas. Cod. ll. ant.
- Auicula inuolucris, implumis, volucris, *Vccelletto*. Iun. Auicularius, qui capit aues.
- Auicularia, ſecreta loca, vbi ſolæ aues. Cathol. *Luoghi d'vccelli*.
- Auideo, auidus fio, inſatiabilis. Suppl. Auiditas, Auidè, auidus, auco, es, valdè cupio, *Bramar*.
- Auigerūlus, qui aues gerit ad vendendum Cathol.
- Auigĕrus, augurator. Pap. *Augure*.
- Auilla, quaſi ouilla, agna recenter nata. *Agnellina*. Feſt.
- Auinum, extra vinum, id eſt, aquâ miſtum. Cath.
- Auis, volucris, *Vccello*. Vide, Auicūla.
- Auiſti, abiſti, antiq. Palm.
Auitium, auitium locus, & genus. Apul.
- Auitum, quod ab auis accepimus.
- Auium, auius, diſtans viâ, per quod iri non poteſt. *Senza via, fuor di ſtrada*.
- Aula, domus regia, *Corte del Prencipe*. Item, olla, *Pignatta*. Aulūla, parua olla, *Pignattina*. Vnde aulicōqua exta, in aulis cocta. Feſt. Plaut. Vnde aulicus, Vide. *Cortigiano*. Vide Chorſ.
- Aula Virginis, clauſtrum Virginale. Chryſ.
- Aulamæum, tributum; è quo ſoluebatur ſtipendium militibus aulam Principis ſeruantibus. Buleng.
- Aular, ollar, ollæ operculum, ſeu olla, *Copertura di pignatta*.
- Aularius, aulĭcus, qui aulam Principum frequentat, *Cortigiano*. Palatinus.
- Aulæa, ornamenta parietum aulæ, *Panni d'arazzo*.
- Aulædus, aulœdus, auletes, tibicen, *Suonator di piffara*.
- Aula fiſtulæ, *Cannuccie*. Cannullæ. Pap.
- Aulæum, locus ante aulam.
- Auleticum, tibijs idoneum. Plin. vt auleticus calamus, *Buono per fare vna piffara*.
- Aulētris, mulier tibicina, *Trombettiera, ſuonatrice*. Auletes, tibicen. Aulio, onis.
- Aulicaſtri, curialibus moribus præditi. Bud.
- Aulicŏqua, cocta in ollis, vel quæ coquit exta in ollis.
- Aulicoctia, exta elixa in ollis. *Interiora cotte in pignatte*.
- Aulicus, p.c. aulas frequentans, *Cortigiano*.
- Aulĭdus, aulædus, Salmaſ. *Suonator di piua*.
- Auliones, aulones, aulici, tibicines. Suppl. auletes.
- Auliſcus, parua tibia, *Piffaretta*.
- Aulla, olla, *Pignatta*.
- Aulodia, tibiæ cantus. Lyrodia, Lyræ. Citharodia, citharæ. Rh.
- Aulodicus, tibiarum cantus peritus, *Chi sà ſuonar di piffara*.
- Aulœdia, tibiarum modulatio, ad quam elegię, & lamenta canebantur.
- Aulœdus, cantor. Aulos, tibia, *Suonator di piffara*. Rh. Aulōdus.
- Aulopia, piſcis ſepio, Anthias à floriditate dictus.
- Aulŭla, olla parua; vnde, Aulularia: Comœdia Plauti. Item, parua aula, Cathol.
- Aumatium, locus ſecretus. Petr. Theatrum, verò publicus. Pap. Vide automatium.
- Aumarium, omarium, latrina publica in theatris, in Circo. Gell. Item, cella.
- Aunicŭla, p.c. auctio minor ſupra fundum. Iſid. Gloſſ.
- Auocamenta, ſolatia, negotia iocunda, *Deuiamenti*. Bud.
- Auoco, aliò voco. *Chiamar altroue*.
- Auŏlo, p.c. alio volo, *Volar altroue*. Vel ſubitò diſcedo.
- Auolſa, auulſa. Lucr.
- Auorſum facere, pati, præpoſtera libido. Cod. ll. antiq.
Auoſetta, auis, *Beccoſtata*, Italis.
- Aura, ventus lenis, *Aura, venticello*. Item, Aura leuatitia, dicta tonitrua, ac tempeſtates in aëre concitatæ à tempeſtarijs, cantationibus. Agobar. Epiſc. Aurūla, parua aura. Tertul.
- Auramentum, inſtrumentum effodiendo, aut purgando auro Plin.
- Aurantia mala, aurea, *Naranci*.

Aurāre,

Aurãre, inaurare, deaurare, aurum ſuper inducere. Cathol. *Indorare*.

Auraria, aurifodina, locus vbi aurum foditur. Item, tributi genus de rebus venalitijs.

Aurarij, fauitores, ab aura, ſeu fauore dicti. Seru. Salm.

Aurarius, aurum curans, *Chi cura l'oro*. Faber aurarius, *Orefice*.

Aurata, piſcis aurei coloris. *Orata*.

Auratum, quod in ſuperficie habet aurum, *Dorato*.

Aurea barba, Iouis & Neptuni inſignia ornamenta. Turn.

Aurea, oreæ, fræna circa equorum aures, *Teſtiere*. Aureola, dimin. Feſt.

Aureax, auriga; aureas, frænos dicebant, quod ad aures equorum religantur. Orias, quod ad ora religantur. Item aureax, eques ſolitarius, ſingulator. Gloſſ. Iſid. Scal. Pap.

Aurelius, Chryſalus, nomen ab auro ductum. Turn.

Aurcola, gaudium de operibus à ſe factis, per quod apparebit in corpore exterius quidam decor, gaudium interius oſtendens.

Aureõlum referens colorem auri.

Aureõlus, aureus, moneta valens centum ſeſtertios, *Zecchino, ò doppia*.

Auresregiæ, miniſtri regis delationibus prępoſiti. Apul.

Aureſcit, aurora fit, aurcum fit, Var.

Aureus, aureolus, aurinus, orinus, homo pręſtans, auro contrà æſtimandus. Plaut. Scal.

Aureus numerus, cyclus Paſchalis XIX. an. auro notatus in faſtis.

Aurichalcum, orichalcum, æs aurei coloris, *Ottone*. Aurichalcicum, ex aurichalco, *D'ottone*.

Aricõmus, p.c. aurcam comam habens. *Chi hà la chioma dorata*.

Auricũla, cartilago circa aurium cauitatem, vel intima particula mollis.

Auricũla vrſi, herba odorifera. Auricula muris, herba, *Orecchia di topo*.

Auriculãtus, magnas habens auriculas. Cathol.

Auricum, ad aures ſpectans. Cathol.

Aurifaber, aurifex, auri faber, *Orefice*.

Auricularis digitus, minimus. Item, amicus intimus.

Auricularius, auſcultator, ſecretarius.

Auricularium, ad auriculas ſpectans.

Aurifodĩna: locus vbi aurum cffoditur. Aurificina, vbi laboratur. Aurĩfex, aurifãber, qui aurum tractat, *Orefice*. Aurifer, qui fert; aurifur, qui furatur. Auriger, Aurilegus, &c.

Auriſila, liquationes, ramenta, trimma. Salmaſ.

Auriflamma, vexillum Gallorum.

Auriga, Origo, p.p. ſignum cœleſte. Item, qui currum agit, aurigarius, *Carretiero*, aurigari, aurigãre, currum agere, *Guidar carretta*.

Aurigatio, aurigandi officium.

Aurigena, filius auri.

Auriginõſus:, arcuatus, ictericus. Iſid. gloſſ. *A chi s' è ſparſo il fele*.

Aurĩgo, as, p.p. aurĩgor, moderor, rego currum, Var. *Gouernar vna carrozza*.

Aurigo, inis, icteriſmus, morbus regius, à colore auri. Ictericia, Lex. med.

Aurigrăphus, aureum ſcripturam faciens. Auri-graphia, ſcriptura aurea. Cath.

Aurilĕgus, aurum legens. Aurilĕgulus. Scal.

Aurilegium, vbi colligitur aurum. Cathol. Auri experimentum, probatio. *Copella*.

Aurio, pro, haurio. Vide Haurio.

Aurifrygium, mitra. Gauan. Aurifrigium, quod ſtragulis ſericis, & auro intertextum. Lex. Philol.

Auripigmentum, foſſile referens auri colorem, *Orpimento*.

Auripigmentum, citrinum, arſenicum naturale: rubeum ſandaracha. Dioſc.

Auris pars capitis, *Orecchio*. Auritus magnas aures, habens, & qui bene audit, *Orecchiuto*.

Auriſcalpium, inſtrumentum, quo aures purgantur, *Cura orecchie*. Dentiſcalpium, quo dentes, *Curadenti*.

Auriſcidus, qui aurum ſcindit, aurifex, Cathol.

Auriſcoria, fæx auri. Iun.

Auris marina, piſcis teſtaceus. Rondel.

Auriuittis, auis in ſpinis victitans: vel ab aurea vittâ, Lex. Philol.

Auro, as, aurum ſuper pono. *Indorare*.

Auroclãua, auroclauãta, veſtis clauis aureis ornata. Salmaſ.

Auroclauãre, aureis clauis ornare.

Aurõra, prima diei lux, *Aurorans*, illuminans. Iſid. Gloſſ. Aurorare, illuminare. Cathol.

Auroſus, aureus: Auroſa arena, habens in ſe aurum. Lampr. Item, auro abundans, diues.

Aurũla, parua aura, *Venticello*. Tertul.

Aurulentus fulgens ex auri percuſſione. Prud.

Aurum, pretioſum metallum, *Oro*. Obryzum, Puſulatum, purum, putum, excoctum. Canalitium, in puteis effoſſum. Coronarium, pro corona imperatoris, Glebãle, pro poſſeſſionibus. Luſtrale, quartò quoque anno. Netum, filatum. Inſectum, non cœlatum, rude. Oblatiuum, à ſenatoribus oblatum. Lex. I. C. Iun.

Aurũfex, aurifex, *Orefice*.

Auruginoſus, arcuatus. Iſid. Gl. Aurũgo, morbus

bus regius.
Aurugia, quasi auri rugia, id est scaptura, vbi aurum scalpitur, non effoditur, Pancirol.
Auruncus, Aueruncus, Deus, mala auertens, Item auri furunculus. Aurunculus. Suppl.
Aurus, aureus. Salmas.
Auscaripeda, vermiculus multipes, pilosus, in fronde nascens.
Auscultari, osculari. Auscultum, Osculum, ant. Fest.
Auscultо, audio, *Ascoltare*.
Auses, aures, antiq.
Ausi, ausus sum. Ausim, audeam. Ausis, audeas. Ausimus, ausi sumus. Fest. Ausio, ausus, us, aurum, *Ardimento*. Audeo, es, *Ardire*.
Auspex, qui ex auium volatu futura diuinat, & qui nuptijs celebrandis præest, dictus ab auibus aspiciendis, ex parte mariti; Pronuba ex parte vxoris.
Auspicale, quod ad auspicium pertinet. Auspicālis oratio, in auspicijs habita. Auspicaliter, auspicātо, auguratо, auspicio sumpto. Auspicari, auspicium sumere.
Auspicare, augurare, *Incominciare*.
Auspicari, auspicium facere, incipere aliquid.
Auspicatum, felix. Auspicatо, feliciter. Auspicatè.
Auspicari magistratus, non tantùm inire, sed aliquid ex munere delibare, & leues aliquas, & translatitias causas audire.
Auspicor, auspicio, antiq. auspicia sumo, *Prendere gl'auguri*.
Auspicaui, auspicatus sum, auspicat, auspicatur. Non. Auspicato auspicio sumpto. *In buon'hora*. Auspicatus, us, auspicatio, auspicium.
Auspicium, augurium, diuinatio ab auium pastu, aut inspectione earum, Fest. Caducum, Iuge, Perenne, Solistimum. Vide suis locis. Sca.
Austelli, parui austri venti. Noti.
Auster, ventus meridionalis. *Ostro*. Austrinus flatus, *Vento di mezzo dì*.
Austērus, asper, seuerus, *Aspro*. Austeritas, austērè, Austerum vinum, non leue.
Austrānus, humectans. Suppl. Austrāti, humectati. Austrāre, humectare. Austrinare, corrumpere, macrum reddere. Cathol.
Austrinātus, macer, vento austro corruptus Pap. Austrino, as, humido, humidum reddo.
Austro, as, humecto: austratus, humectatus, *Humido*.
Austrum, vide Haustrum.
Ausumo, absumo. Gloss.
Ausus, us, ausum, cœptum, cogitatum, *Impresa cominciata, o pensata*. Ausio.

Autadelphi, fratres ijsdem parentibus progeniti. Rh. fratres germani, *Fratelli germani*.
Auræotētus, qui à seipso in sublime euehitur.
Autandros, cum ipsis hominibus.
Autangēlus, qui sibi nuncius est.
Autopodia. Anaxyrides, calceamenti genus. Poll.
Autarestus, sibi ipsi placens.
Autarcia, facultas ex se sufficiens ad benè beatèque viuendum. Arist. Calcag.
Autenergētus, ipse per se operans.
Autepilūlus, sui ipsius captus insidijs.
Autepitactes, qui ipse per se, & suo iure, iura imponit, vt Rex.
Autepsa, sartago, olla ita artificiosa, vt quasi per se ipsa minimo igne coquat. Authepsa.
Auterētes, miles qui per se remigat.
Auteritas, antiquitas. Isid. Gloss.
Autexusius, autognōmon, pp. qui sui iuris est. Lex, i.c. *Chi è in suo potere*.
Authadostōmus, qui est ore contumaci, ac temerario. *Sboccato*.
Authæmus, qui est eiusdem sanguinis, *Del medesimo sangue*.
Authemērum, quod est eiusdem diei, *Del medesimo giorno*.
Authenta, qui seipsum interimit. Item, qui seipsum ad aliquid mittit. Item dominus, qui se in sua potestate habet. Item, qui potestatem in se exercet, & interficit. Hinc Authensia, potestas, auctoritas. Lex Philol.
Authentes, dominus pro suo arbitrio omnia faciens. Authentia, potestas.
Authentica, scripta facta ab auctoritatem habente. Authenticæ, tabulæ primariæ. Authenticè, cum certo autore. Authenticum, originale, authentici, vtriusque Testamenti auctores. Authenticus, auctoritate plenus. Cod. Il. antiq.
Authentopūlus, dominus maior. Authentes, herus maior, author. Authentica, authoritas.
Authepsa, autepsa, olla ex ære Corinthio per se ipsa quasi coquens Cic.
Authoramentum, obligatio quædam, & gladiatorum pretium. Auctoramentum.
Authorāre, sacramento aut stipendio obligare. Contra, Exauthorare, liberare.
Authoagăthus, per se bonus, *buono di sua natura*.
Authorati, auctorati, obligati sacramento, obærati, Contra. Exauthorati, Liberati.
Autoalethia, ipsa veritas, Deus. *La stessa verità*.
Autoantrōpus, homo ipse per se.
Autocatacritus, suo iudicio damnatus, *Dannato da*

da se stesso.

Autocephăli, Episcopi nemini subiecti. Balf.

Autŏchir, qui sua ipse manu aliquid facit.

Autochiria, occisio facta manu propriâ.

Autochthon, ŏnis, ex ipsâ terrâ ortus. Autochthŏnes, indigenæ, non alio suam originem referentes, quasi ex ipsâ terrâ nati, ita dicti Athenienses.

Autocinēton, se ipsum mouens. Autocinesia, motus per se, *Mouimento naturale*.

Autoclētus, non inuitatus, sed sponte seipsum intrudens.

Autocŏmus, ipse per se comatus, *Chiomato naturalmente*.

Autocrātor, autocrātes, qui sui iuris est, princeps nulli subditus.

Autocratoria, principatus absolutus, *Dominio assoluto*.

Autocrătum, p.c. vinum suâ naturâ, ita temperatum, vt nihil ei miscere sit opus. Poll.

Autodiacŏnus, qui ipse sibi ministrat. Autodiaconia, cum quis sibi ipsi ministrat.

Autodicus, qui se iudice vtitur.

Autodidactus, automăthes, qui nullo docente ex se didicit.

Autodīpnus, qui vocatus ipse per se cœnam petat.

Autodrŏmus, per se suâ naturâ currens. *Chi corre volontariamente*.

Autodynamus, suâ naturâ potens. *Potente naturalmente*.

Autogĕnes, autogŏnus, ex se ipso genitus, non ex alio, *nato da se stesso*.

Autognōmon, qui suam duntaxat sequitur sententiam.

Autogrăphum, manu propriâ exaratum, *Scritto di propria mano*. Idiogrăphum.

Autolecythus, p. c. qui sponte ad Lecythum commeat: parasitus, scurrilis, qui sibi lucernam præfert.

Autolyci, solertes fures, ac depeculatores, ab Autolyco, Vlissis auo.

Automartyr, qui de se ipso testatur, *Testimonio di se stesso*.

Automăta, quæ per se mouentur, vt horologia.

Automataria ars, automatarius, artifex per se mouentium, horologiarius, &c.

Automăthes, autodidactus, qui se ipso magistro dicit. *Chi non impara da altri*.

Automatium locus theatri, aut circi, vbi automata.

Automăton, spontaneum, quod causâ nostrâ non fit. Gor. Item, quod per se mouetur, vt Neurospastum, vide.

Automaturgus, qui automata operatur.

Automătus, ex se ipso aliquid faciens, *Chi fà da se stesso*.

Automŏla, automŏlus, p.c. miles suâ sponte fugiens.

Autonŏmus, qui suis legibus viuit, nec alieno imperio subest.

Autonomia, potestas viuendi suis legibus.

Autontimorumĕnos, se ipsum excrucians, Comœdiæ Terentianæ nomen.

Autonychi, eâ ipsâ nocte, *Nella stessa notte*.

Autopathia, innata passio, reciprocatio, quâ eadem persona agit, & patitur.

Autopæs, ipsissimus moribus puer, *Fanciullo di costumi*.

Autopător, qui per se est pater, *Padre da se stesso*.

Autophontes, propriâ manu occidens.

Autophōnus, suâ voce, non instrumentis vtens, *Chi canta à voce*.

Autophōrum, ipsum furtum: autophōrus fur manifestarius. Lex. Philol.

Autophōrus, fur manifestarius, in furto, aut cum furto deprehensus. Schard.

Autophyes, innatum, Autophyea, suâ sponte nascentia, *Che nascono da se*.

Autopodia, iter non equo, sed proprijs pedibus factum. Item calceamenti genus.

Autopōla, qui per se ipse vendit.

Autopōlis, ciuitas, quæ suis legibus regitur.

Autopistus, per se ipsum fidem faciens.

Autopistia, occulta fides.

Autoptes, qui suis oculis videt, oculatus testis.

Autopyrus, panis, cui nihil furfuris demptum, medius, syncomistus, dictus, *Pan à tutta farina*.

Autorare. Vide, authorare.

Autorrhitos, resinæ species sponte profluens. Gorr.

Autos, ipse. Lex. Philol.

Autoschediasma, autoschedium, opus rude, tumultuarium, ex tempore factum, *Opera fatta all'improuiso*.

Autoschediasmus, dictio extemporaria, *Oratione detta all'improuiso*.

Autochesdiastes, qui extemporalem habet orationem, *Chi recita all'improuiso*.

Autositus, domi suæ cibum capiens, & qui cum alio cœnaturus cœnam secum affert.

Autostasia, statio in proprio loco, *Star nel proprio luogo*.

Autostœcus, qui secum solus meditatur.

Autostylon, suâpte naturâ columnis fultum.

Autothanătos, autophontes, sua manu se ipsum occidens.

occidens.

Autumãre, putare, dicere, *Stimare*, *affermare*.

Autumnal, autumna tempestas, autumnale tempus, *Autunno*.

Autumnitas, autumni tempus. Autumnus, autumnum. Var. Autumnãre, autumnum facere. Autumnus, autumnalis. Gell. *Autunno*.

Autumo, affirmo, puto, *Affermare*.

Auturgia, manus operatio. Auturgus, per seipsum manu operans.

Auturgia, prædia rusticorum.

Auturgos, rusticus: auturgicon, multitudo rusticorum. L. g. b.

Auunculus, matris meę frater. *Zio da canto di madre*. Patruus, *Di padre*. Auunculus, maximus, abauię frater.

Auus, patris, vel matris pater, *Auolo*. Aua mater patris, vel matris, *Nonna*, *auola*.

Aux Solis, apogeum, cum maximè à centro distat: contra, perigęum. ablis summa, & infima, oppositum augis.

Auxaria, secreta nemoris, quę aues frequentant. Schar.

Auxẽsis, incrementum rerum crescentium, auctio. Fig. vehemens rei amplificatio.

Auxilia, alienigeni, & mercenarij milites. Bulenger.

Auxiliãres, in bello socij Romanorum, ex externis nationibus. Auxilia, auxiliaria.

Auxiliatus, us, suppetiatus, auxilium, suppetię. Lucr.

Auxilla, parua olla. ollũla. Fest. auxillũla. dimin.

Auxillę, auiculę. Suppl.

Auxiliãris, auxiliarius, opifer, medicinalis, *Aiutatore*.

Auxilium, *Aiuto*, Auxiliatus, auxilium. Lucr.

Auxilio, auxilior, auxiliem, auxilier. Diom. *Aiutare*.

Auximalis ager, limitibus Gracchanis per centurias adsignatus. Varro, Schard.

Auxinium, Romanum, Latinum. Isid. Gloss.

Auxit, augmentauit, vnde auxilium. Pap.

A X

Axamenta, carmina à Salijs, in honorem vniuersorum Deorum cantata, non priuata: dicti Saliares, Iunonij, Mineruij, &c. Fest. Allamenta, quod quibusdam tabulis essent scripta.

Axãre, nominare. antiq. Axo, nomino. Fest.

Axè, confertim. Scal. *Axè agglomerati*, vniuersi stantes, id est, cohortibus, aut legionibus. Fest.

Axe adglomerati, vniuersi stantes, cohortibus, aut legionibus, Turn. Schard.

Axẽdo, lignum, quod axi immittitur. Suppl.

Axẽnus, inhospitalis, non recipiens hospites. Axenia, inhospitalitas.

Axes, alieres. Gell. Vide.

Amalthea Onomast.

Axiacustus, dignus qui audiatur, *Degno d'esser' udito*.

Axicia, forfex, quasi, exicia; hinc, execare. Concidere. Turn.

Axiepęnus, laude dignus, *Degno di lode*.

Axieraltus, amari dignus, *Degno d'esser' amato*.

Axies, vna agentes, Axiosę mulieres, siue Dij. Lex.

Axilioſi, axitioſi, factioſi, cum plures vnâ, quid agerent. Axit, egerit, antiq. Fest.

Axiligãtor, parazonij vinculum; id est, claui, rotam axi infixam cohibentes. Poll.

Axilla, ala, parua ala, locus concauus sub brachio, *Ascella*.

Axillatio, obtruncatio per ignominiam extremitatum, & earum suspensio axillis obtruncantium. Cerda.

Axillites, aliter, auxillites. Gloss. Scal.

Axim, egerim. Pac. Non. Axit, egerit, antiq. Fest.

Axinomantia, diuinatio per securim, & asciam.

Axinorigium, securis ad fodiendum quoque apta.

Axiõma, p. p. dignitas, magistratus, pronunciatum celebre, sententia.

Axiomãta, decreta rata, confirmata.

Axiomatarius, dignus, qui felix dicatur, *Degno d'esser chiamato felice*.

Axiomatici, publicâ dignitate in Ecclesiâ fungentes.

Axiomãchus, dignus, qui cum alio pugnet, *Buono per combattere*.

Axionicus, victoriâ dignus, & idoneus, *Degno della vittoria*.

Axiophilẽtus, dignus qui ametur, *Degno d'esser amato*.

Axiopistus, fide dignus, *Degno di fede*.

Axiopœnus, qui meritas luit pœnas, *Chi meritamente è punito*.

Axioſę, axitioſę. Vide, Axites.

Axiotheãtus, spectatu dignus. *Degno d'esser rimirato*.

Axiothrẽnus, luctu dignus, *Degno d'esser pianto*.

Axiozẽlus, æmulatione dignus, *Degno d'esser imitato*.

Axis, eris, tabula, stipes teres, circa quem rota vertitur. Septentrio, Polus, Cœlum. Item animal quadrupes. Gesn. Axicũlus, paruus axis.

Axit, egerit: vnde Axitioſi, cum plures vnâ, quid agunt. Axies, mulieres vnâ agentes. Fest. Vide Axites, vnâ agentes.

Axites, actiõsę, actitioſę, superstitioſę mulieres. Axitioſi, factioſi. Plaut. Fest.

Axitioſus factioſus. Vide, Axit.

Axo, asso, assibus, seu axibus, vel asseribus sterno. Assãre, nominare. Lex. Philol.

- Axŏnes, axes ligneꝰ, in quibus leges Solonis inciſæ, aſſeruatæ in Prytaneo. Suid. Brod. Item quadrata æneꝰ leges continentia. Poll.
- Axungia, interior porci pinguedo, *Songia*. Axunga.
- Axungiarius, qui vendit axungiam, *Songiaro*. Cathol.
- Axungiare, vngere axungiâ, *Songiare*.
- Axur, anxur, Scal.
- Axus, actus. Salmaſ.
- Axylia, lignorum penuria. *Careſtia di legne*.
- Axylus, lignis carens, *Chi manca di legna*.
- Aypnos, inſomnis. Aypnia, peruigilium, Agrypnia, ſomni difficultas.

A Z

- Azalus, in tempeſtatibus verſatus, *Trauagliato dalle tempeſte*.
- Azapides, pedites Turcici. Lex. g. b.
- Azaria, teſſeræ, taxilli. Cor. pret. Lex. g. b.
- Azarŏlus, arbor nota, *Azarolo*.
- Azĕlis, pars inflexa ſellæ. Poll.
- Azĕlos, ſine zelo, & quem nemo amat, *Chi non è amato*.
- Azelotypus, p. c. à ſuſpicione, & zelotypiâ alienus, & inuidiâ, *Non geloſo*.
- Azĕmus, mulctæ expers.
- Azimuth, circuli verticales tranſeuntes per Zenith, diuidentes horizontem ad angulos rectos.
- Azōnus, diſcinctus. Azoni, qui extra zonas habitant, vel Dij communiter ab omnibus adorati, vel extra zonam Zodiaci, aut ſigna.
- Azygia, p. p. cœlibatus, ſine vxore, aut marito vita. *Senza moglie, o ſenza marito*.
- Azymus, p. p. ſine fermento panis, ſincerus, *Azimo*. Azyma, azymorum, feſtum apud Iudæos cum veſcuntur pane ſine fermento. Zyma, fermentum.

De notis Antiquorum.

A

A. In notis antiquorum. A. Auguſtus, vel, auius, aſſoles, aut, aliquando, ager, agram, aiunt, annus, abſoluo, abſolutio --- AA. Auguſtus, Auguſta. Auguſtalis --- A. A. apud agrum, aurum, argentum --- A. A. C. ante auditam cauſſam A. A. A. Auguſti --- A. A. A. F. F. Ære, argento, auro, flato, feriendo, vel flando, ferendo --- A. A. A. F. F. QV. TY. Auri, argenti, æris, flator, fabricæ Quirinalis Tyberini --- A. A. S. L. M. Apud agrum ſibi locum monumenti. A. AT. ante audita.

A.B. alia bona. ABN. abnepos. ABS. abſolutus. A. B. V. à bono viro. AB. V. C. ab vrbe condita.

A.C. alius ciuis. AC. actio. ACC. acceperat, acceptat. ACIN. actionem. ACON. actionum. A. C. V. à claro viro. A. CVB. AVGG. à cubiculis Auguſtorum. A. CSL. à conſulibus. A. C. S. L. E. C. à conſilijs ſuæ legationis, & ciuitatis. AC. MR. Ancus Martius. AC. D. Q. T. P. Actione dotis, quæ tibi petitur. AC. D. N. actione Domini noſtri. A. COSS. CI. à conſulibus, vel conſiliarijs ciuitatis. AC. L. AQ. actione Legis Aquiliæ. A. C. P. VI. ad caput pedes ſex. A. C. S. L. E. à conſiliarijs ſuæ legionis, & ciuitatis.

AD. auditor. AD. E. ad exactorem, effectorem. AD. F. ad finem. AD. L. ad locum ADIAB. Adiabonicus. ADI. adiutor. ADI. P. adiutor Prouinciæ, patriæ, pop. ADN. adnepos. ADP. vel ADOPT. adoptiuus. A. QSR. ad Quæſtorem. A. D. P. ad diem pridie. AD. D. ad Dioſcoridem, ad diſcordiam. AD. adeſt. AD. F. ad frontem. ADLR. adulterauit. AD. P. XII. ad pedes duodecim.

ÆDIL. Ædilis. ÆDIL. C. Ædiles Curules. ÆDIL. PL. Ædilis pleb. ÆG. æger. ÆQ. P. æqualis perſona. ÆR. ærarium. ÆR. C. ære collato. ÆR. P. ære publico. Æ. D. ædem dicauit. ÆD. S. ædem ſacrauit, ædibus ſacris. ÆD. IN. M. ædis inſcripſit meridie. ÆR. ST. Ærario Saturni.

A. F. alio facto. A. F. P. R. ante factum poſt relatum. actum fide Pub. Rutilij. Æmilius fecit, plectitur Rutilius.

AG. agi, agil, agrippa, agro. AGT. agitur. AGO. agor. A. G. Aulus Gellius.

A. I. à iudice. ACT. MT. actionem mandati.

A. H. alius homo.

A. L. alia lege.

A. L. Æ. arbitrium litis æſtimandę.

AM. amicus. AM. N. amicus noſter. AM. P. amabilis perſona. AMS. amicus. AVR. aurum, aureum. AMN. amantiſſimus. AM. NT. AMAN. amicus noſter amantiſſimus. AMPHITR. amphitheatrum. A. M. D. Auguſti manu diuinâ.

AN. Annius. AN. N. ante noctem. AN. M. actionem mandati. ANN. annis. ANT. antea. ANT. T. C. ante terminum conſtitutum. ANG. P. Angelus percuſſit. ANM. anima. ANN. SEN. Anneus Seneca.

A. O. apud. AP. IVD. apud iudicem. APP. Appius, appellat. A. P. Q. Aulius Publius, Quintius. A. P. R. C. anno poſt Romam conditam. AP. N. apud nos. APPN. appellantur. APPS. CLV. Appius Claudius. A. P. CLN. ad pedes columnæ.

ARM. P. arma publica. ARM. E. arma eius. ARC. arca. ARG. argumentum. ARR. Arrius.

A. S. TT. à ſupra tectis. A. S. à ſuis. A. S. L. F. à ſua lege fecit.

AT. au-

AT. autem. A.TE. à tergo. A.T.M. D.O. aío te mihii dare oportere. ATQ. atque. ATR. autoritas, autor. A.TR. Aulus Trebatius. A.TP. annuo tempore. A.TT. ante titulum. A.TR.TP. ad turrem Tarpeiam. A.T.AB. adolescens testiculos abscidit. A.TT. ante titulum.

AVG. Augustus. AVG. N. Augustus noster. AVR. Aurelius. AVT. vel AVTS. vel AVC. auctoritas, auctoratus, auctor. AVT.P.R. auctor Prouinciæ Romanorum. AVGG. Augusti. A.V.C. ab vrbe conditâ.

A. X. annis decem.

B

B, & V litteræ, sæpè inter se commutabiles, Arabus, Probincia, serbos, pro, Arauus, Prouincia, seruus.

B A

Baal, Idolum Samaritanorum, Deus falsus gentilium.

Baba, inarticulata balbutientis pueruli vox. Item fatuus, notus Senecæ æuo. Lex. Philol.

Babæ, Papæ, admirantis interiectiones.

Babalon, pudendum.

Babare, garrire, vagire. Gaza. Lex. Philol.

Babax stultus, loquax, nugator. Lex. Philol.

Babes, bateolus, stolidus, *Babuino, balordo*. Casaub.

Babia, Dea, quæ pueritiæ præest, Casaub.

Babiger, stultus. Isid. Gloss. Pap.

Babit, gloriatur. Sup. superbit. Gloss.

Baburrus, stultus, ineptus. Isid. Gloss. Baburria, stultitia, ineptia. Pap. *Pazzia*. Babax, stultus.

Babylonica, coloribus varijs intexta.

Babylonicum, straguli accubitorij genus Babylone factum, vel ibi vsitatum. Lex. Philol.

Baca, melius, quam Bacca. Voss.

Baccalaureus, qui in Academia primum gradum obtinuit, à bacca lauri dictus, nondum laurcam assecutus, vel à bacillo lauri, quo is donabatur. Lex. Philol.

Bacalāuri, bacalarij, baccalauri, eruditi, dicti à bacillo laureo, quo illi tanquam emeriti donati. Baccalaureus, laureatus, lyta, batalarius, Viues.

Bacanon, semen brassicę. Trall.

Bacantes, ę, vacans, otiosus, ignauus. Bacantia, saburra, quia ignaui sunt tanquam saburra. Gloss.

Bacantia, saburra. Gloss. g. b. *Saburra*.

Bacantiuus, ignauus. Lamp. Bacantes, otiosus.

Bacar, vas vinarium, simile bacrioni. Fest. Item trulla, seu vas longiori manubrio, quo vsi in balneis. Bacarium, bacario, seu bacrio. Isid.

Bacariones, aquarioli mediastini, qui in balneis aquas effundebant in lauantes bacare. Salmas.

Bacaudę, vide Bagaudę.

Bacaulum, poculum potorium, *Boccale*. Rh.

Bacca, ę, lauri, aut iuniperi fructus. Item gemma. Item mortuorum capulus. Bacceola, parua bacca. Baccifer, ferens baccas. Baccātus, baccis ornatus. Baca. Voss.

Baccal, baccŭlum, feretrum, in quo mortui portantur. Isid. Gloss.

Baccalia, species lauri, à baccarum copia dicta.

Baccantes, papillę, baccarum more tuberantes. Lex. Philol.

Bacear, baccăris, herba coronaria contra fascinum.

Baccar, bacar, baccio, bacrio, trulla, vas longi manubrij simile bacrioni. Fest.

Baccarium, baccar, baccario, vas aquarium. Fest. Isid. Gloss.

Baccăris, nardum rusticum. Onom. Med.

Baccātus, gemmatus, margaritatus.

Bacchę, mulieres Baccho sacrificantes. Baccha, vinum in Hispaniâ. Bacchus, clamor, & Deus.

Bacchānal, p.p. Bacchanāle, festum Bacchi. Item locus, in quo festa Bacchanalia celebrantur. Bacchanal exercere, facere bacchanalia, festa Bacchi.

Bacchania, furor. Pap. Cath.

Bacchāri, magno clamore insanire, vehementius commoueri, *Far pazzie*.

Baccharij, qui bacchantur. Bacchabundus, more bacchantium.

Bacchăris, p. c. baccar, herba radice odoratâ, fascinum tollens. Baccharfructus. Dioscor.

Baccharium, vas vinarium. Cathol.

Bacchaulus, in quo mortui ferebantur. Pap.

Bacchatim, more bacchantium, Bacchatio.

Bacchen, ornamentum colli ex anulis aureis. Cathol.

Bacchides, Bacchenor, ebrius, vinosus. Bibl.

Bacchilius, panis libationis, & fœderis. Turn.

Bacchinal, torcular. Cathol. *Torchio*.

Bacchis, fœmina colens festa Bacchi. Bacchides, à Baccho dictus. Plaut.

Bacchium, vas vinarium in sacrificijs Bacchi vsurpatum. Item Bacchi templum.

Bacchius, pes constans primâ breui, & duábus longis, vt amicōs.

Bacchŭla, parua baccha.

Bacchuria, bicuria, primitię, primitiui fructus. Lex. Philol.

Baccillus, mollis, effœminatus. Turn.

Baccēli, p. p. bauciæ, batali, baceoli, baceli, ſtulti cinædi, cneruati, magnæ ſtaturæ.
Baccellum, baculum. Greg. Turn.
Bacellum, ſtultum dixit Suet.
Bacerus, rarè factus. Iſid. Gloſſ.
Bache, corona. Voc. Eccl.
Bacillus, baculus. Cic. Baclon. Suid. *Bacchetta, verga.*
Baclæ, cothurni muliebres. Suppl.
Bacos, pellis.
Bacriaſmus, genus ſaltationis laſciuæ. Apocinus, Apoſiſis, dictum, Poll. Mactriſmus. Vide.
Bacrion, ōnis, vaſis genus longioris manubrij, trulla. Feſt.
Bactroperite, qui portant vinum vtribus. Pap.
Bactroproſætes, qui cum baculo mendicat, vt Diogenes.
Bactrum, baculum. Bactēris, Pap. *Baſtone.*
Bactulum, battuarium, copanum, lignum coquinarium, *Battilardo.*
Bacularius, Baccalaureus. Vide.
Baculum, baculus, fuſtis, *Baſtone.* Bacillum, paruum baculum, *Baſtoncello.*
Bacunus, ruſticus, ſtultus. Pap.
Bedas, cinædus, androgynus, catapygus, præciſus, mulichria patiens. Rh.
Badiſticus, qui pedibus libenter iter facit, *Chi và à piedi volentieri.*
Badius color, puniceus, phœniceus, ſpadiceus, *Baio*: ſeu caſtaneus, *Caſtagnino.* Vadius.
Badizans ambulans. Badizāre, ambulare, ire, à badizo, as, eo: Badillo.
Badrya, brabyla pruna Damaſcena. Athen. Gorr.
Baen, barra, lamina auri, *Lama d'oro.* Ab aure, ad aurem, quâ familiares regum vtebantur, ornamentum colli ex auro, & gemmis. Monile baccatum B. Vulc. Lex. Philol.
Bæta, tunica prælonga, indumentum ex pellibus conſutis, Poll. bætæ, homines molles, cinædi. Bætere, Vide Betere.
Bætholei, contuſi, id eſt, oleum puriſſimum. Cerda. Reg.
Bæticātus, pullatus, *Veſtito di bruno.* Bæticōla, accola Bætis fluuij. Bæticus color, obſcurus, pullus.
Bætylus, ſaxum à Sæturno pro Ioue deuoratum.
Baeulos, baiulos, officium, aulæ Conſtantinop. Baeulos, megas, Imperatoris filius. Item, legatus Venetus Conſtantinopoli. Codin. *Bailo.*
Bafer, groſſus, agreſtis. Cathol. *Groſſolano.*
Bagæus, craſſus, ſtultus, magnus, *Baggiano, balordo.*
Bagario, vrceoli genus. Iſid. Gloſſ.
Bagaudæ, latrones, rebelles. Salu. Lex. Philol. *Ladroni.* Bacaúdæ.
Bagia, nutrix. Gloſſæ. g. b.
Bagitzes, pueri honorarij, *Paggi*, Lex. g. b.
Bagōus, Eunuchus Perſicâ linguâ, bagoi, ſpadones. Plin.
Baia, rami palmarum. Item, dona dari ſolita ab Imperatore Græco, & Patriarchis, quotannis, ante diem palmarum Palatinis, & Clericis. Cedr. Balſam. Lex. g. b. Baiophōrus, qui ramos fert. Baiophoria, ipſa celebritas palmarum. *Feſta delle palme.*
Baianūla, lectus, qui in itinere baiulatur. Pap. *Letto da campagna.*
Baiccolæ, machinæ lithobolæ ſuperioris ſæculi, *Pietrere.* Miſcel. Mag.
Bailus, mercatorum prætor. Venetorum legatus Byzantij. Pędagogus Imperatoris, *Aio di Prencipe.*
Baimbergę, ocrę, arma crurum. Halsbergę, thoraces ferrei, qui collum muniunt. Colliciuni, Cod. ll. antiq.
Baion, compoſitio, cui reſina inſeritur. Zigia, acerna. Rh.
Baionūla, lectus, qui in itinere baiulatur. Iſid.
Baiorum feſtum, palmarum. Codin.
Baiuli, qui morum Imperatoribus pueris erant rectores, ſeu pędagogi, & educabant: dicti ſic, quia pueros portabant. Buleng. Item, monitores, item, Venetorum legati, Mercatorum Prętores, Bailı, dicti: Baila, tutela. Baiula; Italis, *Balia.* Lex. Philol.
Baiulare, ſuo corpore, *Portar in ſpalla.*
Baiulum, frœnum. Cathol.
Baiūlus, operarius, & qui mercedis gratiâ onera portat ſuo corpore, *Facchino.* Baiulus, Gerulus apicum, tabellarius.
Baius color, ſpadiceus, *Baio*: Badius, in equis laudatus, *Baio.*
Bal, Deus Punicâ linguâ, Baal.
Balęna, piſcis marinus ingens, cetus, piſtrix, *Balena.*
Balęnata virga, à cartilagine balenę facta, quam Eccleſię calatores geſtabant, dicta, commentaculum. Petron. Comm.
Balaninum oleum, ex glande vnguentariâ, ſiue myrobalano confectum. Gorr.
Balanatus, balanino oleo perfuſus. Vnde. Balaninum oleum.
Balaniſtę, glandilegi, glandium collectores.
Balanites, p. p. gemma ſubviridis, mediam ſecante flammeâ venâ. Iſid.
Balanitis, idis, caſtanea rotunda, *Marrone.*
Balanium, balneum.
Balanophăgus, qui glandibus veſcitur, dicitur balaniuōrus, *Mangiaghiande.*
Balantitōmi, crumeniſecę, Zonarij, *Taglia borſe.*

Balantium, crumena, pondus. Rh. Athen.
Balānus, p. c. & balanum, glans, quod intus nucleos haberet. Glans vnguentaria. Suppositorium. Virga virilis cum glande. Balanātus, p. p. balanīnum. balani, grandes viri. Pap. Myrobalānus, auellana Indica. Item quercus genus, vnde glans. Item castanea cocta, *Balloccioro*.
Balanus, piscis testaceus, Rond.
Balānus, palmæ fœminæ propriè fructus. Poll. Tiraq.
Balāre, est ouium, *Belare*, vnde balatus. Balitāre, sæpè balare: Balo, as.
Balastium, balneum.
Balatrōnes, homines vaniloqui, nihili, *Poltroni*. Blateæ, bullæ luti ex itineribus, & quæ eraduntur è soleis calceorum. Fest. olim hi dicti, baratrones, quasi digni baratro. Balatio, tripudium, *Ballo*. Cod. ll. antiq.
Ballatus, ouium vox, *Belamento*.
Balaustium, flos mali punici, *Fior di pomo granato*. Citinus verò ipsum florem præcedens, Vide Citinus.
Balaustinus color, similis flori mali punici.
Balaustium, ipse flos, *Fior di pomo granato*.
Balbè, obscurè. Non.
Balbucināri, imperfectè loqui, vt senes, *Balbeticare*.
Balausus, herba similis narcisso.
Balbus, qui linguâ est impeditus, *Balbo*.
Balbutire, hæsitanter loqui, *Balbettare*.
Balca, scapha. Lex. g. b. *Barca*.
Baldachinum, vmbella. Gauant.
Baldiōsus, affabilis. Ilid. Glos.
Baldraca, scorti nomen, *Baldracca*.
Balducta, lac pressum. Catho.
Balcāri, balearicâ fundâ vti Suppl.
Balea, funda Cathol.
Balenara virga, quę ex cartilagine balenæ fit. Petr.
Balestrum, balista. Cathol.
Baleuca, aurum non purgatum.
Balia, balinatus, Prouincia. Lex. I. C.
Balneæ, balnæ, balnea, balneum, balneum priuatum: balneæ, publicæ, *Bagni*.
Balij, venti violenti, Equi veloces. Rh.
Balio, manus, palma. Ilid. Glos.
Baliolī, Afri à balio colore tritici dicti. Alc. Lex. Philol.
Balotę, progenitores. Rh.
Balista, balistra, ballista, instrumentum militare, quo saxa iaciebant *Balestra*. Balistarius, qui ea vtuntur aut iacit. Balistarium, locus balistarum, vnde mittebantur.
Balius, baius, badius, spadiceus, color varius, *Bajo moscato*.

Amalthea Onomast.

Baliuus, præses, Prætor, ruri causas audiens. Lex. Philol. Baliuatus, Balia, Prouincia. Balliuus, iustitiarius, rector locorum sęcularis. Schard.
Ballaria, herbę genus.
Ballantium, iaculum, quod aduersum iaciatur. Athen. Dalech.
Ballatum, balatus ouium. Suppl.
Ballematia, inhonestæ cantiones, & carmina. Ced.
Ballematica cymbala, ad quorum sonitum saltabant. Salmas.
Ballematium, saltus cum sono, & cymbalorum pulsus. Ilid.
Ballerus, piscis lacustris, *Bordelier*. Rondel.
Ballio, leno. Item versipellis leno quis dictus. Plaut.
Ballliones, lenones, tripudij magistri. Marc. Don. *Capi di ballo*.
Ballis, plantę, seu floris species, quę reducere in vitam mortuos videtur. Etym.
Balismus, ballismus, tripudium, saltatio, cùm tympanis, & cymbalis, Romea. Rh. Tum. Ballistium, saltatiuncula, *Ballo*, *balletto*.
Balliſta, vide balista, hęc lapides iaciebat. Catapulta, tela. Item funda, machina bellica. Suppl.
Ballistarij, funditores, Suppl. Ballistarium locus vbi balista.
Ballistea, cantica, quę cantantur, cantilenę vulgares cum rhythmo, sed sine metro. Salmas. Ballistium tripudium, *Balletto*. Salm.
Ballo, iacio, Suppl. Ballo, as, vacillo, huc, & illuc inclino, *Ballare*. Catnol. salto. Ballationes, saltationes.
Ballōte, marrhubiastrum, marrhubium nigrum.
Balluca, baluca, Chrysammos, aurum nondum purgatum, neque in massam redactum. Schard.
Balneāre, ad balneum spectans. Balneātor, balneatorius, qui curam habet balneorum, *Bagnaiolo*.
Balnearius, seruus, qui curat balnea.
Balnearium, pars villę, vbi balneę.
Balneator, balneatorius, balnearius, balnitor, qui curat balnea, *Bagnaiolo*.
Balnearium, balneatorium, locus balnei. Cathol.
Balneum, locus priuatus in domibus ad lauandum destinatus. Balneę, publicę. Item potionis genus. Nouar. Balneolum, diminut. paruum balneum, *Bagnaiolo*.
Balneum, potionis genus. Nouar.
Balsamīnā, plantę hortensis pomum mirabile, *Viticella*.
Balsamita, herbę genus.
Balsāmum, arbuscula Indica odoratissima, & suc-

cus eius, *Balsamo*. Carpobalsãmum, fructus eius. Balsamelæon, balsamyrium, oleum è balsamo. Opobalsãmum, oleum, gutta ex arbore stillans. Xylobalsãmum, lignum eius arbusculæ.

Balsamurgus, qui circa balsamum colligendum versatur. Gl. Meurs. Lex. Philol.

Balteat, cingit. Isid. Gloss. Balterio, is, balteo cingo. Cathol. *Cingere*.

Baltheus, baltheum, cingulum militare è corio bullis ornatum, è quo arma pendent, *Cinta da spada, armacollo*. Item quo ambitur placenta, *Orlo*.

Balth, bebalth. Crorebalth, becrorebalth, fulgura, quæ annos decennia, centenaria, milliaria portendunt. Ethrusc.

Baluca, arena aurea, auri particulæ, Suppl. Balluca.

Balustrium, locus vbi multa balnea. Cathol.

Balux, auri massa. Ballũca, Turn. Item, minutior auri particula.

Bama, orbitas. Gloss.

Bambacium, bambatium, bambitium, lini genus candidum. Bambace, *Cottone*. Bambax, pampax.

Bambãla, Chimerina, vestes hybernæ. Hesich.

Bambalio, nomen fictum, ignominiosum, cum tremunt dentes, lingua balbutit. Turn.

Bambata, scilla, quæ aliquo intinctu condita est. Lex. Philol.

Bamber, arena. Isid. Bambis, arena. Isid. Gloss.

Bambilius, insecti genus, *Barbello*.

Bamma, acetum acutissimum. Embamma, condimentum acetosum, *Salsa acetosa*.

Bammata, liquefacta, & ad intinctum redacta. Apul. vnde, Embamma. Vide.

Bammion, vasculum aceti, appositum ad intingendum in mensâ. Lex. gab.

Bamplus, nauicula velox; dromo, celox, holcoda, cursoria, Synonyma sunt. Sidon.

Banadola, baniola, lectus, qui in itinere defertur. Isid. Gloss.

Banduſia, ars, quæ ad caminum exercetur, *Spazza camino*.

Banausurgia, ipsum opus ad caminum spectans.

Benausus, qui ignem accendit ad sua opera conficienda. Artifex, mechanicus, sordidus, *Artista, chi lauora intorno à fuoco*. Item camini purgator, *Spazza camino*.

Bancarotta, cessio foro, *Fallimento*. Bancarottarius. Barb. Schard.

Bancheumata, conuiuia, *Banchetti*.

Banchus, piscis, *Merluzo*.

Bancum, pancum, scaminum. Bancus, barb. *Banco*. Suffr. Item piscis marinus.

Banda, copiæ militares in varijs Thematis locis. In vnoquoque Themate plures Topoteretæ. Buleng.

Banda, Tagmata, cohortes Tact. *Bande di soldati*.

Banderia, vexillum, vnde, Banderarius. Mussat.

Banderium, cohors 400. militum. A. Bonfin.

Bandum, bãderia, flexibile signum, vexillum, *Bandiera*. Suid. Bandophõrus, vexillifer, *Alfiero*. Proc. Bandum, fascia latior. Lex. Philol.

Banna, orum, proclamationes sponsi, & sponsæ in Ecclesijs fieri solitæ. Lex. I. C.

Bannãlis mola, noua, & barbara seruitutis species, quâ rustici coguntur vti vnâ molâ, & furno vno ad quæstum domini. Bannalia flumina, præscripta.

Bannio, is, publico banno edico. Sim. *Bandire*. Mussat.

Banniti, exilio damnati, aquâ, & igni interdicti, *Banditi*. Item euocati. Lex. I. C. Mussat.

Bannoti, vasa. Rh.

Bannotri, viæ flexuosæ. Rh.

Bannum, heribannum, domini bannum, Francorum voces, exilij species, proscriptio. Lex. I. C.

Bannus, bannum, edictum, quâ die Vasalli equis, armisque instructi ad comitatum esse debebant. Item, Sanctio, & mulcta, edicto non parentium. Lex. I. C. Item exilij species ab antiquis dicta. Proscriptio.

Bansolmora, marturinorum pensio. A. Bonf.

Banus, præses, regius Vngaricus. A. Bonf.

Baphia, baphium, taberna tinctoria. Baphica, tingendi ars, *Tintoria*.

Bapheus, tinctor: baphiorum procurator. Buleng.

Baptæ, fucati sacerdotes, Aristoph.

Baptes, gemma mollis, sed præstantissimi odoris. Plin.

Baptismus, baptisma baptismum, ablutio, lotio, sacramentum regenerationis, *Battesimo*.

Baptisterium, lauacrum, *Lauatoio*. Baptizo, as, lauo, immergo, *Battezare*.

Bar, filius, Lingua Syriã. Cathol.

Barangi, excubitores, stationarij milites, qui obseruabant fores conclauis, cubiculi, & claues vrbis. Codin. securigeri custodes Principis, *Alabardieri*. Bul.

Barãthro, barathrus, luxuriosus, gulosus, homo inter abdis. Luer.

Barathrõnes, flagitiosi, digni, qui in barathrum præcipitentur. Scal.

Barãthrum, locus præceps, vnde emergi non potest. Plaut. *Abisso, profondità*. Ornamentum muliebre.

Bar-

Barba, barbamentum, barbitium, Apul. Barbiger, barbatulus, barbula, &c. *Barba*.

Barba hirci, tragopōgon, gerontopōgon, herba paluſtris, *Barba di becco*, barba capræ.

Barba alſugi, elleborus, veratrum. Meſuë.

Barbare, barbam facere, radere, *Far la barba*.

Barbānus, patruus. Cathol. *Zio*. Cod. ll. antiq.

Barbaralexis, immixtio vocum barbararum. Barbariſmus, vitium orationis, barbara vox.

Barbaria, barbarorum regio, & mos, nempè ſęuitia. Barbaries, inciuilitas, impurus ſermo. Lex. Philol.

Barbaricarij, brambaricarij, textores barbaricæ veſtis, qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas. Pancirol. Turn. Item qui auro argentoue caſſides, & buculas tegunt. Barbarica, Iſid. Gloſſ. Item qui argentea vaſa exornant. Pancirol.

Barbaricum, ad barbarum ſpectans. Lex. Philol.

Barbaricum, clamor exercitus. Item, Armamentarium, in quo Imperatores Græci reponebant ſpolia, & donaria pacis, bellique tempore, à barbaris accepta. Feſt. Barbaricarium.

Barbaries, ſæuitia, *Crudeltà*, *ſcorteſia*.

Barbariſmus, vitium contra Grammaticæ leges, *Barbariſmo*.

Barbarizo, barbaris fauco, ſeu imitor. Lex. Phil.

Barbarophōnus, barbaram vocem habens, *Chi hà voce barbara*.

Barbaroſtōmus, p. c. qui barbarè effert verba, *Chi parla barbaramente*.

Barbarra, morio. Suppl.

Barbarum, alienum, peregrinum.

Barbărus, qui difficulter, & malè loquitur. Barbărè, more barbarorum, *Barbaramente*.

Barbaſterellus, duribuccius. Iſid. Gloſſ.

Barbatores, barbitonſores. Barbatorica ars, barbitonſorum, *Arte del barbiero*. Barbatoria, officina, *Barberia*.

Barbatŭlus, aliquantum barbatus, *Alquanto barbato*.

Barbātus, barbâ ornatus. Item operarius intimidus. Iſid. Gloſſ.

Barbiger, barbam gerens, *Chi porta barba*.

Barbilos, arbor enata de oſſe perſici. Rh.

Barbitium, barba. Apul. *Barba*.

Barbitondium, barbæ tonſura, Cathol. Barbitonſor, qui barbam tondet, *Barbiero*.

Barbitus, barbitum, p. c. lyra maior plectro percuſſa. Barbitiſta, barbito ludens. Gloſſ.

Barbo, ſtolo, ſtolidus. Item piſcis barbus, mullus, *Triglia*. Item, barbus, piſcis fluuiatilis, *Barbo*. Barbulus, paruus barbus.

Barbŭla, parua barba. Cathol.

Barbraccus, paruus canis, braccus, *Bracchetto*. Cod. ll. antiq.

Barbus, barbo. Vide.

Barbuſtinus, homo habens barbam plenam porriginis. ſeu furfurum. Iſid. gloſſ.

Barbyla, Coccymēla, Damaſcena pruna. Rh.

Barca, rates. Barcella, barcŭla, parua barca, *Barchetta*. Arnob. Iſid. Gloſſ. Hæc nauis commercia ad litus portat. Iſid.

Barcanda, ænea concha. Iſid. Gloſſ.

Barcaniare, tricari, tergiuerſari. Sirmun.

Barciæ, barbari. Iſid. Gloſſ.

Barcella, parua barca, vnde Barcarius. Cathol.

Bardaicus, Gallus militaris. Bardiacus, miles Gallus. Turn. à Bardæis, populi Illyrici. Bardaicus, cucullus, calceus, &c.

Bardariōte, p. p. milites ſtationarij cum baculis, ante ianuam cuſtodientes, præeuntes Imperatorem equitantem, turbam ſubmouentes, *Alabardieri*, quibus præerat Primicerius, Primivirgeus veſtibus ruſſis indutus. Lex. g. b. Bardaritæ. Buleng.

Bardātus, naſiterna, nanus. Iſid.

Bardes, calo. Suppl.

Bardi, Poëtæ, qui cum cantu laudes dicebant apud Caritas in conuiuijs.

Bardiacus, p. c. veſtis cucullum non habens à bardis, Gallis, dicta.

Bardire, barrire, elephantorum eſt. Bardire, rugire, eſt ceruorum, Delrius.

Bardocucullus, veſtis contra imbrium iniurias, *Tabarro*. Tegumentum villoſum, cum quo cubamus, *Schiauina*.

Bardonata, qui palmas dat. Gloſſ.

Bardos, via. Heſych.

Barducium, haſtile, iaculum, ſecuricula Iuuis. Cerd. Rigalt.

Bardus, ſtolidus, ſtupidus. Item vates, & cantor apud Gallos virorum fortium laudes canens. Lucan.

Barca, campana grandior, *Campanone*. Item nauis genus.

Baremāta, ſarcinæ, impedimenta. Nicet. *Bagaglie*.

Bares, nauium genus, quarum compages iunco nectuntur. Pacton dictum, & ſutile. Cerda.

Bargenna, veſpillo. Suppl. Arilator, vide.

Bargildi, apparitores, capita apparitorum, *Bargelli*.

Barginna, acclamatio barbara. Suppl. Bargina, peregrina, barbarus. Gloſſ. Barginus, bargimus. Cathol.

Bargines, fortes in bello. Isid. Gloss. alienigena. Cath.

Bargus, ramus arboris, seu scapus, Lege Salicâ. Salmas. De bargo, de ramo. Cod. ll. antiq.

Bar-Iona, filius columbæ.

Bariptes, gemma nigra cum sanguineis, & albis notis. Bariptos, Isid.

Baris, idis, cymba Ægyptijs, quâ cadauera efferebantur, vnde dicta nostra, *Barra*. Item baris nauicula Charontis. Calcagn.

Barisselli, iudices singulares, sine certo tribunali iudicantes. Zazius. Lex. I. C.

Baritis, auis genus. Barisa, vasis genus. Suppl.

Baritus, barritus, barytus, vox, clamor militaris. Cerda. Vide Barritus.

Baro, stultus, stolidus olim, nunc potens, diues inter nobiles. Lex. I. C. Item vir, homo: opponitur mulieri in lege Salicâ.

Barones, optimates, viri fortes, domini liberi, nobiles apud Gallos. Varones, Ennio, Satrapæ Persis, Optimates, nobis. Baronissa, vxor baronis, virago. Barones, Vassi, regij, dominici, vassalli, regij, vt capitanei, proceres omnes, Lex. I. C. Vnde Baronia. Cod. ll. antiq.

Baroptenus, gemma nigri coloris.

Barosus, stultus, arrogans. Suppl.

Barosus, sobarus, qui citato gradu fertur. Item qui incedentes alios submouet, fastuosus, seu barosus, à baro, qui se baronem habet, & non est. Lex. Philol.

Barria, regula, norma, rubrica. Isid. Gloss.

Barridus, superbus. Cathol.

Barrigēnæ, peregrini. Isid. Gloss.

Barritus, us, p. p. vox elephantis. Item Romanorum militum clamor paulatim vehementior factus, vnde barrire, seu, bardire.

Barrus, elephas, vnde Barritus, barrire. Barrinum, elephantinum, p. p.

Barro, organi genus. Isid. Gloss.

Barruo, barunculus, paruus baro, *Baroncello*.

Barus, rufus, burrus. Suppl. Item baro, *Barone*. Cod. ll. antiq.

Bary, graue, forte, vnde composita.

Baryalges, graui dolore percitus, *Addolorato*.

Barycæ, ædes humiles, latæque ornatæ signis, Barycephalæ, quarum caput, & summitas grauatior. Vitr. Lex. Philol.

Barycardius, cor habens grauatum, *Aggrauato di cuore*.

Barycephălus, p. c. cui caput grauatum. Barycephălæ, baryca, domus humiles, quasi graue caput habentes. Vitr. Xiland.

Barycōta, obauditus, difficultas auditus. Lex. med. *Chi ode male*.

Barydæmon, cui grauis, & inimica fortuna, *Sfortunato*.

Barydesmus, graui pressus vinculo. *Legato stretto*.

Baryglossus, maledicus, cui grauis est lingua, *Maldicente*.

Barygunus, grauia habens genua, non agilia in cursu.

Barillăca, saltatio mulierum in honorem Apollinis, & Dianæ. Poll.

Barynosus, graui morbo laborans, *Grauamente ammalato*.

Barypenthes, grauiter lugens, *Chi piange assai*.

Baryphōnus, p. p. cui vox grauis, *Chi hà voce graue*.

Baryphortus, cui onus est graue, *A chi pesa il carico*.

Baryphrosyna, status mentis grauiter affectæ.

Barysymphorotătos, impatienter ferens calamitates, *Impatiente*.

Barythymos, p. p. grauiter animo, & irâ affectus. Barythymia, excandescentia.

Barytis, oratio grauis, molestaque animo auditorum. Nonius.

Baritus, barritus, sonus grauis, clamor militaris.

Barytŏna, accentum grauem habentia. Contra, Oxytŏna.

Basaltes, marmoris genus, ferrei coloris, durissimum.

Basamentum, stercobata, *Basamento*.

Basanisterium, instrumentum tortorium, quo homines torquentur: Basanistes, tortor.

Basanites, p. p. lapis, ex quo fiunt cotes ferrei coloris sine duritiâ. Isid. lapis mortariorum medicinalium.

Bisanus lapis, quo aurum probatur, index, basaltes alijs. Item, quæuis probatio, & quæstio. Basanites. Lex. Philol. Vide.

Basara, bacchica, vestis talaris. Poll.

Bascania, fascinatio. Item ridicularia à fabris ferrarijs ante fornaculam appendi solita, inuidiæ auertendæ gratiâ. Rh.

Bascauda, vas Britannicum. Mascauda. Mascauta. Vascauda, vas cum caudâ cacabus, &c. Lex. Philol.

Basiāre, osculum dare. Basiator, qui basiat. Basium, osculum, *Bacio*, *baciare*.

Basilāre, os, quod toti caluariæ substernitur.

Basilcopător, Regis pater, *Padre del Rè*.

Basileus, Rex naturâ. Cœranos, occasione. Hegemon, quem milites legunt.

Basileutos, qui ferre regnum aptus est. *Atto a regnare*.

Basi-

Basiliarium, liber regum. Tertull.
Basilica, regia domus ampla, causarum cognitioni destinata, vbi publica iudicia. *Palazzo.* Item libri, quibus continentur Leges Imperatoriæ. Item templa magnifica.
Basilicāni, basilicarum custodes. Pont. Basilicanæ ambulationes, quæ in Palatio fiunt. Bud. Item Palatinis, Ecclesiastici. Cath.
Basilica, vena axillaris, hepatica. Lex. med.
Basilicarius, sordidus, forensis, vilis. Suppl.
Basilicè, regiè opipare: basilicus, regius. *Regiamente, reale.*
Basilicon, vestimenti genus regium. Plaut.
Basilicum, Ecimum, ozimum, herba nota. *Basilico.* Item, emplastri nomen, & vestimenti genus. Item regium. *Cosa regia.* Basilicus status, regius, venereus, felix. Delrius.
Basilius, regius, splendidus. Basilicæ viæ, regiæ, prætoriæ. Lex Philol.
Basilides, Palatini homines. Item, calcamenta muliebria. Isid. Gloss.
Basilidiani, hæretici à Basilide dicti, qui negarunt Christum esse passum. Isid.
Basilinda, lusus puerilis, quo Rex eligitur sorte alijs imperans quid laboriosum.
Basiliscus, regulus, serpentis genus, *Basilisco.* Item stella in corde Leonis. Basiliscа, herba.
Basilissa, Regina, Imperatrix. *Regina, imperatrice.*
Basilium, collyrium ad principia suffusionum. Gorr. Basilidium, aliud collyrij genus. Gorr. Gal.
Basilius, regius, vnde nomen proprium.
Basis, sustentaculum, & inferior columnæ pars. *Base.*
Basis, gressus: item pes quo gradimur & pes columnæ, statuæ, &c. quæ à fundamento consurgit. Item vasorum. Lex Philol.
Basium, osculum pudicum. Osculum officiosum. Suauium, impudicum. Basiare, basium dare. Basiator, basiatio.
Bassara, calciamenti genus. Bacchi nutrix. Item, meretrix. mulier prostituta; vnde, *Massara*, nobis, famula.
Bassarica, opus multâ obscuritate insigne. Rh.
Bassaris, ouis pinguis. Cathol. Bassaris, sacerdotissa Bacchi.
Bassatum, terræ hiatus. Isid. Gloss.
Bassilitas, crassitudo: bassulus, crassulus. Bassus, crassus, Isid. Gloss. Suppl.
Basso, as, deprimo *Abbassare*, barb. Cath.
Bassus, custos populi. Cod. ll. antiq.
Bassus, vox musica, imus sonus, quasi basis Musicæ. Item crassus, pinguis, succosus. Lex Philol.
Bastaga, onus, ferculum rebus portandis idoneum. Lex Philol.
Bastagarij, bastagiarij, qui seruiebant vecturæ rerum ad sacrum ærarium pertinentium propriis iumentis, Buleng. aut ad res publicas. Pancirol.
Bastagia, bastaga, munus ferendi commeatus exercitui Palatino, & res publicas.
Bastagiarij, bastagij, qui ferunt, sicuti Calones in bello, mediastini in familiâ priuatâ. *Seruitori.*
Bastagium, thecain quâ portabant milites sua arma, & commeatum. Leo. Const.
Bastagna, onus quod portatur, *Basto.*
Basterna, vehiculi genus itinerarij. Lectica tecta portata à mulis, *Lettica.* Lectica verò, portata ab hominibus. Item proiecta in ædibus spaciandi gratiâ. Lex. i. c. *Sporti, poggiuoli,* à basto basterna dicta. Salm.
Bastonicēum, arctissima custodia. Sirm. Cod. ll. antiq.
Bastum, bastus, clitella, *Basto.* Salm. bastus, & bastum, fustis, baculum, vnde, *Bastone.* Idem, pertica baiulorum, vnde bastagiarij.
Bat, vox quâ silentium imponitur.
Batalare, percutere, vnde batalia. Cod. ll. antiq. batalare arma, mouere, tractare. Salm.
Batalarius, is miles, qui iam semel prælio, id est, bataleæ interfuit, collatis signis, & manum cum hoste conseruit. Lex Philol.
Batalatōres, ludiones in publico varios gestus referentes, vnde, batalare. Salm. ad Spart.
Batăli, p. c. molles, effœminati, à batălo, seu battallo, tibicine lasciuo. Item Germani equites præstantissimi, vnde *Battaglione.* Biod. batalāre, armis velociter exercere. *Battaglioni, battagliare.* Salm.
Batălum, batalus, pars pudenda. Plut. Item mulierosus, cynædus.
Bateola: vasis genus. Bateolus, stultus.
Bater, pastoricium baculum, pedum. Item cauea pentathlorum, & meta, à quâ incipit saltatio. Item mensura saltus dicta, Canon, fossa, Scamma. Rh. Item pauimentum. Poll.
Batera, pateræ genus à batus dictæ, Cath.
Bathion, profundum.
Bathmis, gradus in scalâ. Item cubiti ad brachium commissio. Poll. Bathmides, brachij cauitates. Lex. med. Bathmus.
Bathron, gradus, fundamentum, basis, Bathra, scala. Prothobathros qui in primis subsellijs sedet.
Bathycolpæ, mulieres, amplas vestes habentes.
Bathygnōmon, habens consilia sua abstrusa alto pectore. Suid.

Bathyō-

Bathyŏchus, profundus.
Bathypicros, qui amaritudine suâ in ima penetrat, absinthij epitheton.
Bathyplocămus, densis crinibus religatus.
Batyphron, cui mens in profundis cogitationibus versatur.
Bathyrrhizus, habens radices altas. *Chi hà radici profonde.*
Batiăca, æ, batyola, batiacum, batiancion, poculi genus. Non. Athen.
Batidoscŏpi, inhiantes, & inquirentes obsonia, delicatiora in foro piscario.
Batillum, batillus, vatillum, instrumentum latum, quo prunæ portantur ad notas inurendas, badile, *paletta da fuoco*. Item, stercus colligens. Salm.
Batin, fœminalia, braccæ lineæ vsque ad genua, ad verenda Sacerdotis velanda. Isid.
Batinus, rusticus. Isid. Gloss. Batina mora, azure, Mesue.
Batiŏca, patera. Isid. gloss.
Batiŏcus, vas vinarium, *Boccale*.
Batiŏla, vasis genus, quo vinum è cado ad mensam defertur. Non.
Batis, batus, serpentis nomen. Item piscis optimus. Item herbæ genus. Scal.
Batos, frutex spinosus, Rubus.
Batrăchos, rana; vnde composita.
Batrăchis, vestis ranæ colorem, seu obscurum virorem referens, florida, qualis histrionum.
Batrachiscus, pars quædam in citharâ. Batrachites, lapis viridis ranæ similis.
Batrachium, ranunculus, & color, quo ante inuentas personas, faciem tingebant. Item, tuberosus ranunculus. Apul.
Batrachomyomachia, ranarum, & murium pugna. Homeri carmen.
Batrachophăgi, raniuori, Itali, ita dicti. Mercur.
Batrăchus, ranula, tumor quidam sub linguâ cum inflammatione. Item, piscis marinus.
Battarismus, battologia, multiloquium, à Battŏ poetâ inepto.
Battĕre, tundere, percutere. Sirmon. Battuăre, batuere, batteare, battitura, battutus, batuarium, &c. Cod. ll. antiq.
Battidoscŏpi, Opsophăgi, gulones; à batto, pisce delicatissimo.
Battis, herba aculeata sponte nascens.
Battologia, verborum redundantia. Vide, battarismus.
Battrachites, lapis scissilis, similis testæ laminosæ. Isid. Gemmæ species, Gorr,
Batualia, Battualia, gladiatorum exercitationes, Battalia. Rh. *Battaglia*, Battuare, Salmas. *Battagliare*. Battuatorium, locus vbi battuebant.
Batum, porrum. Suppl.
Batuo, is, verberò, percutio ferulis, velitor, in obscœnis. *Battere*, vnde, batuatōres. Batutum, verberatum.
Batus, ti, probator, mensura liquidorum. Item, herbę genus. Fest. Rh. Mola olearia, Cath. Item piscis. Item, rubus. Mes.
Batutile, argentum in laminas ductum. Anast. *Argento in lama.*
Batzĕli, peluis, bacile. Lex. g.b.
Baubari, latrare quod est canum. Baubor, aris, latro. *Abbaiare*. Baubant, baubantur. Gloss.
Bauca, armilla. Gloss. Cod. ll. antiq.
Bauca, cauca, baucalium, baucale, băucalis, gello, vas angustius, à sono ita dictum, vel vas, in quo vinum à cado ad mensam fertur, *Boccale*. Monos. Baucum, caucum. Vide.
Baucălis, vas ad refrigerandos cyathos æstate vsurpatum, *rinfrescatoio*. Baucale, vide Bauca.
Baucatem, gellonem. Isid. Gloss.
Baucia, daucus, pastinaca sylvestris. Mesue.
Baucides, genus calciamentorum, Ionicarum mulierum coloris crocei, quibus suber supactum. Poll.
Bauciſmus, comessatoria saltatio molliuscula. Bauci, Saltatores. Poll.
Bauga, armillæ.
Bauij, mali poetæ. Virg.
Baunus, fornax, locus ignis, hinc, clibanus, & clibanotis, panis. Rh.
Baurac, nitrum, sal nitrum. Mesue.
Baxeæ, biaxea, crepidæ, *Pianelle*, *zoccoli*, calciamenta philosophorum, Item, mulierum, & comœdorum. Isid. baxa, Turn. baxeus, calceus, Pap. Vide Braxea.
Baxeta, actiuus, practicus, negotius, Argen.
Bayæ, palmarum folia.
Bazana, sacculus. Closs. g.b.

B D

Bdegar, leucacantha, spina alba. Mesue.
Bdella, sanguisuga. Onom-med. *Mignatta.*
Bdellium, arbor nigra aromatica. Lacryma Arabicæ arboris.
Bdellos, fœtor extinctæ lucernæ. Item crepitus ventris, *Peto*.
Bdelygma, simulacrum omne humanum Iudæis detestabile. Suid.

B E

Beatitas, beatitudo. Cic. Beatificum, beatŭlus, aliquantum beatus. Beatè: Beare, beatum facere, *Far beato*.
Bebĕla, sacra, ad quæ prophanis accedere non licet. Abebĕla, contra. Bebelonsis, profanatio.

Bebia,

Bebia, tela ignita. Veget. Steuuech.
Becario, vrceoli genus. Turn. *Orciuolo*.
Becarius, vicanus. Lex. g. b.
Becchus, panis Phrygibus, & ftolidus. Hefych. Herod. l. 1.
Becchica, medicamenta expectorantia, humores ex thorace & pulmone euacuantia, *medicamenti contra la tosse*. L. M. Pilulæ becchicæ.
• Bechion, tuſſilago, herba, tuſſim ſedans. Item, tuſſicula. *Toſſetta*.
Bedos, mulieris ornamentum, veſtituſque.
Bee, balatus, vox ouina. Varro.
Beelphĕgor, locus, in quo Saturni colebatur idōlum. Deus hians. Idolum Moabitarum, dictum etiam, beel, baal.
Beel, idolum; Zebub, muſca. Rh. Iupiter ſtercoreus. Cerda. Vnde beelzebub.
Beelſephon, vir habens arcana; vetuſtus Deus, habens ſpeculum.
Beemoth. Hebraicè, animal, Dæmon.
Been, balanus, glans vnguentaria. Meſue.
Befarius, bilinguis, befax, mendax. Pap.
Bubălus, bos ſylueſtris, *Bufalo*. Bubalinus thorax, *Colletto di dante*. Bubal, bubalum. Supp. Bubalinus caſeus, &c. *Caſcio bufalino*.
Bubaſtis, ſancta Diana, bubaſtia, ſacra Iſidis. Item Dea bubalorum. Cathol.
Bubaſtites, Præfectura Ægypti.
Bubbatis, lapis ferri acieni retundens, inficiens, vt magnes. Bubbatio, Plin.
Bubetiæ, boalia, ludi taurorum: Bubetij, qui ſic ludunt, *Feſte di tori*.
Bubeum, vini quoddam genus. Bubleum. Feſt.
Bubile, bouile, vbi boues ſtabulant, *Stalla di boui*.
Bubinãre, menſtruo ſanguine mulierum inquinare, imbulbitare, puerorum ſtercore fœdare. Babinare, Iſid. Bubis. barba. Iſid. Gloſſ.
Bubitæ, bubytæ, auiculæ genus, inter boues, & armenta verſans.
Bublarium, trabea, quâ trituratur meſſis, *Stromento da battere il grano*.
Bublinum, vini genus, bubeum, bubleum. Feſt.
Bubo, ōnis, p. p. auis feralis, *Barbagianni, allocco*. Butalis, bubo lacuſtris. Item inguen, & tumor eius.
Bubolica, inflammatio teſticulorum.
Bubōna, Dea boum.
Bubōnes, p. p. abſceſſus circa inguina, coſſum, & ſecus aures. Inguinaria, dicti. Bubōnes, inguina dicta.
Bubonium, herbæ genus, Aſter, Atticus.
Bubonocēle, p. p. inguinis ramex, quando inteſtinum vſque ad inguen duntaxat deſcendens eruperit, hoc intumeſcente. Manar. Lex. med.
Bubonoſcōpus, qui bubones incantat, & inſpicit.
Bubſequa, bubulcus, qui boues ſequitur, & cuſtodit, *Boaro, vaccaro*. Sidon.
Bubular, bubo auis feralis. Bubulo, as. Lex. Philol.
Bubulciarius, bubulcus. Suppl. *Boaro*.
Bubulcio, is, bubulcum ago. Onom. Lex. Philol.
Bubulcitari, bubulci officium facere. Bubulcitare, bubulcorum more clamare. Bubulcinari, boues agitare, *Guardar buoi*.
Bubulcus, cuſtos boum, *Boaro*.
Bubŭlus, bouinus, vt caro bubula, bouina, *Carne di bone*. Bubula cenſio, cenſura facta bubulis loris.
Bubus, ſenium, angor. Gloſſ. Item, Bobus.

Bucacraton, buccea panis vino intincta, *Zuppa in vino.* Lex.g.b.
Bucædæ, bubulis loris cæsi. Bucida. Lex.Philol.
Bucale, vas Pontificale abluendis manibus apud Rom. *Boccale.*
Bucamison, indusium. Lex.g.b. *Camicia.*
Bucardia, lapillus bubulo cordi similis. Plin.
Bucar, vasis genus, Fest.
Bucca, pars interior oris, & eius concauitas, *Bocca.* Buccæ, malæ, *Guancie.*
Buccāre, buccam facere, inflare. Cathol, *Far bocaccia.*
Buccarius, lanio. Turn.
Buccæ, buccellarij, qui alienâ buccâ, seu quadrâ viuunt, parasiti, adsectlæ, scurræ: Buccones. Salm.
Buccātus, buccam habens. Cathol.
Buccarius, panis, buccam implens. Turn.
Buccea, frustulum alicuius rei esui accommodatum, *Boccone.* Item, flagellum ex bouillâ. Taurisca, ex Taurino corio, *Scuriada.*
Buccelaton, medicamentum in panis formam concinnatum. Purgatiuum. Gorr.
Buccellâ, buccea, à buccâ, modus cibi & panis, quantum bucca capere potest. Spira farinacea. Item panis biscoctus.
Buccella, parua buccea, bucella panis, *Bocconcino.* Buccellātus, in modum scachidos formatus, *Fatto à scacchi.* Bucilla, buccilla.
Buccellātum, panis castrensis biscoctus, nauticus, Bucellatum, bucelatum. Lex.g.b. *Buccellato.* Item benedictus panis, *Pan benedetto.*
Buccellarij milites, equites armati, loricati cum manicis ferreis. Turn. Item, latrones, qui ponunt in ora captiuorum ligna, ne clament. Milites Gallo-græci. Alber. Rh.
Buccellarius, panis custos, castrens. Item, vasallus. Item, qui in alterius patrocinio est, cui ab alio cibus præbetur. God. antiq. Pancirol. Item curra Mator, adsectlæ, domesticus, officialis. Salm.
Buccellum, orbiculatum frustum, *Boccone tondo.*
Buccellus, cibarium, circularem figuram præseferens, Cellarius autem custos panis. Pancirol.
Buccicen, p.c. buccinâ canens. Buccino, as, buccinâ cano, *Suonar la tromba.*
Buccidæ, boues cadentes. Pap.
Buccina, bucinâ, tuba recurua, *Cornetto.* Buccinator, buccicen, p.c. qui eâ canit. Buccinaria, voces. Isid. Gloss. bucina, melius. Voss.
Buccino, as, p.c. buccinâ cano, *Suonar di corno.*
Buccinum, buccinæ sonus, & conchæ genus. Item, murex, purpurâ, concha turbinata. Rond.
Buccismus, tentatio. Gloss.g.l. *Colazione, boccheggiamento.*
Bocco, onis, buccio, onis, garrulus, futilis, qui tumidioribus est buccis, *Guancie grosse.*
Buccŭla, bucca pusilla, *Bocchina.* Item pars cassidis buccam tegens, *Visiera.* Item osculum, canalis in catapultâ, vmbilicus librorum.
Bucculalij, qui bucculas fabricant. Bucculāti, ijs tecti, Centuriones dicti, Vegetius.
Bucculentus, qui magnam habet buccam, ventosus, *Chi hà gran bocca. Vantatore.*
Buccus, caper. Cod. ll. antiq.
Buccæda, p.p. bucida, p.p. boum coriaceis ferulis cædens, *Chi batte con sferze di sugatteri.*
Bucea, folliculus grani fabæ interior, albus, Cal.
Bucentaurus, magna nauis, centaurus, Venetorum admiranda, *Bucentoro.*
Bucentes, boum stimulator, Asilus, Oestrum, tabanus, insectum armenta infestans, *Tafano.*
Bucentrouergium, boum stimulus. Lex.g.b.
Bucentrum, stimulus boum, *Pungolo.*
Bucephālus, p.c. habens caput bouinum, equus Alexandri Magni.
Buceras, herbæ genus. Fœnum græcum, *Fien greco.*
Bucerīæ, boum greges. Non.
Bucĕra sęcla, boues. Lucr. *Armento di buoi.* Turn.
Bucĕrum, p.p. pecus bouinum, aut bouinis cornibus munitum, de bobus dictum. Fest.
Bucĕrus, p.c. bubula habens cornua, *Chi hà corna di bue.*
Bucēta, bucita, buccēta, boum pascua, *Pascoli da buoi.* Turn. Buceria, armenta boum. Pap. Salm.
Buchianos, buccina. Fest.
Bucilla, buccella. Suppl.
Bucinaria, voces. Isid. Gloss. bucina, tuba; melius quàm buccina. Delrius.
Bucinium, tuba, Suppl. bucina, melius quam buccina.
Bucleps, qui boues furatur, *Ladro di buoi.*
Bucoleon, palatij imperatoris Constant. locus, vbi lapideus leo viuum capit bouem. Buleng.
Bucolia, pastoralia. Herib. *Pastorali.*
Bucoliasmus, pastoritij carminis modulatio.
Bucoliastes qui pastoritium carmen modulatur.
Bucolica, orum, pastorale carmen, *Ragionamento di buoi*, bucolicus, pastoritius.
Bucolicon, herbæ genus, panacis.
Bucolus, nouellus bos, tyrunculus. Colum. Item, bubulcus, boues pascens. Bucolium, armentum boum. Beroal.
Bucōnes, stulti. Turn.
Bucranium, herbæ genus, vitis nigra. Onom. med. Antirrhinon, dicta.
Bucula pascua, vbi armenta pascuntur. Bucita. Lex. Philol.

Bucŭla,

Buccula, vacca iuuenis & adhuc tenera, *Vacchetta*. Item pascua. Isid. Gloss. Item fibula, ansa, bulla. Lex. Philol.

Bucularius qui bucculas, seu galeas facit. Bucularius, vide.

Buculus, paruus bos, *Vitello*, *manzetto*.

Buda, storea, ornamenta regalia camelorum. Isid. Gloss. stramentum lecti de papyro, bullæ.

Bufo, cufo, rana terrestris, grandis, venenata, *Botta*, *rospo*. Rubeta verò est minor. Bufones, histriones. Schard.

Bugæus, spado. Pap. *Castrato*, lactator. Bibl.

Bugla, herba palustris.

Buglossus, buglossum, bouis lingua, burago; Euphrosyne, quod vino mista lætificet. Item, piscis marinus, Item, buglossa, *Boraggine*.

Bugones, apes, quod ex bouis stercore putrefacto nascantur. Bugonia, apiarium. Turn. Boum generatio. Lex.

Bulapathum, herba ex lapathi generibus, magnum lapatum. Lex.

Bulba, vulua. Gloss. Salmas.

Bulbinæ, herbæ genus, porraceis foliis.

Bulbino, as, mulierum menstruo sanguine inficio, imbulbito.

Bulbito, p. c. bulbitas, puerili stercore inficio. Bulbitum, stercus puerile, simus. Lex. Philol. Vide, scatos.

Bulbus, radix herbarum rotunda tunicata. Item, alij genus sylueſtris simile ascalonio. Bulbosus, bulbaceus. Bulbi, esculenti, sylueſtres, vomitorij, eniophori, vnisolij, marini, criniti, &c.

Bule, consilium, Senatus.

Bulēlis, nota genitiua in nato vini, lactis, &c. *Voglia*.

Bulcuta, consiliarius, Senator, decurio. *Consigliere*, *Senatore*.

Bulcuterium, locus Senatus, Ædificium amplum sine clauo, ita dispositâ contignatione, vt eximantur trabes sine sulturâ, ac reponantur, *Luogo da far'il consiglio*.

Bulcuticum, locus Romæ & Athenis, vbi Senatores, & senes in theatro, Ephèbicum, vbi iuuenes, Podium, vbi Imperatores spectabant, & Coss. synedrium. Vide.

Bulga, omnis folliculus, & crumena, & sacculus ad brachium pendens; sacculus sceleteus. Item, matrix, vulua. Vulga. Lex. Philol.

Bulgæ, sacculi ex corio, *Bolgie*, *bisaccie*. Bulgulæ paruæ bulgæ.

Bulgetanus, propola bulgarum. Lex. g. b. Lex. Philol.

Bulgidium, parua bulga. Bulgetæ, risci scorteij, cistæ. Scal. bulgula.

Bulia, tempus consultationis. Item, summa magistratus potestas, balia. Monolin.

Bulimia, immodica appetentia, *Gran fame*.

Bulimus, bouinus, caninus appetitus, bouina fames, *Fame canina*. Lex. Med.

Bulla, insigne puerorum nobilium è collo dependens. Tumor inanis aquæ. Clauorum caput, & pustula oculis nata. Bullatus, bullâ ornatus. Bullare, notare bullâ, *Bollare*. Bullati claui ostiorum.

Bullæ, scripturæ in membranis, plumbo appenso à plumbatore, *Bolle*. Item, stramenta camelorum. Isid. Gloss.

Bullare, sigillare. Bullæ, ceræ sigillatæ, *Bolle*. Herib. bullari, in bullas erumpere. Scard.

Bullatorium, forma bullarum. Bulla, sigillum, *Bolla*. Bullula, parua bulla. Lex. g. b.

Bullatus, bullæ similis, euanidus. Item, bullâ ornatus. Lex. Philol.

Bulli, insectum. Suppl.

Bullio, is, feruco, *Bollire*. Bullo, as, bullas facio; bullio, ōnis, tumor aquæ bullientis. Bullor, ōris, bulliuncula, bullicula. Dimin. Cath.

Bullio, onis, tumor aquæ bullientis. Bullor, oris, nos, *Bollore*: bulliculus, bulliunculus, paruus bullio. Lex. Philol.

Bullo, as, bullas facio, inflor more bullæ, ebullo, as, foras, bullio, effior. Lex. Philol. Item obsigno, *Bollare*.

Bullula, parua bulla. *Bolletta*.

Bullum, pastoris baculum. Isid. Gloss. bullatum.

Bultes, conuulsio, ruptura intestinata pulmonis, morbus equorum. Lex. Med.

Bulyros, vespertinum tempus cum soluendi sunt tauri, & boues, *Sera*.

Bulus, baculus pastoris. Pap.

Bumamma, bumalthos, magna mamma. Item, vua crassior, *Grappo d'vua grande*.

Bumānes, p. c. herbæ species, quæ bobus insanam affert.

Bumasthus, magnas mammas habens. Onom. med. *Chi hà mammelle grandi*. Item, vuæ genus crassioris instar mammæ. Pont.

Bumelia, fraxini species. Plin.

Bumyci, tauri Deo dicati. Item voces mugitum taurorum imitantes.

Bunias, napi species, diuersa à bunio.

Buneuron, flagellum è neruis bubalis. Lex. g. b. *Sferza di nerui di bue*.

Bunium, napi genus. Bunias, aliud genus napi sylueſtris, herba umbellifera.

Buo, is, perfundo, impleo inusit. Vnde Imbuo, vsit. Delibuo. Inusit. intingere. Butum, imbutum.

Bunu-

Bunuarium,mensura terræ,bunuarius,eam possidens. Cod. li. ant. Curtarius, qui curtem : Hobarius,qui hobam tenet. Idem.

Bupædes, pueri magni, obsoleti, qui crescendi finem fecerunt. Fest.

Bupălus,bubălus. Item magnus luctator, *Bufalo, gran lottatore.*

Buphăgus, vorax, qui bouem vnâ cenâ voraret. *Deuoratore.*

Buphărus,terra, quæ facilè bobus arari potest.

Buphōnum, p. p. herba bobus anginam pariens, eosque necans,si edant.

Buphonìa, boum mactationes, festum Athenien. Buphōni, boues mactantes.

Buphorbus, boues pascens, *Chi pasce buoi.*

Buphthalmus,bouinos oculos habens. Item herba florifera similis bouinis oculis.

Bublanoctisti, tumuli apud Ilium.

Bupleurum, herbæ genus in segetibus spontè nascens. Plin.

Bupōdes, magni pedes, *Piedi grandi.*

Bupressis,animal latens in herbis,ex genere cantharidum, bouem marinum fallens. Bartol. Item, herba.

Bupīna, passio, quâ immodicâ siti cruciantur infirmi; bulimia, *Fame.*

Bura, buris, pars aratri posterior curuata, quasi bouis caudâ, vomerem excipiens.

Buranica,potio ex lacte,& sapâ. Fest.

Burbalia,intestina maiora. Glossæ. A. L. Pap.

Burca,clauata. Pap. melius,cloaca.

Burda, vestimenti genus : buda,alijs.

Burdatio,pensio,quam rustici soluunt. Gloss.

Burdit,exultat,superbit. Suppl.

Burdo,ōnis,natus ex equo,& asinâ, mulus ex asino,& equâ. Burdus,mannus,burichus, idem. Salmas.

Burdus,buricus,gurdus,ideſt,brutus. Burdicus. Lex. Philol.

Burga, cloaca. Isid. Gloss. *Fogna.* Lex. Philol.

Burgæ,qui collegio, Curiæ, vel burgis seruiunt. Item annonæ copia munita belli. Item, horrea publica. Scal.

Burgarij, à burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta,burgos, vocant.

Burgi,per limitem habitacula constituta.

Burgones,caules. Isid. Gloss.

Burgos,burgus,caulæ,castra. Isid. Gloss. burgus castrum. Burgarius,burgensis,ex burgo. Cath. *Borghese.*

Burgrauius,comes burgi, seu castri.

Burguuardium, burgrafiatus, territorium ager barb.

Buricus, equus, mannus. Vide Burrichus.

Lex. Philol.

Buris,bura, aratri pars curua posterior, & manubrium. *Manico dell'aratro.*

Buricalia, instrata equorum, Greg. Naz. *Gualdrappe.*

Burrichanicum, vestis genus. Fest.

Buris, vide bura.

Burnus,qui libidini præest. Pauer.

Burra, vestis vilior, pilis hirsuta. Auson. *Pelliccione*, tomentum, puluisculus super floribus. Lex. Philol.

Burræ, quisquiliæ, ineptiæ, fabulæ : burrit, vox belluæ. Burrides, animalia,manni. Pap.

Burrhanica,potionis genus,lacte,sapâqs mistum, à burrho,ideſt, rufo colore.

Burrhanicum,vasis genus. Fest. Burranicum, burrum.

Burrhum,byrrum,rufum, *Rosso*, & cui nimio potu buccæ rubent. Burrhus,dictus,byrrus, burrus, Fest. *Borraccio.*

Burrichus, mannus, equulus coloris burri, seu byrri,& russei,rufi. Salm. Item,qui coloris erat burrei,Pyrrhici Græcè.

Burrio,is,sonum emitto,quasi bullientium. Lex. Philol. scaturio, de formicis dictum. Beroal. Apul.

Bursa, Item Iani medium, conuentus mercatorum, crumenæ signo insignitus. *Borsa.* Lex. Philol.

Bursa pastoris, herba ita dicta à folliculis, quos gestat,vt peræ sunt pastorum. Lex. Philol.

Bursa,testium scrotum,seu scortum, orcheon. Lex. Med. cloaca. Isid. Gloss. Item,crumena. Bursella, Bursūla, dimin. Bursāre, bursas facere, & in bursas componere. Cathol. vnde, Bursarius, qui bursas facit, aut tenet, *Borsaro.*

Buselinum,herba satiuo apio similis, magnum sehnon.

Busequa,bubulcus,iugarius, *Boaro.*

Busicon,ficus fatua,præcipuæ magnitudinis, marisca,dicta. Fest. Lege Busycon.

Bustantes,sepelientes. Isid. Gloss.

Bustar,bustum. Sosip. bustarius,qui corpora cremat. Bustalis. Prud. bustāre,sepelire,cremare mortuos. Cathol. Pap.

Bustasia,stabulum boum, *Stalla di buoi.*

Busteus, penè mortuus ad bustum deportandus, *Quasi morto.*

Bustica, sepulchra in agro. Isid. Gloss. Item, qui sepulchra struit. Bustifrāgus, qui bustum frangit, seu sepulchrum, vt mortuos spoliet. Cathol.

Bustirāpus, bustorum, sepulchrorum spoliator, *Spogliasepolchri.*

Busto,

• Busto, as, sepelio, cremo mortuos.
Bustra, bubilia. Suppl.
Bustrophe, boum conuersio.
Bustróphe, scripturæ genus à læua inceptum in dextram, rursus, à dextrâ in læuam in modum versuræ sulci in agris, Victor. Iun.
• Bustuale, ad bustum spectans, vel ex busto. Lex. Philol.
• Bustulum, paruum bustum, *Tombetta*.
• Bustum, locus, in quo mortuus est combustus. si ibi sepeliatur, sepulchrum. Sin alio loco, vstrina. Seruius ait, crematione cadaueris dici, bustum; locum, vstrinam; operis extructionem, sepulchrum; inscriptionem, monumentum; extructionem lignorum, rogum: subiectionem ignis, pyram; apparatum mortuorum, funus: quæ sæpè confunduntur. Delrius, busto, as, bustum facio. Cath.
Bustuariæ, scorta vilia, diobolaria, ad busta prostituta, veneficæ.
Bustuerij, gladiatores ad busta, & sepulchra digladiantes, *Spadaccini*. Qui corpora comburunt.
• Bustūra, Sepultura. Cathol.
Busus, pinguis, obœsus, *Grasso*.
Busycon, ficus præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, vt mariscæ. Fest.
But, nugæ. Suppl.
Butālis, bubo auis, noctu canens, palustris.
Buteo, ōnis, accipitris genus. Fest. buteon, iuuenis. Pap.
Buthyta, qui boues mactat, sacerdos. Lex. Philol.
Buticūla, orbiculi, vt cupæ minores, *Botticello*, vasis genus, obba. Butica, butta, *Botticella*. Cod. ll. ant.
Buticularius, lagenarius, omnia reponens in vasis, Hincm. *Bottigliero*.
Butina, lagena, *Bottiglia*.
Butis, Stella, cometes. Isid. Gloss.
Buthēros, locus, in quo armenta æstate pascuntur.
Buthilia, bos, vacca. Gloss. g. b.
Buti num, acetabulum, mensura. Butinarius, qui butina facit. Hesych. Salmas.
Buthysia, p. p. epulum ragale, magnum sacrificium, boum immolatio, vt Hecatombe. Butythes, immolator.
Butio, onis, cupella, parua cupa, *Botticella*. Salmas. Hinc, butica, buticūla, butionarius, artifex. Salmas.
Buto, butio, onis, animalis genus lacte abundans. Butus, profusus. Buteo, ōnis, iuuenis. Cathol.
Butómum, p. c. frutex palustris, cuius ex frondibus sportulæ texuntur.
Butomum, herba, alimentum dans bobus, gramen, limus. Lex. Philol.
Butta, cupa, *Botte*. Lex. g. c. butium, *Botte*. Butti, buttones, cupę. Idem. Butticulę, *Botticcie, botticelle*. Salmas.
Buttis, boga, alueus, embasis, vel solium balnei. Salm.
Buttubatę, nugę, nullius pretij. Neu. Buttubata. Fest.
Butum, imbutum, imbuendum. Isid. Gloss.
Butypi, sacerdotes, qui in Iouialibus mactabant.
Butyrophagi, qui butyro vescuntur. Athen.
Butyrum, notum, *Butiro*. Butyraceum, panis butyro vnctus, vel ex butyro, *Di butiro*.
Buum, pro, boum, Brisson. parerg.
Buxus, arbuscula nota, *Busso*. Buxetum, locus consitus buxis. Buxifer, ferens buxum. Buxōsum, buxeum, ex buxo, *Di busso*.
Buza, buzana, sacculus, *Bazana*.
Buzygia, familia Athenis sacerdotio prędita à Buzyge heroë dicta.

B Y

Byas, bubo.
Byblos, papyrus Ægyptia, liber.
Byci, cothones, vasa vinaria. Poll.
Byne, medicamentum, quo tumores olim ponebantur. Aëtius. Lex. Med. Item, hordeum madefactum, quod germinauit, inde tostum.
Byrrus, burrus, croceus, melius, Pyrrhus, croceus, *Cremesì*. Delrius, lacerna byrri, seu rufici coloris. Byrrus color, rufus. Salm.
Byrra, serule nomen à rufo colore. Suid. byrrus, byrreus, color, rufus, borrus.
Byrsa, corium, tergus, vnde arx Carthaginis dicta, *Cuoio*. Item, cloaca. Hebr. locus munitus, arx, latinè. Cerda.
Byrsodepsicum, quicquid ad coriariam artem pertinet.
• Byropōla, qui coria vendit, *Vende cuoio*.
Byssus, linum candidissimum, & mollissimum, *Bisso, lino sottilissimo*. Vnde byssina vestis, byssinum opus.
Bytērus, animalculum in esculis nascens. Plin.
Bythos, profundum. Tertul. Bythios.
Bytza, culex. Lex. g. b.
Bysastria, nutrix: bisasteros, lactens. Lex. g. b.
Byzion, mamma. Lex. g. b.
Byzo machēron, ensis genus. Lex. g. b.

Notæ antiquorum.

B

B. In notis antiquorum, bonus, Brutus, benè, Balbus. B. A. bonam actionem. Bonis auibus.

bus. Bonis augurijs. Bonus, amabilis. B. B. bona B. ARA. bona aurea. B. C. bonorum conſeſſum.
B.D. bonum datum.
B.E. E. bona ex edicto.
BF. bona fide. Bona fortuna. Bona fœmina_. Bona fi ia. BF. beneficium. F.B. Bonum factum. Benè fecit. BFC. beneficium. Benè fec t. B.F. C. B. F.I.C. bona fide contractum. Bonæ fidei contracti. B.F. L. bonorum filius. B.F. P. bonæ fidei poſſeſſor. B FR. bona fortuna. B.GR. bona gratia. B.H. bonus homo. Bona hæreditaria. B.H.S.I. bona hic ſita iuuenis.
B.I. bonum iudicium. B. I. I. boni iudicis iudicium.
B L. bona lex. B.I.B. bonorum liberi. B.M. bonæ memoriæ. Bonæ materiæ. Benè merentis.
B.M P. benè merenti poſuit.
B.MR.C. benè mereat cibum. B.MR.SE.H. benè merentibus ſerua hoc. B.M.F. benè meritæ fœminæ. B. H. bonorum hereditas. B. M. H. E. bona memoria hic eſt. B. M. bona materia.
B.N. bona noſtra. BN. H. I. bona hic inuenies. BN.M.FEC. bene merenti fecit. B.P. bona_ paterna.
B. O. benè optimè. BN. EM. bonorum emptores. B.P. bonorum poſſeſſor. Bona poſſeſſio. Bona paterna. B.PC. bona pecunia. B.P. bona publica. Bonorum poſſeſſio, poteſtas. B. Q. bona quæſtio. Bona quæſita. B. P. N. bono publico natus.
BR. bonorum. BR.SI. bonorum ſerui. B.R. bonorum rector. BRITAN. Britannicus. B.RP. N. bono Reip. natus. BRI. Britannicus. B. RI.H.N. bono Reipublicæ hic natus.
B.S. bona ſua. Benè ſatisfecit.
B. T. bonorum tutor.
B.V. benè vixit. B.V.A. boni viri arbitratu. B. V.V. balnea, vina, venus.

C

LITTERA condemnationis in iudicijs. Item, nulla ſeruis. Portata in calceis nob.lium Romanorum. Aſſumpta dictionibus tendendis: eorumce, eorum; huncce hunc. Item, pro S, mancerit. Pla. manſerit. C, & M, numquam antiqui conſuebant, vnde Alcumena, Tecumeſſa_, pro Alcmena, Tecmeſſa: interdum redundat; vt, *Vicxit*, *iuncxit*. Inſcr. Vett.

C A

Cabăla, Cabalia, occultiſſima ſcientia, quam diuinitus traditam Moïſi cum lege aſſerunt Rabini. Cabaliſtæ, tales profeſſores.
Caballarius, caballaricus, equeſtris, eques. Caballarium, equitatus. Lex. g. b. alarius. Iſid. Gloſſ.
Caballatio, caballitio, caballicatio, munus alendi publicos equos. Feſt. Caballarica, acies. Caballarij, equites. Rigalt.
Caballarij, qui ſub equi cœleſtis ſidere naſcuntur. Firmic.
Caballeton, fulcrum lecti, *Canall-tto*. Lex. g. b.
Caballicare, equitare. Anaſt. in Conſt. *Canalcare*. Aſinare, aſino vehi. Caballicata, *Canalcata*. Cod. ll. antiq.
Caballicătæ, ſtercora, quas curſores in caballatione, ideſt, curſu publico deferunt. Scriban.
Caballinum, ſtercus equorum. Caballinus, a, um, ad caballum ſpectans.
Caballus, equus manus in deriſum, cabo. Iſid. *Canallacer*. Mannus, minor. Caballinus, *Canallino*. Caballino, equus marinus; Hippocampus, Veget. Caballus Sagmarius. Vide. Sagma.
Caballion, propugnaculum, *Baſtione*. Lex. g. b.
Cabaſei, qui neqeunt expleri. Rh. Poll. *Inſaziabi-*. Schard.
Cabatores, cauatores, *Incauatori*. Cabitores, cabitarij. Salm.
Cabbades, veſtis militaris. Lex. g. b.
Cabbadium, indumentum magni chartularij, quod ſuper omnia induitur, vt ſcaranicum. Vide. Codin.
Cabbala, doctrina aliundè accepta.
Cabea-cabia, pro causa. Salmas. Cabiŏla, parua cabea, *Gabion*. Cabiolarius, gabiolarius.
Cabiri, Samothracum Dij. Daſech.
Cabernum, foramen, *Cauerna*. Sup.
Cabidarius, lapidarius. Gloſſę. g. b. qui in_ curuis cabidibus, ſeu lapidibus quandis exercetur. Lex. Philol.
Cabilla, cabillatio, cauillatio. Gloſſ.
Cabio, as, cauo, as. Cath. *Cauare*.
Cabir, porens, vox Syriaca. Scal.
Cabiſtercus, vacuum, inane. Item, inteſtinum, ſtercus capiens. Pap.
Cabo, onis, caballus grandis. Iſid. Gloſſę, *Canallone*.
Cabos, ebrius. Suid.
Cabus, frumentaria menſura. Rh. Item, vinaria. Heſych. vnde cabaſus, vorax; cabum frumenti vorans. Poll.

Cabu-

Cabuta, cambuta, cambuca, gambuca, paſtorale baculum. Flod. *Paſtorale*.

Caca auiculæ genus à malitiâ dictum. Item, Caci ſoror. Cerda.

Cacabarius, qui cacabos facit. Lex. Philol.

Cacăbat, p. c. perdix. Gratiat, anſer. Ouid.

Cacăbi, cacabides, perdices à ſonitu dictæ. Onom. med.

Cacabulum, locus vbi cacatur, aut ſtercus egeritur. Lex. Philol.

Cacăbus, p. c. pulmentaria olla ex ære: olla ex luto. Et vas grande, *Caldaia*. Cacabulum, paruus cacabus, *Caldaiola*, vt Trulla, parua trua. Tertull. Cacabaceus, panis, cacabaci odorem referens. Caſaub.

Cacabacij, homines garruli, leues D. Ambr. Tertull.

Cacalia, Leontice, herba in vmbroſis naſcens. H. P. concanum.

Cacangĕlus, mala nuncians.

Cacangelia, malus nuncius, *Cattiua nuoua*.

Cacaturio, cacare deſiderio. Cacaturit, profluuio ventris laborat. Sud.

Cacca, vox puerilis nota. Monos.

Caccabata, obfuſcata, denigrata, Paulin.

Caccabe, Carthago Punica linguâ, equinum caput, Cerda.

Cacegoria, maledicentia.

Cacemphăton, obſcœna pronunciatio, fortaſsè. Cacephaton.

Cacemphaton, detortio ſermonis in obſcœnam interpretationem.

Cacephăton, p. c. cacophăton, mala locutio, mala conſonantia.

Cachăris, p. c. imaguncula, ſeu pupa ex cerâ albâ, puellarum ludicrum, *Pupattora*.

Cachectus, cachecticus, qui malo eſt corporis habitu, macilentus.

Cachexia, malus habitus corporis alimenta corrumpens, Cacoxia.

Cachemĕros, p. c. cui infelix eſt dies. Contra, Calimĕros, cui felix.

Cachinnus, cachinnatio, riſus diſſolutus, Cachinno, cachinnor, diſſolutè rideo. Cachinnat, ſonum edit. Acc. Cachinnare exitium, irridere. Apul. Cachinno, ōnis, qui diſſolutè ridet. Pap.

Cachla, herba, buphthalmus. Plin.

Cachrys, nucula inſtar pillulæ naſcens in robore, abiete, corylo, &c. Plin. Caſaub. Lex. Philol. Item legumen frumentaceum. Gorr.

Cacimēnos, aduerſâ lunâ natus, *Nato infelice*.

Cacia, vitioſitas, malitia, vitium, Cic.

Cacizotechnos, finem diligentiæ non habens. Calumniator ſui. Vitr.

Caco, as, ventris onus depono, *Andar del corpo*. Cacaturio, habeo voluntatem cacandi. Concaco, cacando fœdo.

Cacobaſilia, malum Regnum, *Regno cattiuo*.

Cacobius, duram vitam agens, *Chi viue ſtentatamente*.

Cacobūlus, p. c. cuius malum eſt conſilium. Cacobulia, malum conſilium.

Cacochylos, Cacochymus, p. p. qui eſt mali ſuccі, *Di cattiuo nutrimento*.

Cacochyma, alimenta mali ſucci.

Cacochymia, redundantia vitioſi humoris. Cacochymus, qui redundat malo nutrimento.

Cacocerdos, qui malè lucratur. Cacocerdia, lucrum iniquum, *Guadagno illecito*.

Cacochroea, decolorata corporis ſpecies, ſine manifeſtâ causâ. Onom. med.

Cacocriſia, iniquum iudicium.

Cacocuſtūmos, p. c. malè moratus. Gloſſæ. g. b. *Scoſtumato*.

Cacodæmon, malus Genius, & Dæmon malus, *Spirito cattiuo*. Cacogenius.

Cacodiabŏlus, p. c. malus adminiſtrator rei familiaris Laconibus.

Cacodicia, corruptum iudicium, crimen peruerſi iudicij.

Cacodoxus, qui malâ eſt opinione. Cacodoxia, peruerſa opinio, *Opinione peruerſa*.

Cacodūlus, malus ſeruus, infelix.

Cacoethia, mala conſuetudo, *Abuſo*.

Cacoethes, malignus. Malum incurabile, carcinomatis genus, *Male incurabile*.

Cacogamium, opligamia, iudicia ſeuera in cœlibes, & orbos, habita apud Lacedæmonios. Alex. ab Alex.

Cacogamium, nuptiæ malæ, infelices.

Cacographus, malus ſcriptor. Cacographum, malè ſcriptum.

Cacologia maledicentia. Cacolŏgus, maledicus, *Malalingua*.

Cacomantes, malus vates, *Indouino falſo*.

Cacomăthes, malè doctus.

Cacomechanos, p. c. malorum machinator, *Maligno*.

Cacomōdes, p. p. cui malum eſt conſilium, *Chi dà mal conſiglio*.

Cacometros, malè metiens. Cacometra, iniquus menſurator, *Miſuratore ingiuſto*.

Caconămus, malè ſuratus, malè tibiatus. Onom. med. *Di cattiue gambe*. Lege Cacocnēmus.

Caconŏmus, qui malis legibus vtitur.

Caconymphus, qui infeliciter nupſit, *Mal maritato*.

Cacopathecia, infirmitas. Gloſſæ. g. b. Cacopathia, malorum perpeſſio.

Caco-

Cacopătris, cui pater, aut patria mali.
Cacoplastes, malè effictus, *Mal formato*.
Cacophăton, p. c. deformitas vocis, cacemphăton, cacophonia, cacophōnus, p. p. cui mala est vox, *Chi hà cattiua voce*.
Cacophēmos, p. p. qui est mali nominis, *Infame*.
Cacŏphron, cui est mala mens, *Di mal' animo*.
Cacophyia, mala indoles, ingenium prauum, *Cattiua razza*.
Cacohima, malum succum habentia: contrà, Euchyma, bonum, *Di buon nutrimento*.
Cacopolitia, mala Reipublicæ administratio. Cacopolites, *Cattiuo Cittadino*.
Cacopragmon, malè res agens, *Chi fà male i fatti suoi*.
Cacŏpus, malos pedes habens, *Di cattini piedi*.
Cacos, malus, deformis, timidus.
Cacoscholia, inutile otium. Cacoschŏlus, otio malè vtens.
Cacosītus, apositus, qui vitio stomachi cibum fastidit, vel inedia se macerat. Cacositia, stomachi vitium, *Mal di stomacho*.
Cacosphyxia, vitiosus succus. Lex. Med.
Cacostomăchus, cuius stomachus malè affectus, idest, ventriculum, *Chi hà cattiuo stomacho*. Cacostomacha, stomachum lædentia.
Cacostŏmus, p. c. qui malo oris est, *Di mala bocca*.
Cacosyntheton, deformis compositio.
Cacosynthesia, mala compositio, malum fœdus, *Lega cattiua*.
Cacotechnos, malis artibus vtens. Cacotechnia mala ars. Cacotechnium, maleficium.
Cacotrŏpus, qui malis est moribus. Cacotropia, improbitas morum, *Cattiui costumi*.
Cacotrophia, malus cibus, improba nutritio, *Cattiuo nutrimento*.
Cacoxĕnus, p. c. qui malè se gerit erga hospites: neminem, aut malè hospitio recipiens.
Cacozelia, pseudozelia, mala, & peruersa imitatio, *Affettatione*.
Cacozēlus, ineptus imitator, *Affettato*.
Cactus, spinosa planta, carduus. B. Vulc.
Cacubalum, herba acinos nigros ferens. Plin.
Cacuere, aduocare. Sup.
Cacŭla, seruulus militaris ad tuendum dominum. Plaut. *Seruitoretto di soldato*.
Caculatum, seruitium. Fest. *Seruitù*.
Cacumbeat, permutet, cambiat. Supp.
Cacumen, vertex, summitas, cuiusque rei, *Sommità, cima*. Cacuminātum, *Acuto, appuntato*.
Cacuminăre, acutum reddere. Sidon. *Appuntare*.
Cacuminax, cacuminatum. Aldhel.
Cacurgus, maleficus. Cacurgia, Mala actio, *Maliardo*.
Cacido, quasi coacuo, exhortor.
Cacus, malus, seruus Euandri, malus fur. Item, animal quadrupes. Gesn.
Cada, aruina. Glossæ. A. L. Cadalius huius institutor. Lex. Philol.
Cadamitas, calamitas. Dacrymæ, Lacrymæ. Antiq.
Cadara, institura, negotiatio pinguiaria, axungiaria. Glossæ. A. L. *Grascia*.
Cadarfreda, consuetudo. Cod. ll. antiq.
Cadāuer, corpus mortuum. Cadauerinum. Tertull. Cadauerosum, cadaueribus plenum. Lex. Philol.
Cadauerōsa, facies, subliuida, *Smorta*.
Cadax, claudus, sæpè cadens. Isid. Glossæ. *Zoppo*. Casax. Fest.
Caddos, cados, vas vinarium, & in quod calculi conijciebantur.
Cadesa, scortum. Voc. Eccl. Cathol. cades, mulier innupta.
Cadiōlus, paruus cadus. Cathol. *Bariletta*.
Cadiscus, paruus cadus, vasculum colligendorum suffragiorum Iudicum, alterum Mortis, alterum Misericordiæ, *Bozzolo*.
Cadiuus, caducus, casabundus, sonticus, & in casum propensus, *Che cade da per se*. Cadiuum pomum, quod per se cecidit, *Castagneccio*.
Cadiuus morbus, caducus, comitialis, sonticus.
Cadmi filiæ, litteræ dictæ, quia ab eo inuentæ.
Cadmia, corpus metallicum, lapis ærosus.
Cadmia, lapis, quo æs fit. Cadmia fornacaria, dicta, tutia. Iun. Cadmides. Gemmæ genus.
Cado, is, cadere. Cadens, Casurus, Casus, &c.
Caduca aqua, quæ de lacu abundat. Caducus morbus, comitialis, *Mal caduco*.
Caduca auspicia, pessima, cum aliquid in templo excidit, velut virga è manu. Schar.
Caducarius, cui nullus hæres. Isid. Gloss. vel qui sit hæres in eius bona, qui hærede caret. Iun. Item, qui morbo caduco laborat. Nouar. Beroal. Turn. Caduca bona, quæ fisco cedunt. Rebuf.
Caduceator, qui caduciser, legatus pacem petens, *Araldo di pace*.
Caduceatores tempore belli, legati tempore pacis dicti.
Caducēum, virga Mercurij. Caduceus, pacis signum. Hasta, belli. Varro.
Caducitur, præcipitatur: caduciter, præcipitanter. Non. *Precipitosamente*.

Cadu-

Caductor, caduceator. Sup.

Caducum. Legatum, irritum, quod ad fiscum defertur, vel ad substitutum, vel quod mortuo testatore deficit. Rebuf. Caduca bona, hæreditas, &c.

Caducum, quod cecidit, aut casurum est, quod in ruinam propensum, *Che stà per cadere*.

Caducum auspicium, inauspicatum, cum quid inter sacrificandum cecidisset.

Caducus morbus, comitialis, Herculeus, sacer, *Epilepsia, mal caduco*, quod cadere faciat.

Cadula, guttæ de carne pingui cadentes, dum assantur. Cathol. vet. vocab.

Cadum, cada, aruina. Gloss. Lex. g. b.

Cadurcum, tentorium, *Tenda, ò botteghetta*. Caducùlum. Dimin. Item culcitra cooperimentum lecti, candida, & quâ merces teguntur, & sacra, *Baldacchino*. Item, funis, quo lecti tendebantur, & vas ad hauriendam aquam è puteis, iumento rotam versante. Pudendum quoque.

Cadurda, labra pudendi mulieris, vel sponda lecti. Isid. Gloss. Cadurca. Lex. Philol.

Cadus, vàs vinarium, *Barile*. Cadiscus, vasculum suffragiorum, *Bozzolletto*. Item, paruus cadus. Cadus salsamentarius, *Bariglion di salumi*.

Cadyros, aper euiratus.

Cædas, carcer subterraneus Lacedæm. in quo fontes concluſi, *Carcere segreto*.

Cæcias, ventus orientalis non pellens, sed attrahens nubes.

Cæcigenæ, cæci geniti. Lucr.

Cæcilia, serpentis genus. Colum. Cæcula. Isid. *Lucignola*. Item, piscis fluuiatilis.

Cæcubum, vinum generosissimum, vt Falernum.

Cæconia, noctua, quasi cæca. Cath.

Cæco, as, luminibus priuo, *Accecare*.

Cæcua, cæcuma, noctua, quia lucem fugit, vt cæca. Lex. Philol.

Cæcula, cæcilia, vide.

Cæcum intestinum, sine foramine, & exitu. Cæcum cubiculum, paries fenestras non habens. Cæcus ignis, amor. Cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus. Lex. Philol.

Cæcus, qui caret lumine, quo videat, aut videatur. Lex. Philol.

Cæcutio, parum video, tamquam ex parte cæcus. Lex. Philol.

Cæcuto, as, obstrusam faciem habeo, quasi cæco similis sum, eumque imitor. Fest.

Cæcutant, cæcutiunt. Plaut. cæcos imitantur.

Cæcus, oculis priuatus, *Cieco*. Item, qui carcere detinetur. Cæcum vallum, in quo præacuti pali terræ affixi herbis, & frondibus occultantur. Fest.

Cædes, mors non fatalis, sed violenta. Item, cæsura lignorum. Gell. Cædecăla, parua cædes. Cathol.

Cædere hilas, in obscœnis. Cædĕre frondem, legere; saginam, pro saginando pecore. Turn.

Cæditiæ, taberne dictę à cæditio. Fest.

Cædo, is, percutio, ictum imprimo. In obscœnis, precido, molo, tundo. Lex. Philol.

Cædua, sylua, quę seruatur, vt cædatur; contra, Lucus, religiosus, incęduus.

Cæduum, cædi consuetum, ex quo materia cædi solet. Lex. Philol.

Cæl, Cælum. En. Cœlus, Var.

Cælassis, cælaueris. Fest.

Cælatiæ, impudentes. Sup.

Cælamen, cælatura, *Intaglio*. Cœlo, as, incido, *Intagliare*, *scolpire*.

Cælator, qui cælat, *Intagliatore*.

Cælatura, res cælando facta, actio cælandi, ars cælandi. Lex. Philol.

Cælebs, sine vxore: vnde, cælibatus, vita sine vxore, sine concubitu, *Senza moglie*.

Cæleſtia auguria, cum fulminat, aut tonat. Fest.

Cæliacus morbus communis ventriculo, & intestinis. Cæliăci, profluuium ventris patientes. Cæliaca medicina, huic medens. Cels. Vide. Cæliacus.

Cælibaris hasta, quâ caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, Fest.

Cælibare, ad cælibem pertinens.

Cælia, potus genus ex frugibus confecti. Plin.

Cælla, quod cælet, & occulket. Fest. Vide, Cella.

Cællia, simia. Rh.

Cællo, is, percutio, frango, hinc, percello, procella, etiam sine diphthongo.

Cælo, occulto. Vide, celo.

Cæltes, cæltis, cælum, instrumentum ad scalpendum aptum, *Scarpello*, *bolino*.

Cælus, Deus. Cœlum, cum œ notum.

Cæleſtiſſimus, maximè cœlestis. Vel. Pat.

Cælum, vide cœlum.

Cæmentarij, cæmentorum artifices, fabri murarij, *Muratori*.

Cæmenta, cæmentę, omnis rudior materia, ędificiorum, *Pietre*, *ed altre cose per edificare*.

Cæmentarium, cæmentitium, ex cæmentis factum.

Cæna, vide cœna, sed melius, *Cena*. Aldo.

Cæneus, homo mollis, & qui muliebribus curis virilem animum, exuisset: cæneus enim olim virgo, vt est in fabulis, Athen.

Cænos

Cænos nouus: vnde, Encæniate, nouum aggredi, *Incigniare, manumettere*.

Cænodoxia, inanis gloria, vana gloria. Lege cenodoxia.

Cænologia, noua loquendi ratio.

Cænatus, vt, pransus, qui cœnam confecit. Var. *Ch'hà cenato*.

Cænophilus, p. c. Nouamicus, non ijsdem semper amicis vtens. Suid. *Chi s'essomuta amici*.

Cænoprepia, nouitas decora. Cænoprepes.

Cænos, nouus.

Cænotaphium, p. c. nouum sepulchrum, in quo nullius sepultus. Cenotaphium, vacuum sepulchrum.

Cænotomia, innouatio. Cænurgia, Cænurgus, innouator. Cenolentus, renouatus. Pap.

Cænotomus, p. c. nouas vias, & res nouas moliens.

Cæpa, vide cepa.

Cæperet, inciperet, à cepio, antiquo. Turn.

Cæpula, parua cepa, *Cepollina*, ceparius, qui eas colit, aut vendit. Vide, cepa.

Cæra. Vide, cera, melius. Voss.

Cæremoniæ, externi in sacris ritus, moresque. Schar.

Cæricæ, p. c. horæ temporales, inæquales, singulis enim diebus horas XII. assignabant, totidem noctibus.

Cærimonia, Cereris sacra. Sup. *Ceremonie*. Ceremonia. Vide.

Cærimoniæ, ab oppido Cæræ dictæ. Cæremoniæ.

Cærites, tabulæ censorum, in quibus capite censi relati.

Cæroluſia, tempus lotionis. Clem.

Cæropolēmos, tempus belli. Const.

Cærophylax, occasionis obseruator, & custos.

Cæros, opportunitas temporis. *Opportunità*.

Cærugo, liquor amarus in fauis.

Cæruleātus, ceruleo infectus colore. Velleius.

Cæruleum, arenæ genus, quæ in auri, aut argenti metallis nascitur. Plin.

Cæruleus, cesius, glaucus, color maris. Cæruleus, variatus. Isid. Glos. Cæruleatus, ceruleo colore infectus. Vell. Par. *Color celeste, azurro*.

Cæla, elephas lingua Maura, vnde Cesar dictus ab occiso elephante, alij aliter. Buleng.

Cæsa, Gesa, tela Gallorum, pila Romanorum. Cesa, etiam orationis particulæ. Item, arbores cesæ, carbones, &c.

Cæsalis, lapis finalis, & Tiburtinus. Auctor de limitibus.

Cæsar, natus cesso matris ventre; Imperator.

Cesale, sella, familiaris, vbi ventrem purgamus. Colum. Lex. med. *Cesso, seggietta dal corpo*.

Cæsaries, coma, vnde, cesariatus, comatus. Fest. *Chioma, zazzera, zazzeruto*.

Cesim, vno ictu, aut per incisionem gladij. Punctim, pungendo, *Di taglio, di punta*.

Cæsio, onis, cesura, *Taglio*. Colum. Cesiones, verbera, ictus. Tertull. *Battiture*.

Cesir, scutum Syris. Buleng.

Cesitium, linteolum candidum in multas partes cesum, ac deinde subligaculis reuinctum. Bayf.

Celitium, linteolum, purum, candidum. Plaut. cesur s ornatum, ocellatum. Lex. Philol.

Cesit, cecidit, antique. Salmas.

Cesius, color cœli, quasi cœlius, Glaucus. *Azurro, color celeste*. Cesulum, cerulum. Gloss.

Cesius, vir, *Chi hà gli occhi di gatto*. Iun.

Cesnæ Sabinę, cenę, quę nobis prandia: cenę, verò, Vespernę, dictę.

Cesōnes, cesones, qui cesso matris vtero nati, Cesares. Fest. seu necata matre nati, Probus.

Cesonia, hippomanes, caruncula venenata in fronte pulli equini. Cath.

Cespes, tis, cum terrâ herba auulsa in modum lateris cesa, *Cespuglio*. Cespititium tribunal, factum è cespitibus.

Cespitare, quasi cespitem ledere, *Intoppare, scappucciare*.

Cespitātor, equus, qui cespitat, *Che inciampa*.

Cestrum, instrumentum ebori excauando, *Stromento da incauare al torno*.

Cestus, us, chirotheca armata clauis pugillum, manopola. Item, muliebre ornamentum.

Cestus, sine diphthongo. zona virginalis.

Cesulię, cesij, qui cesis sunt oculis. Fest.

Cesulum, cęruleum. Sup.

Cesum, quod à terra scissum, & separatum, *Tagliato, battuto*. Item, minor interpunctio, incisum.

Cæsūra, p. p. incisura, pars orationis. penthemimeris in carmine, *Taglio, tagliatura*.

Cesuratim, p. p. per cesuras, succinctè. Isidor. *Per tagli*.

Cæsurātum vas, cesim orificiatum, *Intagliato nell'orlo*.

Cetēra, deinceps. Cęterùm, cęterò, *Dopoi*. Cetera.

Ceria, fasces sepulcrales.

Cainānus, alijs coëmptionalis. Turn.

Caiare, comprimere, compescere. verberare. Caiatio. Caieta, coercitio, coarctatio, Verberatio, Caia, tuffis, clava. Cerda. Douſa. Salm.

Caiatio, puerilis cædes. Turn. Scal.

Caianani, hæretici adorantes Cain.

Caipor, Caij puer, siue seruus, Quintipor, Publipor,

por, Quinti, & Publij seruus. Palm.
Caius, Caia, quispiam, quæpiam, maritus, vxor.
Cęyx, Halcyon, auis in mari nidificans.
Cala, seu, caia, Manclauia, fustes, quibus cæsi fustuarium merentes. Salmas.
Cala, æ, fustes, quos dominis portabant serui, sequentes eos ad prælium; vnde dicti, calones. Gloss. *Serui di soldati*.
Calabarriuncŭlus, calaburrio, crabro, *Calabrone*. Gell.
Calabra curia, in quam sacrorum causâ populus olim à Pontifice calabatur, vocabatur.
Calabri versus, obscœni. Isid. Gloss. Pap.
Calabrismus, saltationis genus; Calathismus.
Calabris, ventis siccis. Isid. Gloss.
Calabrius, caradrion, caladrium, auis genus, Cath.
Calabrox, virga pastoralis, caput habens crassius, Pedum. Suid.
Calaburriŏnes, præcones concionem aduocantes in curiam Calabram, vbi tantùm actum de sacris. Gell.
Calama, hasta, siue spica ipsius frumenti. Suid. Calametum, Cato. Calamenta, fragmenta veterum calamorum. Colum.
Calamaceum, tegmen è calamis, aut stramine. Lex. Philol.
Calamagrostis, gramen arundinaceum palustre. H. P.
Calamarium, atramentarium, theca, vbi calami, *Calamaio*, calamaria theca.
Calamatus, quoddam genus strictæ mitræ cincinnos vinciens. Quasi calorem machinans. Lex. Philol.
Calamaula, canna, quâ cantatur. Pap. *Canna da suonare*.
Calamaules, qui calamo in tibiam formato canit, Monaules, *Suonator di zampogna*.
Calămis, idis, acus harundinea, quâ mulieres vtebantur componendo capillo, quæ olim ex arundine, calamistra.
Calamentum. Vide calametum.
Calamētum, cannarum putamina, & fragmenta minutiora. Colum. aut locus, vbi calami nascuntur.
Calamintha, herba odorifera, *Menta*, *calamenta*.
Calamintha fluuiatilis, mentastrum. Mesuë.
Calamides. Vide Calamis, calamistrum.
Calamion, paruum quoddam ornamentum cincinnos tedimiens.
Calamistrātus, qui capillos habet arte crispatos, *Chi hà i capelli increspati*.
Calamistrum, calamister, crispatorium instrumentum, quod calefactum crines intorquet. *Amalthea Onomast.*

Ferro da increspare i capelli, calamistro, as, crispo crines.
Calamitæ, paruæ ranæ, virides in arundinetis, &c. Calamites, p. p. gemma, calamita, p. p. lapis notus. Voc. Ecc. calamita.
Calamitas, grando, quæ calamos frangit, *Grandine*, *tempesta*. Item damnum, clades. Schard.
Calamochnus, salsa lanugo in locis palustribus. Aduica. Plin.
Calamizo, læta cano, à calamis dictum. Cath.
Calamitare, calamitosum facere. Calamitosè. Calamitosus, infelix. Calamizo, læta cano. Cathol.
Calamitis, ranæ genus, *Ranetta*. Rondel.
Calămus, harundo minuta habens internodia, *Canna sottile*, *penna da scriuere*. Item locus solitudinis in Ægypto. Cassian. Item arbor aromatica, calamiscus. Item, fistula, *Zampogna*. Item quæcumque stipula. Item, virga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces, *Mazzaccera*.
Calamus aromaticus. Acorus. Vide. Calamus odoratus, qui est casiæ odorem in India nascens.
Calandæ, calendæ, calendalia, tributa, quasi in strenam solui solita Calendis Ianuarijs. Iustin.
Calandologia, libri de auspicijs calendarum, vetiti postea. Niceph.
Calantica, calautica, tegmen muliebre, quod capiti innectitur, *Cuffia di donna*. Decalantico. Vide.
Calarica, nauis ligna portans. Cathol. calaria.
Calari, conuocari, vnde, comitia calata, conuocare, calare, vocare. Pap. Item laxare, deponere.
Calasiactri, pueri canoram vocem habentes, à regibus conquisiti. Vitr.
Calasiries, Ægyptij, milites primarij à patre solùm militiam edocti. Alex. ab Alex.
Calasiris, p. c. vestis linea, ad talos demissa, fimbriata, Persis in vsu, & Ægyptijs. Calasiaris.
Calasisice, medicina relaxando, mitigandoque inseruiens, hinc, calastica pharmaca, relaxantia. Rh.
Calassis, p. p. calasis, vestis muliebris, aut nodus tunicæ nodo reuinctæ circa ceruicem. Fest. Callepiston.
Calāta comitia, sacra Pontificalia. Sup. à calando, seu vocando dicta. Vide Manutium.
Calătha, calăthus, qualus, fiscella, vas vimineum. Calathiscus.
Calathiana, viola lutea autumno nascens. Cam-

panula, calathi figuram referens, Calathis, granis vocatis. Turn.

Calathiſmus, ſaltatio cum caniſtro. Scal. Poët.

Calathoides, forma & vmbra in formam calathi anguſto in fundo dilatans ſeſe, contraria conicæ.

Calaticum, hordei genus diſtichum, ideſt, duorum ordinum granorum. Pap.

Calator, miniſter ſacrorum. Item vocator. B. Vulc.

Calatōres, ſerui, quod frequenter vocentur ad miniſteria. Gloſſ. vnde, calata comitia. Item ſacrorum miniſtri. Carrio. Pap.

Calauriſmus, ſaltatio Thracum, & Carum. Scal.

Calaza, natta, calazia, gemma grandinis: in igne poſita, frigus ſeruat. Pap.

Calazophylăces, ſpeculatores futuræ grandinis. Seneca.

Calbei, calbæ, armillæ, quibus triumphantes vtebantur, & milites donabantur. Feſt. Pap.

Calbitur, caluitur, fruſtratur. B. Vulc.

Calbus, caluus, caluidus. B. Vulc. calba, calbaria, caluaria. Vide calua.

Calcaneus, calcaneum, calx. m. g. poſterior pars pedis, *Calcagno*.

Calcar, ſtimulus ad equos vrgendos, Calx ferratus, calcaneus cum ferro. *Sprone*.

Calcaria, fornax, in quâ calx coquitur, *Fornace da calcina*. Calcarius, qui calcem coquit, *Fornaciaro*.

Calcata ædificia, calce contecta, forinſecus incruſtata. Calcata via, vſitata, trita. Sen. calecata, antiq.

Calcatæ, faſces ſtramentorum, & virgultorum. Hirtius.

Calcatorium, ſemita in cella vinariâ inter duos lacus. Item, locus vbi calx coquitur, & vbi vuę calcantur, torcular.

Calcēamen, calceamentum, Vid. calceus, Calceolarius, qui calceos conficit, *Calzolaro*. Calceus, ſolea, calceamentum, *Scarpa*. Calceus feneſtratus, lunatus, lanceus, ſeu ſoccus. Linteus, &c. Iun. calceatus, calceis ornatus. Item, expeditus.

Calcearium, donatiuum militare pro emendis calceis. Calcearius, qui calceos conficit, *Calzolaro*. Calcearia, vbi calcei fiunt. Calciatum.

Calcedonius, lapis pallidam ignis habens effigiem. Pap.

Calceo, as, calceos induo, calceare equum, *Ferrare il cauallo*.

Calceones, femoralia, *Calzoni*. Salmaſ.

Calces, ampullæ plumbeæ. Feſt. calculi, lapilli, calculorum ludus.

Calces, Gallicæ militum, an calpes, Iſid. Gloſſ. Lex. Philol.

Calceus, à calce, pedis indumentum, ex pellibus animalium, *Scarpa*. Calceolus, paruus calceus, *Scarpetta*. Calcei mulierum, aphracta, opiſthocrepida, canubia, nudipedia, peribara, nictipedes, meſoperſica, bittades, ſeleucides, moſides, ambraſodes, amphiſphyra, acroſphyria. Pollux.

Calciarium, poſterior pars pedis.

Calcifraga, ſcolopendrium, fœniculum marinum, empetrum, ſaxifraga. Lex. Philol.

Calcino, as, in calcem, puluerem redigo, verbum chycum. Item obduco, *Incalcinare*. Lex. Philol.

Calcītro, ōnis, calcitrōſus, qui calcibus ferit, *Che tira calci*. Item ruſticus. Iſid. Gloſſ.

Calcitro, as, calcitrare, calce percutere, *Tirar calci*.

Calcoideæ, oſſa tria circa calcaneum. Lex. Med.

Calcītis, gemma aërei coloris. Pap.

Calcifurnium, clibanus calcis, vbi ea coquitur, *Fornace di calcina*. Cod. ll. ant.

Calcitius, ruſticus, quod duret calceos. Iſid. Gloſſ. Calcitio, onis. Forte, calcitro. Plaut. Lex. Philol.

Calcinatum maius, quod arte duce factum eſt, vt ſal. Calcinatum minus, quod naturâ, vt ſaccharum. Parac.

Calcius, cauclus. Vide calculus.

Calco, as, tundo, calcare, calce premo.

Calculāre, rationem facere calculis.

Calculator, calcularius, qui calculat. Calculo, ōnis, tabularius. Calculātim, numeratim. Cathol.

Calculatio, inquiſitionis communis teſtium ſupputatio A. Bonf.

Calculi, latrunculi, ludus. Salm. Calcus, cauclus. *Scacchi*.

Calculi, lapilli terræ admiſti leues, rotundi: contra ſcrupi minuti, aſperi. Item quibus luditur, in ludo latrunculorum. Item, qui naſcuntur in renibus, & veſicâ. Item, qui in vrnam conijciebantur, pro ſuffragijs. Item arithmetici, ſeu logiſtici. Lex.

Calculo, as, numero calculis, ineo rationem. Calculor.

Calculus, lapis exiguus, terræ admixtus, *Saſſetto*. Leuis ſcrupus, aſper: calculos ponens, arithmeticam diſcens. Cerd.

Calculones, cauculones, grammatiſtæ, prima elementa docentes. Salmas. Litteratores.

Calculoſitas, morbus calculorum. Sup. *Mal di pietra*.

Calcu-

Calculum, vbi mortuum ferunt. Pap. Item cinguli genus. Isid.

Calda, calda aqua. Caldalcia, calida aqua. Supp.

Caldarium, quo aqua calida hauritur. Item abenum, *Caldaia*. Item locus calido aere plenus, caldaria. Voc. Ecc. caldana.

Caldarius, calidam præbens. Caldaria cella, caldaria, quasi, calidaria, vas. Cathol.

Caldātum, calidā lotum. Turn. *Lauato con acqua calda*.

Caldonia, mulier fullonica, calefaciendis aquis præposita. Gell.

Caldor, ōris, calor. Calda, caldacia, calida aqua. Varro.

Caldus, Claudius irrisorie dictus. Caldius, biberius, mero. Claudius, Tiberius, Nero.

Caldīcum, foris deambulatorium. Isid. Gloss. Pap. Patibulum, res patens. Lex. Philol.

Caldus pro, calidus. Varro.

Caleſio, caleſco, calidus fio, *Scaldarſi*.

Calēna, poculi genus. Varro.

Calendę, primus dies mensis, dictæ à calando, idest, vocando populo. Varro.

Calendæ, sodalitates ad pias causas. A. Bonf.

Calendalogia, libri de calendarum auspicijs. Lex. Philol.

Calendalia, tributa, quasi in strenam solui solita. Calendis Ianuarij Meurs. Lex. Philol.

Calendare, ad calendas spectans. Calendaris, calendis præfectus. Lex. Philol.

Calendarium, tabulæ ab obseruatione singulorum mensium dictæ, *Almanacco*. Diarium, dierum. Calendātim, per singulas calendas. Bud. Item, negotiatio nominum faciendorum.

Calendarij, Iduarij, curatores calendariorum, seu fœnorum, & librorum fœneratorum; vnde, Calendarium, liber fœneratorum.

Calendūla, heliotropium maius. Mesuë, flos singulorum mensium. Vide, *Caltha*.

Calero, ligna porto. Calerarius, minister ferens ligna. Cathol.

Caleſtra, mitræ genus. Isid. Gloss. Calyptra.

Caletra, vbi vespæ nutriuntur. Isid. Gloss.

Calētur, calidum est. Plaut.

Caliblephăron, p. c. medicamentum oculorum ad ornatum palpebrarum; Calliblephăron.

Calicata, ædificia, calce polita. Calicatis, calce politis. Fest.

Calices in gemmis. Calices gemmati. Anast.

Caliceuma, catachysma, iurulentum ex carīcis. Rh.

Caliclarium, poculorum theca. Sup. Caliclāre, Calico, as, poto, as. Cathol. *Bevere*.

Calicreon, pancreon, caro glandulosa sub arteria. Lex. Med.

Caliculātim, in formam calicis, *A foggia di calice*.

Calicūlus, paruus calix, *Calicetto*. Caliculi echinorum, testæ, crustæ, quibus teguntur. Apul. Caliculæ, caligæ. Isid.

Calidros, auicula fluuios, & lacus petens.

Calidum, *Caldo*.

Caliendrum, ornatus muliebris capitis. Coma ascititia. Sup. *Capelliera*.

Caliga, tegimentum militare tibiarum, *Gambiera, calza*. Caligula, dimin. *Calzetta*. Caligarius, artifex caligarum, *Calzettaro*. Caligatus, caligea, caligia, caligis ornatus, *Calzato*.

Caligāre, Vide caligo, as.

Caligāris, clauus, seu, caligarius, quo caligæ adstringuntur. Plin. Caligarius, artifex caligarum, *Calzolaro*. Caligare, ad caligas spectans.

Caligæ follicantes, laxæ brachæ. Iun. *Braconi larghi*.

Caligati, milites, viliores, manipularij, gregarij. Lex. Philol.

Caligo, as, p. p. cæcutio, *Diuenir cieco*. Caligare cæcutire. Caligans, Caligatio. vnde, caligo, p. p. inis. Caliginosum.

Caligo, as, p. c. caligas induo, *Calzare*.

Caligula, parua caliga, tibiarum genus integumenti, *Calzettina*, à caligo, p. c. as, caligas induo. Cathol. Caligati milites, viliores.

Calim, clam; Nis, nobis; Sam, suam; Im, eum. Antiquè. Fest.

Calio, decipio. Gloss. A. L. *Ingannare*.

Calipha, successor Mahumetis Imperio, & eius religioni. Lex. Philol.

Caliptolēmus, p. c. strenuus in bello, *Forte in guerra*.

Caliptra, calypra vestimentum, quo caput operiebant. Fest. *Panno per coprir la testa*.

Calisceum, caliculus, paruus calix. Pol. *Calicetto*. Caliculus.

Calisco̅pus, industrius. Lex. g. b. *Industrioso*.

Calisina, medicamenta castica. Galen.

Calisthenus, pulchrum robur, pulchra potentia. Bibl.

Calius, cinis. Sup.

Calix, poculum potorium, quo olim calida potata, *Calice*. Calicūlus, paruus calix, *Bicchieretto*. Calyculus verò quivis folliculus floris, & fructus, *Bottoncello*. Vide. Calyx.

Calixica, exinanita. Turn.

Callæum, gallinaceorum barba. Rhod. Lex. Philol.

tudine dictum. Item, herbæ genus. Item, pulchrum capillum habens.

Calliulos, hymnus, qui in honorem Cereris canebatur.

Callophyllos, pulchris foliis ornatus, *Di belle foglie*.

Callopiſma, cultus ſuperfluus.

Callopiſtes, cultus in veſtitu nimium ſtudioſus.

Callopiſtos, Calamis. Vide.

Callofus, malitioſus. Iſid. Gloſſ. Item callo plenus.

Callos, pulchritudo, honeſtas, *Bellezza*.

Callum, callus, cutis indurata, *Callo*; callositas, callōſum, durum, callis plenum, *Calloſo*.

Carcinus, cancer animal. Item, signum Cœleste: *Gambaro, granchio*.

Cardaces, viriles, bellicosi milites, à cardia. Rh. Item, qui ex rapto viuunt apud Persas.

Cardax, saltatio obscœna, & comica. Bud. cordax.

Cardamine, sisymbrium, herba aquatica, *Crescione*. Balsamita.

Cardamōmum, p. p. herba, *Meligetha*. Item, folliculus Indicus nucis instar. H. P. Plin. Cardamina, sisymbrium.

Cardāmum, herba hortensis, nasturtium.

Carden, saltatio comica, & obscœna.

Cardēlus, cardēlis, pro, carduelis. Salmas, *Calderino*.

Cardia. cor, os ventriculi, & eius morbus.

Cardiacus morbus, cordialis, oris ventriculi affectio, ita dictus ob affinitatem eius cum corde. L. m.

Cardialgīa, cardiogmus, cordis seu oris ventriculi dolor & morsus. L. m. Cardialgicus, hoc morbo laborans.

Cardinatio, in agris eorum distinctio in cardines, sicut limitatio.

Cardinātum, signum conclanatum. Vitr. Cardineum, superliminare. Turn. Cardinales, cardines Ecclesiæ, cardinarius, cardinalis.

Cardinaliter, à cardine cœli ad cardinē. Iul. Turn. *Amalthea Onomast.*

Cardinea Dea, quæ præsidet cardinibus. Carna.

Cardines, helicteres, ornamenta aurium, naures. Poll.

Cardineum, herba suauis odoris, nasturtium.

Cardiogmus, ventriculi morbus ex humoribus mordacibus, ipsum ventriculi orificium mordicantibus. Gal.

Cardiognostes: scrutator cordium.

Cardiophylax, thorax æneus, custos cordis, *Guardia del cuore*.

Cardisce, gemma, è draconis cerebro. Plin.

Cardo, inis, ianuæ cor, super quo illa mouetur, *Ganghero*. Item, limes à meridie ad septentrionem, Hygin. Cardinālis, cardinarius, cardineus, cardinatus, cardinatio agrorum.

Cardo, onis, herba nociua colonis. Cardo, carduus. Lex. Philol.

Cardōpus, mactra, quam magida dicunt, arca panaria, *Madia*, Rh. cardopoglyphus, eam scalpens.

Cardopeum, Pausicape, instrumentum collo seruorum molentium, ne farinam ederent. Poll.

Carduchi, funditores optimi. Suid.

Cardudum, membrum fœminæ. Isid. Glosſ.

Carduelis, auis nota, *Calderino*. Acanthis.

Carduncellus, cardui species. H. P. *Cardoncello*.

Carduus cardus à quo carduelis, herba aculeata, *Cardo*. Carduus satiuus, *Cardone, carcioffo*. Cardetum, locus cardorum. Voc. Ecc. *Campo di cardoni, e carcioffi*. Carduus fullonius, dipsacus. Vide.

Carduus benedictus, herba aculeata, *Cardo santo*, H. P. carduus stellatus, chondrillodes, Araeophylus, cardui species. H. P. *Cardoncello*.

Carebaria, capitis grauedo, *Granezza di testa*.

Carebaricum, capitis grauedinem inducens. *Chi aggraua la testa*.

Carebarites, vinum cerebrum peruadens, & aggrauans caput. *Vino che dà alla testa*.

Carectum, locus caricibus, ideſt herbis acutis, & durissimis refertus, vide. Carex.

Carena, carentena, carrena. Vide carrena, ieiunium rigorosissimum XL. dierum in pane, & aquâ. Nouar. Burcar.

Carena, Quadragesima rigorosissima, Cæsar.

Carenum, carœnum, vini dulcis cocti genus. Carenaria vasa, in quibus coquitur carenum. Pallad.

Careor, careo, antiq. Careo, es, deficio, *Mancare*.

Carere, carminare, lanam pectere, purgare. Plaut. Varro. Vnde, carduus. Scal.

Caresco, careo. Sup.

Caresia, verbum barbarum. Blond. *Caresia*.

Caret, à cardine notatur. Glosſæ. A. L.

Careum, carium, semen exiguum stomacho ca-

rum. Tur. Item, frutex, & aromatis genus peregrini. Plin.

Carex, tragi herba duriſſima, aſpera, ſimilis ſparto, in locis vliginoſis naſcens, *Carice*. Vnde, carectum, locus vbi naſcitur. Paluſtris carex, quâ cathedræ texuntur, iuncus acutus.

Caria, æ, vide caries.

Cariãgo, carrorum & impedimentorum copia, carrago. Capitol. *Cariaggio*.

• Cariatides, caryatides, mulieres inſculptæ ſub capitellis ab antiquis architectis: Atlantes, Telamõnes, homines ſub ijſdem.

Cariatides, ſaltationes in honorem Dianæ.

• Carica, fici genus, ficus arida, vel Syria dicta, à Syriâ, ſeu Cariâ: minores dicti Coctõna. Carica muſa, lugubris. Caryca, verò, edulij genus. Vide. Item, cariota. Vide Schard.

Caricare, onerare. Hieron. Carico, as, onero, *Caricare*, barb.

Carycotactes, graculi Alpini genus.

Caricæum, cariota, putridum. Cariceus, carie obſitus. Carians, putreſcens. Pap.

Caries, vetuſtas, putrilago lignorum, *Tarlo, caruolo*: Cariõſum, carie plenum, *Caruolato, intarlato*.

Cariet, putret: carinans, putreſcens. Pap. carientes, illudentes. Pap. à cario, as, putreſco. *Putrefarſi*.

Carinãtim, ad ſimilitudinem carinæ, *à foggia di barca*.

Carinãtum, in modum carinæ efformatum, *Fatto in guiſa del fondo della naue*.

Carina, p.p. aluus, & inferior pars nauis, *Fondo della naue*.

Carinæ, mulieres defunctos in funere proſequentes cum planctu, & nænijs à Cariâ oriundæ, Præficæ, dictæ. Item, vicus Romæ, & ædificia facta in formam carinæ. Lex. Philol.

Carinãre, in modum carinæ formare. Carinari, probra inijcere, obtrectare. Carinatores, carinantes, probra inijcientes, plebeij. Feſt. Enn. *Dir villanie*.

Carinarij, cerinarij, qui cerino colore pannum inficiunt. Turn. caros, cera.

Carino, illudo. Gl. A. L. *Burlare*. Item, obtrecto, *Dir male*. Enn. Vide, carinare.

Carinus, quaſi carens mente, & ſenſu, Cath.

Cario, as, putreſco. Cario, is, diuido, carmino.

Cariõſum, carõſum, carie conſumptum. Carioſa terra, marcida, Colum.

• Cariõta, caryõta, p.p. dactylus, fructus è palmâ naſcens, *Dattero*.

Carioſia, lena vetus, & litigioſa. Cath. Vide, cariſſa.

Cariſſa, vafer, fallax. Item, Lena vetus, vafra. Gloſſ. capriſſa, cariſia, antiq. Iſid. Gloſſ. Feſt.

Cariſteum, vide chariſteum.

Caritas, rerum penuria, quæ extant: inopia rerum, quæ non extant, *Careſtia*.

Carmen, verſus, *Canzone*. Item, inſtrumentum carminatorium.

Carmen, Amœbæum, Bucolicum, coniugale, Feſcenninum, Lugubre, Lyricum, Nuptiale. &c.

Carmentalia, carmina ſacra, cantio dicta à Carmentâ.

Carmentæ, Parcæ, Muſæ dictæ à carmine, ſicut à limine, Limentum. Scal.

Carmento, as, carmino, lanam depecto.

Carmentum, carmen, vt limentum, limen. Varro Scal.

Carmezit, fructus tamaricis. Meſuë.

Carmides, gemmæ genus.

Carminatiuum, diſſipatiuum, diſcuſſiuũ. Meſuë.

Carmine, carnaliter. Sup.

Carmino, as, carmen cano, Sidon. Item, carmento, lanas pecto, *Scardaſſare*. Item, purgo. Carminarij, carminatõres, qui eas pectunt, *Scardaſſini*. Carmen, inſtrumentum carminatorium, *Scardaſſo, pettine da Scardaſſare*.

Carminus, Nouember. Pap.

Carminatrix, quę carminat, *Scardaſſatrice*. Carminatio, carminandi actus.

Carmũlum, ſeditio. Cod. ll. antiq. *Garbuglio*.

Carna pro Cardina, Cardinea dea viſcerum. Macrob.

Carnalium, carnarium, locus, vbi caro ſalſa ſuſpenditur; vel vbi ea venditur, vel inſtrumentum cum pluribus vncinis, quibus ſuccidiæ appenduntur, Cremaſtra. Vide.

Carnales, dicti Ædiles, quod carni venali præſunt. Turn. Carnalis, carni deditus: carnaliter.

Carnãrius, qui vendit carnes ſalitas. Carnaria, taberna, vbi eæ venduntur. Carnarium, vbi ſalitę carnes reponuntur, venduntur, ſuſpenduntur. Cath.

Carneus, carnalis, carnaliter, ex carne, *Di carne, carnalmente*.

• Carnia, Carnea, feſta Apollinis Sparte. Rh. Dalech.

Carnicũla, caruncũla, parua caro, *Carnicina*, Pap.

Carnifex, tortor, qui carnes ex hominibus facit. Item, qui ſe ipſum vulnerat, vt moriatur. Feſt.

Carnificãri, pati quę carnifices facere ſolent. Carnificare, carnem diuidere. Poll.

Carnificina, p.p. locus publicus, in quo ſontes à carnificibus occiduntur. Carnificium, actus carnificis.

Carnificinum cribrum, homo plagis, vt cribrum, perforatus.

Carnificium, macellum. Gloſſæ.

Carni-

Carnifico, as, facio carnes, interficio, lacero, vnde excarnifico vſit. Cath.

Carnij moduli, qui conſtabant neruis plurimis. Rh.

Carniſpriuium, Apocreos, tempus, quo ieiunamus, carne abſtinentes, vt Quadrageſimæ. *Digiuno.* Creophagia, tempus Paſchæ.

Carniuenda, qui carnes vendit, Poll. *Vende carne.*

Carniuöra, animalia, quę carnes vorant.

Carnoſitas, pinguedo. Carnōſum, muſculoſum, pingue, *Carnoſo.*

Carnopes, locuſtę.

Carnulētus, carni, & mūdo deditus, pinguis, Cerda. Carnōſus. Carnulentia, craſſitudo. Cath.

Caro, carnis, aprugna, bubula, conditanea, inſumata, iurulenta, muriatica, veruecina, morticina, ſalita, ſuilla, &c. Iun. *Carne.*

Caro, pars corporis nota. Item, in pomis molle; cutis, pars verenda & corpus vniuerſum, homo: Verbum caro factum. Lex. Philol.

Carochymum, vlcus, quod vinoſo humore eſt obſeſſum. Onom. Med.

Carœnum ſiræum, ſapa, vinum decoctum ita vt tertia pars aſſumpta ſit, duę tantum remaneant. Sirei ſpecies. Gorr. Vide.

Carœnum, vinum dulce. Turn. Carœnarij, cortinę, & vaſa, in quibus coquitur carœnum, Pall. Turn.

Carolus, nauicula in paludibus. Pap.

Caronium, Spoliarium. Leon.

Caropera, manopera, duplex genus ſeruitutis. Paſſerat.

Caros, crapularis redundantia, ſopor profundior iuſto, capitis grauedo. Rh. deperditio ſenſus. L. m. Caroſis, ſopor, nimia ebrietas, *Sonno d'imbriachezza.*

Caroſtrebula, quę taurorum demittitur à coxendicibus, Arnob.

Carōſum, caric conſumptum, *Intarlato, carolato.*

Carota, radix, & herba vmbellifera; *Carota.* H. P.

Caroticę venę, quę in collo ſunt, ſoporiferę. Gal. Carotica, ſoporandi vim habentia.

Caroticum, vinum vehemens, Cyclopi ab Vlyſſe datum. Rh.

Carotica, ſomnum inducentia.

Carotides, venę ſoporarię circa colli iugulum. Lex. med. *Vene del collo.*

Carotium, currus, in quo conſtituebatur vexillum publicum, cum in aciem eundum erat. Vide, carrocium.

Carpe, vermis, qui oleis innaſcitur. Rh. *Verme d'vliue.*

Carpea, ſaltationis armatę ſpecies. Rh.

Carpaſinus, a, um, è carpaſo, ſeu apio. Carpaſinus color. Lex. Philol.

Carpatinę, carbatinę, crepidę, *Pianelle.* Vide.

Carpăſus, venenatum medicamentum. Dioſc.

Carpaſum, planta, cuius ſuccus medicamentis eſt vtilis.

Carpentarius faber, qui carpenta facit; faber lignarius, *Legnaiolo.* Carpentarius equus, carpentum trahens, *Caual da carretta.*

Carpentarius, tignarius faber, qui ligna carpit, ſcindit, quadrat, & aptat ad ędificandum. Salm.

Carpeo, conſumo, enarro. Gloſſę. A. L.

Carpeſia, herba venenoſa. Onom. med.

Carpeſium, feſtuca tenuis, ſurculis cinnamomi ſimilis. Lex. Philol.

Carpetia, veſtis ſtragula, *Coperta, carpetta.* Gloſſę. g. l.

Carpentum, vehiculum honorariorum, quaſi carmentum aut è carpino, *Carretta.* Carpentum, ſolium, dicitur poſſidere planeta, cum fuerit in locis, in quibus plures obtinuerit dignitates, Argolus.

Carpere cibum, ſcindere, *Trinciare*: Vnde, carptor, ſciſſor.

Carphelium, panis cibarius. Lex. g. b.

Carpheōtum, thus puriſſimum, & candidum, autumnale, *Incenſo perfetto.*

Carphia, clauiculi ſuppacti militum calceis, qui dicti, Clauati, Iſid.

Carphologia, palearum, & feſtucarum collectio, *Raccolta di paglia.*

Carphōma pegma, l. g. b. Vide. Pegma.

Carphylę, ſtrata ex feſtucis, *Letti di paglia.*

Carphos, herbę genus, Fœnogręcum, bucēras dicitur, *Fieno greco.*

Carpiç, ciuitates in ripis fluminum ad impetum barbarorum reprimendum. Rh.

Carpio, ōnis, piſcis notus, *Carpione.* Lacus Benaci. *Del lago di Garda.*

Carpies, ſordidum vellus. Sup. lana ſuccida.

Carpineus, è carpino arbore. Turn. *Di carpino.*

Carpīnus, arbor de acerum genere, *Carpino.*

Carpiſcūlum, calceorum genus. Carpuſcūlum. Vopiſ. Rh. Carpiſculus. Caſaub. paruus carpus. Vide, *Scarpino.*

Carpiſmus, fructuum perceptio.

Carpiſmi, manuum porrectiones. Clem. Alex.

Carpiſtes, adſertor; Carpiſtia, adſertio. Turn. Carpiſtes, tradutor. Tertul.

Carpo, is, decerpo, *Carpire.* ſenſim, leniter aufero, vellico, lacero, capio, &c.

Carpobalſamum, balſami fructus.

Carpochiron, palma manus. Codin. *Palma della mano.*

Carpodesma, manuum vincula, *Manette*.
Carpodõnus, fructus generans, *Ch. fà frutti*.
Carponãtes, insanè fructificans.
Carpophõrus, fructus ferens, *Fruttifero*.
Carpophãgus, fructus vorans, *Chi mangia frutti*.
Carpophylax, fructuum custos, *Guardiano di frutti*.
Carpophyllon, lauri genus montanæ.
Carporãre, fauciare, ferire, carptare. Pap.
Carptim, sparsim, hinc, atque hinc carpendo.
Carptor, qui reprehendit, aut aufert. Item, Scissor. Vide. Carptura, seu, carptus, us, actus carpendi, *Riprensione*.
Carptor, scissor qui cibos scindit, diuidit, *Trinc ante* Petron.
Carpum, balsami semen, fœnum Græcum. Rh.
Carpus, fructus: procubitalis terminus; brachiale, *Rascetta*: iunctura manus cum cubito, vola, antecarpium. Poll. Item, carpus, carptor. Petron.
Carpusculum Vide, carpisculum.
Carpus, dim. nut. carpisclus, carpiscülus, calceus multisariam scissus, & cæsus, *Scarpa trinciata*. Scal.
Carquila, caruncula, Sup.
Carracutium, vehiculum altissimarum rotarum. Gloss. A.L. carracutum. Pap. Isid.
Carrãgo, carragium, carãgus, carrorum, impedimentorumque castrorum apparatus, *Carriaggio*. Capitol.
Carrẽna, ieiunium, XL. dictum in pane, & aquâ, *Digiuno in pane, e acqua, carena*. Quarrena, Lex. Philol.
Carrecta, sepes, *Siepe*.
Carrera, cursus, *carriera*, Glossæ, g.b.
Carretta, carrum, carrus, currus, *carretta*. Cæs.
Carrico, onero. Gl. A.L. Herib. *Caricare*. Vnde carra, carrada, carropera, carica. Cod. ll. ant.
Carrio, diuido, Isid. Gloss.
Carrobalistæ, carri balistas ferentes.
Carrocium, carrucium, carrus editior, coccineo obductus panno, in cuius medio vexillum pendens, è perticâ rubrâ cruce intersectum, ternis bobus concoloribus tractus.
Carruanum, carruana; multitudo mercatorum, aliorumque peregrinantium simul, *caronana*.
Carrucarius, carrucharius, mulocisiarius, qui carrucam ducit. Carrucarium, ad carrucam pertinens.
Carrũca, carrus paruus onerarius, quatuor habẽs rotas, carrucha duas; cisium, dictũ. Carrucõla, parua carruca, *Carretta*; carrucola, *Carriola*.
Carruonum, fuligo, carbo. Sup.
Carrus, carrum, carrũca, plaustra oneraria quatuor rotarum, *Carro, carretta*.
Caro, carnis, Glossa Antiq. *Carne*.
Carsamarius, eunuchus, spado. Lex. g.b.
Carropera, seruitium factum carris: manopera, manuale, vnde, carroperarij, & manoperarij, dicti, Sirm.
Cartha, charta. Vox nota, *Carta*. Cartularius, chartularius. Cartarius, qui cartas conficit. *Cartaro*.
Cartagma, ossis fractura. Onom. Med.
Cartamus, semen croci hortensis. Lex. Philol.
Cartazonus, animal quadrupes. Gesn.
Carteriæ, partes in cacumine arboris, per quas funes trahuntur Pap.
Carteronychus, validos vngues habens. Carterus, durus.
Cartallus, canistrum, cophinus. Cerda, *Canestro*. Cartallum. Item, vas quo mortui efferuntur. Cath.
Carthegon, buxi, granum. Plin.
Cartherothymus, p. p. qui toleranti est animo, *Paziente*.
Cartibũlum, mensa lapidea quadrata, oblonga, fulta vna columellâ. Varro. De L. L. castibulum.
Carticula, cœna.
Cartilãgo, medium quid inter os, & carnem: cartilagineus, cartilaginosus, ex cartilagine.
Cartophylax, cartæ custos. Cartophylacium, vbi carta custoditur.
Carum: siluestris pastinaca: carota sativa.
Carum, herba vmbellifera, *Caro*. H.P. cuminum pratense.
Caruncũla, carnicula, particula carnis, particula intestinorum excreta. L.m.
Carus, gratus, Aldo; alijs, charus, carò, carè: vnde caritas, penuria, *Carestia*.
Carya, quæ ligneo integuntur putamine nuces, &c. Rh. *Che hanno guscio legnoso*. Acrodrya, grece.
Caryatides, statuæ muliebres in ædificijs: sicut viriles, Telamones, & Atlantes dicuntur.
Caryca, p.c. edulium ex multis constans, vt sanguine, & alijs esculentis. Suid. at Carica, ficus arida. Vide. carycinus color.
Carycon, medicamenti genus.
Caryon, nucis iuglandis genus: caryocatactes, nucifrangibulum.
Caryota, iurulenta dulcedo. Rh.
Caryoceuma, cibus cum aromatibus conditus.
Caryon, nucis iuglandis genus: carynum oleum, ex nucibus iuglandibus.
Caryophyllãta, sanamunda, benedicta, herba hortensis bene olens. H.P.

Caryopon,

Caryopon, genus cinnami.
Caryopos, nucis ſuccus expreſſus è ſurculo cinnami. Lex. Philol.
Caryophyllum, caryophyllus, arbor aromatica, ex quâ clauiculi, dicti, *Garofani*. Item, flos ita dictus, *Garofano*. Vnde, Garyophyllum. Caryophyllatum, condimentum è caryophyllis, *Garofanata*. Garyophyllum.
Caryotus, nucatus.
Caryōtæ, caryotides, dactyli, palmulæ; Margarides, fructus è palmis naſcentes: Caryota, paſtinaca ſylueſtris.
Carytes, p.p. Tithymalli. ſpecies.
Caſa, tuguriolum vrbanum, vel ruſticum, *Capanna*. Caſamentum, à casi. Caſatus, caſam habens, Fulb. Caſula, dimin. parua caſa, *Caſetta, capannetta*. Vnde, caſata: caſati, vaſſalli, caſarij, caſales, Cod. ll. antiq.
Caſabundus, crebro cadens, in caſum propenſus. Næu. Var. *Chi ſtà per cadere*.
Caſale, ædificium. Guil. *Caſale*.
Caſamentum, beneficiarium prædium, Bern.
Caſaluādes, meretriculæ, quod abſentes aduocent, præſentes excludant.
Caſamaton, *Caſamatta*. Lex. g.b.
Caſāna, mulier caſam cuſtodiens. Feſt. Item, opercimentum nauis. Sup. *Caſſina*: Caſana, humilis caſa, *Caſina*, Cod. ll. antiq.
Caſanti capite, in terram delecto, Plaut. *Con la teſta china in terra*.
Caſare, caſitare, frequenter cadere, *Cadere ſpeſſo*.
Caſarius, litis amator. Iſid. Gloſſ. Caſaria, mulier, quæ caſam cuſtodit. Feſt. *Caſareccia*.
Caſaurium, caſeluium, impudicarum locus, lupanar. Caſaura, meretrix.
Caſcabellum, ſcabellum, crepitaculi genus. Ariſtoph. interp.
Caſcum, antiquum, priſcum. Acc. *Antico*.
Caſcus, ſenex. Caſca, anus. Caſnar, Oſcorum linguâ, *Vecchio*.
Caſcunia, verberatio. Gloſſæ.
Caſdrus, ſtratum equi, aut veſtis ſtragula. Syn.
Caſcāle, locus vbi ſit caſeus, & ſeruatur, *Formaggiaria*. Turn. Item, equorum ſtabulum.
Caſearia, taberna, vbi caſeus venditur, aut fit.
Caſearius, caſeum faciens, vel vendens.
Caſeatio, morbus mammarum, cum lac concreſcit inſtar caſei. Manar.
Caſella, capſella, arcula. Lex. g.b. *Caſſetta*.
Caſes, telæ aranearum. Sup.
Caſellæ, granaria, in quibus fructus componuntur, Schard.
Caſeum, pro, caſeus. Plaut.
Caſeus, notę ſignificationis, *Caſcio, formaggio*, oculātus, pumicoſus, ſtuloſus, ſpongioſus, recens, muſteus, deſcobinatus. Iun. Caſeōlus, paruus caſeus, *Caſcietto*. Caſei quadra, *Fetta, ò pezzo di formaggio*. Caſeus ſcobinatus, *Grattato*. Caſei ſcobina, *Grattacaſcio*. Caſearia forma, *Forma di formaggio*. Caſeus lactis, recens.
Caſia, caſſia, frutex corticis odorati lignea dicta, vnde electiſſimum cinnamomum, *Cannella*: ad differentiam, Fiſtularis, catharticæ dictæ Ægyptiæ ſiliquæ, cuius vſus ventri leniendo, *Caſſia in canna*. Item, herba coronaria, lauendula, *ſpigo*.
Caſiāca, veſtis militum propria, quam Athenienſes reges ſæpe induebant. Alex.
Caſilam, caſſidem antiqui dicebant. Feſt.
Caſina, comœdia Plauti à Caſinâ, ancillâ dicta. Feſt.
Caſindus, ſeruus, aut fidelis. Marcul.
Caſiola, pallium ſacrum.
Caſis, coetanea, æqualis ſoror.
Caſito, caſsito, frequent. caſo, & cado, vnde Caſabundus, crebrò cadens. Pract. *Chi ſpeſſo cade*.
Caſiuor, caſeus. Supp.
Caſium, medicamenti genus. Pap.
Caſma, chaſma, terræ hiatus. Pap. Caſmāre, hiatum facere. Idem, *Apertura della terra*.
Caſmēna, carmina. Caſmen, carmen ant. Caſmina, carmina.
Caſmenę, Camenę, Muſę Varro.
Caſmillus, olim, camillus.
Caſnanem, ſenem depontanum, defunctum honoribus. Turpil. Palm.
Caſnar, caſcus, ſenex. Varro. Oſcorum linguâ caſnares, ſenes. Non.
Caſnomia, muſca venenoſa, Pap. Cynomyia.
Caſo, casito, frequenter cado, nuto, inclino. Caſabundus, frequenter cadens, casitans.
Caſona, acus qua mulier ſcabit caput. Iſid. Gloſſ.
Caſorides, caſoritę, caſaluadæ, meretrices. Iſid. Gloſſ.
Caſarium, lupanar, *Bordello*.
Caſorum, vetuſtum. Iſid. Gloſſ. Caſnar, fortè, vetus, B. Vulc. Caſcum.
Caſſa, capſa, Palm. Caſſa nux; fraus inanis. Caſſo, as, deleo, *Caſſare*.
Caſſābundus, dubitans. Gloſſę. Caſabundus, Scal. qui crebrò cadit, fruſtratus. Cath.
Caſsātur, caſtratur, Iſid. Gloſſ.
Caſsātus, fruſtratus, Greg. Turn. Item, quaſſatus. Turon.
Caſſeu, December. Hebr.
Caſſiaca, veſtis à Caſſio monte dicta, *Caſacca*. Calca.
Caſſiculus, paruum rete, reticulum; Caſſilis, caſſicula.

Amalthea Onomaſt.

Cassicŭlum, iaculum, paruum rete, Isid. Gloss. Cassarius, retiarius. Cath.
Cassila, cassida, antiq.
Cassia, vide, casia.
Cassis, sis, rete venatorium. Cassida, cassis, idis, galea, *Elmetto*. Cassis, de laminâ, Galea de corio. Isid.
Cassitat, guttatim, & sæpius cadit. Brisson.
Cassidile, pera, marsupium venatorum. Isid. Gl. Voc. Eccl.
Cassidius, sacculus, pera, acciperium, siccatium, moculus, loculus aucupis, aut pastoris instar cassis, & reticuli. Vocab. monast. Lex. Philol.
Cassita, p. p. alauda, galerita, corydalus auis cantans. *Allodola*.
Cassiteros, p. c. stamnum, vel plumbum album: vnde Cassiterides, insulæ in Oceano, vnde plumbum album effoditur.
Cassitias, vici species in abiete, & larice nascens, Sipont.
Casinum, vetus. Rh. *Vecchio*.
Casso, as, irritum, nullum facio, *Cassare, annullare*.
Cassò, frustrà Greg. Turn. *In darno*.
Cassum, inane, vacuum, *Voto*.
Cassus, mortuus.
Cassutia, cascuta, herba cathartica. H. P. podagra luit.
Castaldia, administratio, quâ domini res gubernatur.
Castaldi, gubernatores, vel vicedomini, Zas. Lex. i. c. *Gastaldo, fattor di villa*.
Castamola, sacrificium virginum Vestalium. Fest.
Castanea, arbor nota, *Castagno*. Et fructus eius. *Castagna*.
Castancum, locus consitus castaneis, *Castagneto*.
Castaninum oleum, ex castaneis factum. Castanātus, colorem habens castaneum. L. g. b. *Castagnato*. Castancus, castaninus, castanatus color. Salm.
Castella, conceptacula, deriuacula latiora aquarum. *Cisternini, conserue*. Castellarij, qui ea curant. Vitr.
Castellamentum, castelloma. Vide. Item, cibus instar pyramidis, Arnob. Lex Philol.
Castello, as, castellis extructis munio.
Castellōma, castellamentum, pars nauis, vbi milites suspendebant clypeos, Lex. g. b.
Castellānus, castelli custos, *Castellano*. Cod. ll. antiq. Item, incola castelli. Schard.
Castellarius, castelli præses, aut incola, Guliel.
Castellaricium, castellania, præfectura castelli. Anon. L. g. *Castellano, castellania*.
Castellum, oppidum muro cinctum, item, aquæ fontis receptaculum, è quo fistulis aqua redditur. Diuidicula. Vide, Lex. Philol.
Castellum, paruum castrum, vicus muris munitus, *Castello*. Item, aquæ receptaculum. Castellatim, per castella, à castello, *castello*.
Casteria, cisteria, casterium, locus vbi remi, & gubernacula reponuntur post nauigationem. Item, pertica hortatoris remigium; Turnebus legit. Schasteria Vide.
Castifer, qui flagellum portat vt castiget. Isid. Gloss.
Castigo, as, punio. Castigatio, castigator, castigabile, *Punire*. Castigāta refectio, cibus tenuis, moderatus. Cassian.
Castimonium, sanctimonium, castus, vt *Castità*.
Castipŭlum, mensa quadrata. Isid. Gloss. *Tauola quadra*. Cartibulum, vide.
Castitium, *Casale*, quod ad ædificij structuram pertinet; Casalia, dicta Cerda.
Castītor, sum castus, Sup.
Castitūdo, castimonia, castitas. Acc. *Castità*.
Castor, Fiber, animal amphibium; Italis *Biuaro*.
Castores, Castor, & Pollux.
Castoreum, castorium testis animalis fibri, siue castoris: Melos quoque Laconicum, quo vsi in prœlijs. Lacones. Rh. Item, medicamentum, ex ijs. Pap.
Castorides, canes nati è castore, & vulpe. L. m.
Castorinātus, castorinâ indutus pelle. Sidon.
Castra, æ, pro, castra, orum, Acc.
Castra, orum, vbi milites diuersantur, *Campo di soldati*. Castra statiua, & temporaria. Iun.
Castra, sunt temporaria militum diuersoria; ac statiua, diuturna. Lex. Philol. generatim sunt munitiones, vnde. Castrophylax, castrorum custos. Castroctisia, castrorum metatio: Castelliani, milites castellis impositi, Codin.
Castrametātor, qui castra ponit. *Mastro di campo*.
Castractisia, tributum ad ædificationem castrorum. Bul.
Castramētor, aris, castra loco, *Accampare*. Castrense, ad castra pertinens, *Di campo*.
Castrāre, castro, as, virilia amputare: castratio, castratura, *Castrare*. Castrare arbores, deputare, *Dirsadare*.
Castrāta, siliginis genus. Plin.
Castrati, propriè, quibus penis ipse cum testiculis est excisus; vnde castratæ arbores, disrasæ,
Castrense peculium, filiorum familias in castris acquisitum. Castrenses vigiliæ, &c.
Castrenses, omnes ministri aulicoli, & Cæsariani milites. Castrefiani, verò sacro ministerio deputati. Buleng.
Castrenses cibi, paratu faciles. Casaub. in Spart.
Castrensiani, ministeriani, ministrantes Principi

cipi in Palatio, vti solebant in castris. Pancirol. Alciat Castrenses.

Castriani, castriciani, qui castra quæ in limite extructa erant, tutabantur. Cod. Salm.

Castrifer, flagellifer. Glossæ.

Castro, virilia amputo. Castrator, castratus.

Castroctisia, castrorum metatio, & tributum, pro ea. Castramentatio, *Accampamento*.

Castrophylax, castrorum custos.

Castros, rex apum. Isid.

Castrum, locus muris munitus, *Castello*. Castra, orum, militum tentoria, *Done alloggiano i soldati, campo*. Castrum castello maius, minus opido. Perott.

Castula, palliolum, quo puellæ infrà pupillas præcinguntur, perizonium, præcinctorium. Lex. Philol.

Castus, us, castimonium, castitudo, castitas. Castimonia, castificum, Varro.

Castum Cereris, Mysteria, cum matronæ illi Deæ operabantur. Castus Cereris, & Isidis. Scal. Castus, ritus; castè, ritè. Scal.

Casula, parua casa, *Capanna*. Item, vestis sacra dicta, *Pinnetta*, quod instar paruæ casæ tegat. Cathol. Pap.

Casus Latinus, sextus, ablatiuus. Casualis declinatio, per casus. Prob. Diom.

Casus, ruina, lapsus. *Caduta, ronina*.

Catà, præpositio Græca, secundum, aut contra. Lex. Philol. Item, grex idem.

Catabăsis, p.c. descensus inferior, solis meatus, podex.

Catabasiæ, signa cœlitus ad terram demissa.

Catabathmon, demersum, cauum, & profundũ.

Catabaucalēsis, catabaucalismus, veterum nutricum cantio, quibus pueros sopiunt, *Nanna*. Vide, Nynnion. Athen. Scal. poet.

Catabiæ, balistæ. Glossæ. vet.

Catablemăta, aulæa in scenâ, quibus fabulæ argumentum depictum proponebatur.

Catabole, deiectio, fundatio.

Catabŏlus, confector, bestiarius. Cataboli, confectores ferarum in ludo meridiano. Vnde Catabolum, seu Catabulum vide.

Catabolici spiritus, infausti, & genij, qui per energumenos futura prædicebant, & eos per furorem prosternebant. Tertul. Turn.

Catabŏlus, p.c. nauale, emporium. Catabŭlum, Catabōle, constitutio, solutio. Item, cum quid de sublimi iacitur. Catabolētæ, qui Deorum fundamenta iaciunt. Pap.

Catabulenses, catabolenses, catabulum seruantes, & qui panes exercitui præstabant. Bud. l. i. c.

Catabulum, stabulum, clausula animalium publicæ vtilitati seruientium, Cerda. adu-

Catacaumum Iliacum, incendium Troianum, inscriptio libri à Nerone scripti. Salm. ad Spart.

Cataceleusmus, cantus species, vsurpati in ludis Pythicis. Poll.

Catachirotonia, condemnatio, suffragium contrariũ. contra, Apochirotonia, absolutio. Suid.

Catachoreusis, cantus quo in ludis Pythijs repræsentabatur Apollo ouans armatus. Poll.

Catachrēsis, p.p. figura; abusio vocis, cum pro aliâ vsurpatur.

Catachysis, p. c. instrumentum, quo aqua vel manibus effunditur, vel mensæ infertur, fusio missilium. Rh. Item, profusio.

Catachysmata, bellaria effusa super caput serui nuper empti, domum heri ingredientis. Item, sponsæ, domum sponsi primum intrantis. Poll. Aristoph.

Cataclastum, frustum panis benedicti. L. g. b. *Pezzo di pan benedetto*.

Cataclis, p. c. prima thoracis costa parua. Lex. med. Cataclides, ossa cartilaginosa, Gorr.

Cataclista, vestis vndique clausa. Apul. Item, pretiosa in vestiarijs clausa, & seruata, Salmas. Item, quæ tormentis, aut pressa refulgent ponderibus, Apul.

Cataclita, accubita ad discumbendum molli plumâ referta. Rh. *Letti di piume*. Cataclitum.

Cataclysma, Clyster. Vide.

Cataclysmata, bellaria, quæ infundebantur famulo nuper empto. Poll.

Cataclysmus, cataclysis, diluuium, inundatio, Varro, *Diluuio*.

Cataclystus, conclusus, astrictus. Vide Catacliста, Lex. Philol.

Cataclyza, fundus vasis, *Fondo del vase*.

Catacnestis, culter, quo caseum deradimus, vt Tyrochnestis quo raditur, *Coltello da grattar il cascio*.

Catacœmeticum, aptum inducendo somnum. Item, Epithalamium cantatum ad mediam vsque noctem. Diegerticum, verò matutino tempore, *Serenata; mattinata*.

Catacŏmus, qui disiectâ, aut densâ est coma.

Catacosmēsis, digestio rerum, & apta compositio.

Catacrima, catacrisis, p.c. condemnatio, *Condennagione*.

Catacrisis, condemnatio: catacrino, condemno L. Phil.

Catacrustica, vim habentia reprimendi.

Catacrypsis, occultatio, dissimulatio. Catacryami, libri occultorum.

Catactus, poculi conuiualis genus, quod sit fragile, catactum. Lex. Phil.

Catadactylium, puerorum corolarium, in obscœnis. Rh.

Catadendrus, locus arboribus consitus, *Luogo pieno d'alberi*.
Catadocta, multorum cantica. Isid. Gloss. fortè Çaralecta. B. Vulc.
Catadicus, obnoxius è re indicatâ. Catadica, condemnatio.
Catadrŏmius, p.c. decursus, locus vbi equi decurrunt, imaginario prœlio. *Corso*. Item, machina subleuandis, vel demittendis oneribus, funis, funambulus. Turn.
Catadūpa, Nili cataractæ, vbi de monte cadit. Catadūpi, populi ibi habitantes.
Catadūpus, sonitus ex corpore, quod ex alto in terram decidit. Vnde catadupa dicta. Vide.
Catæretica, quibus nimio plus caro excrescens exteritur, & detrahitur, Tiraq.
Catagæon, apogæon, cœnaculum in imâ parte domus. Anagæon, in supremâ.
Catagelastos, ridiculus.
Catagæum, catagium, hypogæum, ædificium, locus subterraneus.
Cataglottísma, osculum obscœnum, columbatim collabellatum. Cataglottismus. Item, obtundens loquacitas.
Cataglyphum, catagrăphum, descriptio, designatio, dicta à pictoribus Excurtum.
Catagma, agma, ossis fractura, solutio continuitatis in osse. Catagmatica, emplastra contra ossis fracturas. L. m.
Catagnomium, signum, quo interiora cognoscuntur. Catagnomonicum, Onom. med.
Catagogium, festum apud Ephesios. Non.
Catagogia, nauis in portum reditus. Anagogia, exitus eius.
Catagōsis, indumentum muliebre, fimbria. Poll.
Catagogis, vestis genus. Calcag.
Catagrăpha, orum, imagines obliquè, & variè formatæ ab vnâ parte tantùm ostendentes. Item, opisthographa.
Catagrăphe, lineamentum futuræ picturæ, centuriatio. Catagrăpho, as, exscribo.
Catagraphe, perscriptio, delineatio. Lex. Philol.
Catagrăphum, linum picturatum, textile, Catul. Cerda.
Catagrăphus, notatus lineis, vel punctis. Catagrăphum, linum, linteum variè depictum, Cerda. Muretus.
Catagūsa, simulacrum æreum Praxitelis. Plin.
Cataisium, pars nauis. Lex. Tact.
Catalălus, maledicus obtrectator, *Maldiciente*.
Catalecta, appendices, additamenta.
Catalecticum carmen, catalectum, pendulum, cui ad perfectionem in fine vna deest syllaba. Acatalecticum, acatalectum, perfectum. Brachycatalectum, cui desunt duæ. Hypercatalecticum, Hypermetrum cui præest vna.
Catalepsis, comprehensio, adoptio, inuentio. Item, affectio, posteriorem partem cerebri infestans, deperdito sensu visus, apertis palpebris. Lex. med.
Catalima, refectio, diuersorium. Lege, Cataly.
Cataleptica, comprehendendi facultate prædita.
Catalēxis, finis, clausula. *Fine, clausula*.
Catallăge, commutatio, *Cambio*; reconciliatio. Catallactica, conciliatu facilia. Catallactes, collyb.sta. Nicet. *Cambiatore*.
Catalŏgi, milites in album relati iuniorum, quasi delecti, *Soldati nuoui, aggiunti*.
Catalŏgus, enumeratio, series, tabulæ eorum, qui stipendia merent. Catalŏgus, qui facit. Catalogia, enumeratio.
Catalotica, medicamenta, quæ cicatrices comedendo æquant. Lex. med.
Catalysis, dissolutio, cuersio.
Caramaiti, Ergastulum. Isid. Gloss. Catonum.
Catamāne, circa mane, matutinum tempus. Vocc. Ecc. Cath.
Catamidiātus, derisui per theatrum omnibus expositus. Catamidiāre, cathomidiari, chrisographare, traducere, *Mettere in berlina*.
Catamidio, as, derideo, ludibrio habeo. Lex. Philol.
Catamitus, p.p. puer meritorius, quo quis abutitur, Ganymedes. Gloss. Catamithus.
Catamontem, cœli aspectum. Isid. Gloss.
Catampo, ludi genus. Fest. *Catambo*. Scal. Catampon, Alciat.
Catanance, herba Thessala ad amorem veneficijs cogens, in fabulosis, & maritimis nascens. H. O.
Catandrologia, collectio viritim facta.
Catanancophori, rerum necessitate in seruitutem delati. Dalech.
Cataniptes, qui peplum Palladis infra sordidatum abluebat. Item, sacrificium eius.
Catanoëma, commentum, remedium excogitatū.
Catanotium, pallium. Lex. g.b.
Catapasmata, medicamenta arida ex sicco puluere. Vide Gorr. Xerium.
Catapasmus, parua defrictio cum quâdam lenitate. Aurel. L.m. *Frega*.
Catapasta medicamenta, quibus vtimur aspergentes, insperfila. Catapastum, ex pluribus compositum. Lex.m. Tiraq.
Cataperasma, velum obtentum, quod arceat conspectum: item, catastromata, tapeta in terra quę calcantur, *Tapeti da tenere interra*.
Catapetasmata, tapetia viliora quibus pauimentum tegitur. Peripetasmata, seu peristromata quibus

quibus parietes : cataſtromata , quibus pauimentum ſuperius . Pont. Dial.

Cataphragma, munimentum, *Munitione* .

Cataphŏra , lapſus , ſomnolentia grauis . Cataphoricus ſomnus , profundus . Lex. m. *Sonno profondo* .

Cataphora, excurſus præcedens confirmationem: epiphora, ſubſequens . Voſſius .

Cataphracta, deligaturæ nomen, Galen. Gorr.

Cataphractus, clibanarius , cataphractarius, circumquaque armis munitus . Cataphracta nauis, vndique munita . Cataphracta lorica, thorax militaris , *Corazza* .

Cataphronēſis, contemptio .

Cataphronicus, contumax, ſuperbus . Cath.

Cataphyſis, p. c. herba pulicaris .

Catapirateria, catapirātes, Bolis, linea cum plumbi maſſâ, quâ maris altitudo exploratur, *Scandaglio* . Turn.

Catapiſtōſis , fiduciæ , & ſecuritatis contractus , factus inter eos , quibus incomperta eſt vtrinque fides .

Cataplaſtum, cuius illinitio medicamentum eſt .

Cataplaſma, medicamentum molle, quod illinitur, *Empiaſtro* . Emplaſtrum, ſiue malagma, ex aliquo farinæ genere, & vnctuoſo . Cataplaſmāre, emplaſtro linire . Lex. m.

Cataplectatio, iniuria facta verbis. Cat. Lex. Phil.

Cataplexis, horror, admiratio, obſtupefactio. Cataplecto, obſtupefacio . Lex. Philol.

Cataploos, cataplus, nauigatio, portus, frequens claſſis , appulſus nauium ad portum . Sidon. Item, commeatus, *Flotta* . Commeatus .

Catapōdes, iiſdem veſtigijs ſubſequentes .

Catapŏnos, labore defatigatus . *Stanco* .

Catapŏſis, deglutitio cibi , potusque ab ore in ventriculum .

Catapotes, guttur, *Gola* .

Catapotium , gongylius , medicamentum, quod deglutiendo ſumitur, *Pilula* . Lex. m.

Cataprorātes, Bolis, quòd de proræ demitti ſoleat ad explorandum fundum , marisque altitudinem . Iun. Vide, Catapirateria .

Cataptōſis, non eſt morbus, ſed ſymptoma comitialium . Lex. med.

Catapulta machina bellica, quâ tela , & ſaxa excutiuntur Balliſta, ſaxa tantùm. Item, inſtrum. tortorium .

Cataptromantia, diuinatio, quæ fit per ſpeculum.

Catapultarium pilum, ſagitta è catapultâ .

Catapuĕra, docta puella . Cath.

Catapygos, p. p. cinædus, ſcortillum, digitus infamis, verpus, hunc enim digitum anulo non ornabant anti qui .

Catapygoſiue, abominanda libido , *Libidine nefanda* .

Catara, execratio, vt, Dij te perdant . Fig.

Catarrhactæ, Cataractæ, fores pendulæ ex ligno, ferrove, *Saracineſca* . Item, aquæ ex alto defluentes . Item, aues .

Catarractus, pons, Apobathra, pons per quem è terrâ in nauim, & è naui in terram egredimur. Cerda, *Ponte leuatoio* .

Cataracta, cataractes, ſuffuſio, aqua inter vueam, & cryſtallinum humorem coagulata, prohibens viſum . Lex. m.

Catarātos, maledictus, ſacer, *Maledetto* .

Catargmăta, primitiæ, luſtratio ex primitijs frugum .

Catargumĕna, medicamenta purgantia .

Catari hizos, radices terræ infixas habens .

Catharrhus , defluxus multorum humorum per nares, & palatum . Lex. m. Coryza, & grauedo, nares tantùm infeſtat : Branchus, guttur : quæ omnes dictæ, diſtillationes apud medicos, *Catarro* . Item, Catarrhus, omne inſtrumentum, vnde aqua defluit . Cantarus, alijs . Vide Alciati Parerga.

Catarrhytus , p. c. irriguus iuxta riuos, qui defluente humore rigatur, *Bagnato* . Catarrhœticus, diſtillationibus obnoxius, *Catarroſo* .

Catarſia, ſacra expiatoria, ſiue Catharſia, Catharo expurgo . Catharſion, expurgatorium, expiatorium . Lex. Philol.

Catartiſmus, translatio, oſſium à ſede non naturali in naturalem . Gorr.

Cataſarca, Anaſarca, hydropis ſpecies . Item, inſtratum aliquod ſacræ menſæ . Lex. g. b.

Cataſcaphilos, qui dedecori eſt amicis. Lex. Phil.

Cataſcēue, ſtructura, artificium, orationis apparatus, ſuppellex . Item, confirmatio propoſitæ rei : Anaſcēue, contra . Iſid.

Cataſcenōſis, p. p. tabernaculorum collocatio .

Cataſchēſis, diſpoſitio, quæ facilè diſcutitur: contraria hecticæ . Lex. med.

Cataſcopium, nauigium ſpeculatorium, *Fregata*. Cataſcŏpus, ſpeculator, *Spia* .

Cataſta, locus eminens, vbi damnati publicè plectuntur, *Palco* . Gallon. Item, vbi ſerui venales, Lectius ferreus . Iſid. Gloſſ. Item, ligorum ſtrues, *Cataſta* .

Cataſta, machina lignea, longaque, compedis forma , ſeruis venalitijs iniecta , vnde ſerui dicti Cataſti, Rader.

Cataſtagmus, grauedo cum tuſſi nares claudens. Lex. m. conſtrictio .

Cataſtăſis , luxati corporis in locum reſtitutio , tranquillitas ſtatus, conſtitutio .

Cataſtăton, pulſus genus .

Cataſtalis , vigor , ac ſtatus fabulæ , in quâ res miſcen-

miſcentur in eâ fortunæ tempeſtate, in quam ſubducta eſt. Scal. Poët.

Cataſtēma, conſtitutio, habitus.

Cataſtictos, tunica figuris animalium, aut floribus intexta, tapetia belluata. Tiraq.

Cataſtrōma, p. p. tranſtra, nauis pars, vbi nautæ diſcurrunt, vnde pugnant, *Baleſtriere*. Item, tegumentum, tabulatum ſuperius. *Soffitto*.

Cataſtrōphe, deuaſtatio, cuiusque rei exitus, conuerſio rerum. Fabulæ pars extrema.

Cataſtrōſis, conſtratio, proſtratio.

Cataſtrum liber, in quo tributa, & cenſus æſtimari ſolent. Barth.

Cataſtus, ſeruus venalitius à cataſtâ dictus, ſeu compede. Brod.

Cataſtromāta, catapetaſmāta, tapetia in terra, quæ calcantur.

Catatālis, ad inferiora corpora tractio. Lex. m.

Catatechnos, artificioſus, ſemper ſui calumniator, neque finem habens diligentiæ. Texitechnos. Lex. Philol.

Catatheriſmus, vrinæ per fiſtulam vrinariam detractio. L. m.

Catathemāte ſe vincit, qui cum excommunicato communicat, Iuſtin.

Catathefia, repoſitoria. Pall.

Catatōnum, vehementer tenſum. Homotonum, æqualiter. Vitr. Lex. Philol.

Catatypōſis, p. p. cum aliquid ad typum, ſeu formam alterius deſcribitur, *Copia*.

Cataulēſis, p. p. exercitatio ſonandi.

Catax, claudus, coxus. Iſid. Gloſſ. Feſt. Clop⁹pus.

Cataxa, ſericum crudum, *Seta cruda*. Gorr.

Cataxis, fractio, Gorr.

Catè, cautè, aſtutè, *Aſtutamente*. Plaut. Cautor. Vide.

Catechēſis, p. p. catechiſimus, inſtitutio, inſtructio rerum ſacrarum viua voce, *Dottrina Chriſtiana*. Catechumeni, dicti, qui ita inſtructi.

Catechētes, qui prima rudimenta præbet.

Catechizo, in rebus ſacris inſtituo. Catechiſtæ, qui mox baptizandos fidei arcana viua voce docebant, ſcilicet Catechumenos.

Catechiſticum, ad prima rudimenta pertinens.

Catechumēna, catechumenea, locus vbi erudiebantur.

Catechumēnum, catechumenia, vbi tabulæ catecheticæ aſſeruabantur.

Catechumēni, nondum initiati, ſed primis religionis noſtræ elementis imbuti à catechiſtis. Catechumena, quæ eruditur. Lex. Philol.

Catechuntes, loci diſſonantes. Vitr.

Categoria, categorēma, accuſatio: prædicamentum, apud Dialecticos. Categōro, categorizo, prædico, dico. Cath. categorematica vox, perſe aliquid ſignificans.

Cateia, teli genus, quod iactum retrahi poteſt.

Catellus, catellūlus, catulus, paruus canis, *Cagnolino*. Catellus Melitæus. *Cagnolino di Malta*.

Catēna, vinculum ferreum, *Catena*. Catella, catenūla, parua catena, *Catenella*.

Catēnæ, lignea vincula, quibus alleres trabibus affiguntur. Vitr. *Catene*.

Catenāre, catenis ligare, catenātus, catenarius, catenatio, *Incatenare*.

Catenūla, catella, parua catena. Catellum. Plaut. *Catenella*.

Catenopolium, p. p. modulationis genus, ad quod ſaltabant concutientes arma.

Catepāni, redemptores ſupremi vectigalium, qui ſub ſe habebant Practoras, ideſt, exactores. Lex. g. b.

Catericton, legumen freſum, & contuſum. Ariſtoph. *Legume franto*.

Catēre, quatere. Plaut. *Sbattere*.

Catergoetiſia, tributum ad triremes. Bulenger.

Cateruarius, qui eſt in cateruâ, *Vnito in frotta*. Iſidor. Gloſſ. Cateruatim, per cateruas, *In frotta*.

Caterua, Gallorum legio, *Compagnia*. Numerus peditum armatorum, *Banda*.

Cathagiſmus, parentalia, quæ adolebantur in modum ſacrificij pro mortuis.

Cathærēſis, damnatio, degradatio.

Cathaptici, ſermones, quibus aliquem perſtringimus, mordaces.

Cathari, hæretici ob puritatem, quâ falsò gloriabantur. Iſid.

Catharmāta, purgamenta, hoſtiæ piaculares, homo ſacer, ſeu ſceleſtus, qui pro populo in peſte calamitateve publici piacularis mactabatur.

Catharmon, tale genus expiationis.

Catharſia, ſacra quædam, & porcelli, quibus Athenis conciones, & theatra luſtrabantur. Rh.

Catharſi, purgatio.

Catharſium, purificatio, expiatio, inſularum, verbum, exercituum, minutis porcellis. Periſtiarchi, qui id faciebant.

Cathartica, medicamenta purgantia. Acathartica, contra non purgantia.

Cathaticum roſatum, Electuarium roſatum. Meſuë.

Cathārus, purus, mundus. Cerda.

Cathectica, facultas in recipiendis, & deorſum mittendis cibarijs confectis à mandibulis in ore.

Cathēcum, officium, quod cur factum ſit, ratio

ratio reddi potest . Suid.

Cathēdra, sel a . Cathedrarij, philosophi in cathēdrā garrientes . Item, molliculi . Rh. Cathedrāticus, cathedratīcus , cathedraticum ius , quod ratione cathedræ Episcopalis debetur in Synodo . Rebuf.

Cathedralitij, serui, in cathedrā herum portantes. Item, effœminati, cathedræ dediti . Turn.

Cathedrarius, in cathedra sedens, docens, vmbratilis . Lex. Philol.

Cathedraticum , quod clerici Episcopo suo pendunt cathedralis honoris causâ . Synodaticum, alijs dictum . Schar. L. i. c.

Cathēma , p. c. monile ex varijs gemmis in pectus mulierum dependens, torques . Tiraq.

Cathemerina , quotidiana , quæ quotidiè eueniunt . Prud.

Cathemerobij , qui in diem viuunt , atque ex tempore, non solliciti de crastino .

Cathemerina, febris quotidiana; amphemerina . Lex. m.

Cathena, vide catena .

Cathenaticum, quod cathenarum nomine Commentarienſi traditur ; vt , Pulueraticum, agrimensori : Sepiaticum, notatio, ex sepiâ enim tinctura , seu atramentum fiebat . Cod. ll. antiq.

Cathærēsis, degradatio, poena maior Ecclesiastica , *Degradatione* . Minor, Aphorismus. L. i. c.

Cathæretica , corrodentia medicamenta , excrescentiam carnis viceribus detrahentia . Lex. Med. Cathæresis, detractio . Gorr.

Cathærica, medicamenta; Hypelata, deiectoria , dicta, quibus renes, & vesica purgantur . Lex. m. Catheristica, determinatiua . Cath.

Cathēter, p. c. monile muliebre . Item, ænea fistula . Instrumentum chirurgicum, quo vrina elicitur . L. m. *Siringa* . Item , redimiculum . ll. Vulc.

Catheterismus , vrinæ prouocatio per fistulam vrinalem . Onom. med.

Cathetis , catenæ genus , quo fœminæ vtuntur . Tirag.

Cathētus , p. c. linea normalis, perpendiculum , *Cattetto* . Linea piscatoria . Altitudo perpendicularis . Cathetes .

Cathisma, vna ex xx. partibus , in quas diuiditur Psalterium . Lex. g. b. sectio . Lex. Philol.

Cathmæa, terra , quæ in æs conuertitur , vt fiat aurichalcum .

Cathōdus, descensus, migratio ex aliquo loco .

Catholiciāni , præfecti Prætorio , apparitores Orientis . Alciat. rationum præfecti , generales .

Catholicus , vniuersalis , circa omnia versans . Item, consularis dignitas Ecclesiastica . Glossæ . g. b. Catholica epistola, nulli certæ personæ, aut populo scripta .

Catholicum , medicamentum omnibus humoribus vacuandis perutile . Diacatholicum .

Cathōni, virgæ ferreæ . Voc. Ecc. Pap. melius, Catōni . Vide .

Cathōnes, portus in mari interiores, facti arte, & manu . Fest.

Cathypnus, alto somno oppressus .

Catiacriani, libri contra vsum . Marc. Don.

Catiēteria, sacrificia ob reditum .

Catigēra, rector, doctor . Pap. *Rettore* .

Catillāre , catinos lingere , per alienas domus gyrare , *Leccare i catini* . Plaut. Catillatio , onis .

Catillatio , spoliatio Prouinciarum , probi loco generosis obiecta , quod earum bona liguriſſent . Fest.

Catillam, doctrinam . Sup.

Catillo, as, catinos lingo, *Leccare i piatti* . Vnde, catillo , &c. Vide .

Catillo, onis, catilo, qui catillos lingit, gulosus, liguritor , siue , Catianum palatum , *Leccatagliери* .

Catillus, cupediæ genus, vnde, Catillo . Dalech.

Catillus , pars superior molæ . Meta inferior . Item, paruus catinus , *Catinella* . Item , vas escarium . Catillum, ligneum vas escarium , *Catin di legno* .

Catilo, piscis, lupus, Lucil.

Catīnum, catinus, p. p. vas escarium grande, pultarium turulentorum, *Catino* . Lanx, assorum . Catillus, catillum, catinēllus, catinus paruus , vas escarium, *Catinetto* .

Catlaster, catulaster . Catlum, catulum. Salmas.

Cato , sapiens , cautus , grandior , catulus , & puer .

Catoblēpas, animal tauro simile in Æthiopia, visu necans homines , caput in terram deiectum ferens . Plin.

Catōbleps, qui capite est in terram demisso, *Chi stà à capo chino* .

Catobolici, spiritus, qui per energumenos futurâ prædicebant . Tertul.

Catōcha, ferream manum ita cohibet in balista, vt nerui intenti vim totam sustineant , nec à loco dimoueantur . Bald.

Catōche, postessio . Item, catochus, morbus veterno similis, vigilans sopor, fascia faciei, & capitis . L. m. Item, detentio animæ & raptus , linquens corpus sine sensu .

Catōchi, prominentes pinnæ, quæ vertebris infiguntur . Gorr.

Cato-

Catochites,gemmæ genus. Plin.
Catŏchus,captio insensibilis animæ. Onom.
Catŏchus in somnum, sed sine somno, & febre propensio. Gorr. Item, fascia longior, quæ in orbem faciei, & capiti circundatur.
Catocœlia,inferior venter. *Ventre da basso*.
Catœcesia,facta, quæ quis quotannis celebrat eo die,quo quis habitatum venerat.
Catœcesion, locus vbi quis habitat.
Catœcĭsis, reductio domum.
Catœciſmus,collocatio in ædibus,seu domicilio.
Catœcus,incola. *Habitante*.
Catogæum, domicilium subterraneum, *Stanza sotto terra*.
Catomadios, qui humeris fertur, *Portato sù le spalle*.
Catomain,ergastulum. Isid. Gloss.
Catomari,catomis cædi, id est, humeris,seu in humeros alterius leuari, vt more puerorum in natibus, quis vapulet. Corn. à lapide, in Matth.
Catombros,imbre madens.
Catomismus,modus reponendi humeri prolapsi. Gorr. Item, sublatio in humeros.
Catomismus,sublatio in humeros,peculiariter de chirurgis,cum reponunt humerum luxatum. Ita de pueris, cum cæduntur.
Catomistes, equus, sellorem ab humeris excutiens.
Catomium,vinculum,& catena,ceruicis commissura. Glossæ. A. L. Catomio suspendi,ceruice deorsum.
Catomidiare,cedere. Catomidiari,catomis verberari,natibus,vt pueri solent. Cerda.
Catomum,vinculum, & catena. Catomium. Vide.
Catōmus, demissis humeris, *Spalle basse*.
Catonaces, vestis seruilis, breuis, cui ab inferiori parte allutæ, nacæ, quæ nauci non sunt: Nacæ enim pelles cum suo villo.
Catōnes,cathōnes,portus in mari inferiores,arte facti,& manu. Fest.
Catonium,orcus,inferni,barathrum.
Catopegium,pessulus. Monos, *Chiauistello*.
Catopter, Eradiastŏle, instrumentum, quo anum diducunt, sede aut intlammatâ, aut angustatâ.
Catoptĭce, cum deorsum. Anoptice, cum sursum. Optice, cum in rectum dirigitur oculorum acies,doctrina de visu.
Catoptrice, pars Opticæ reflexiones deprehendens.
Catoptromantia,diuinatio per speculum.
Catoptron,speculum,inter ornamenta mulierum positum. Poll. *Specchio*.
Catoptropœus,qui facit specula, *Occhialaro,che gli fà*.
Catopyrites, gemmæ genus. Plin.
Catoptropōla, qui vendit specula, conspicilia, *Occhialaro, che gli vende*.
Catoretica, aluum cientia. Vretica, vrinam cientia.
Catorthōma, p. p. res feliciter gesta,opus virtutis rectum,officium perfectum. Catorthōsis, recta affectio. Catorthomanticum, spectans ad officium perfectum.
Catorthotomatici libri, docentes perfectum hominis officium.
Catotherica medicamenta, dicta Hypelata, dejectoria per inferiora, quibus renes,& vesica purgantur. Lex. med. *Medicamenti, che purgano da basso*.
Catricŭla,fucus. Isid. Gloss. *Belletto*.
Catrogāre, scato rigare, seu meitus: Catomidiare. Vide.
Catrophilon,fastidium cibi. Pap.
Catoterica, pharmaca, quæ purgant per infernum ventrem. Gell.
Catoxynosēma, peracutus morbus, qui intra septimum dijudicatur. Gorr.
Cattæ, naues Mediæ quædam, sic dictæ. Gell.
Catti, montes, & aggesta è terrâ. Lipsi. Cautiæ.
Cattaria, herba felis odorata, *Gattara*. H. P.
Cattus,felis. Gesnerus. Catta. Voc. Eccl. *Gatta*. Item,machinæ genus.
Cattymăra,corna durtora,soleis suppacta, *Suole, torconi*. Item,Sutelæ,doli. Rh. *Inganni*.
Catulaster, catulus, *Cagnolino*. Catuli imitator, adolescentulus. Item, puer exoletus. Cerda.
Catŭli canum,& animalium fœtus.
Catuliens lupa,scortum pruriens.
Catulinum, quod est ex catulo: caninum, *Di cane*. Sup. Catulina caro, canina caro, caro canis, *Carne di cane*. Scal.
Catulire,catullire,gestire,& coitum maris appetere, quod est mulierum. Subare, hominum, Catulio: de equis,Equio: de tauris,Taurio; de suibus,subo. Lex. Philol.
Catulitio,canum Venus; catuliunt canes,Venerem appetentes, *Quando sono in amore*.
Catulotica, cicatrices inducentia. Tiraq. *Che soldano*.
Catulus,vinculum, *Ferro da piedi*; Quod interdum,canis dicitur. Fest. Item, canis filiolus, aut cuiusvis animalis. Item,vinculi genus,dictum & canis.
Catunæ,tentoria,catunotopium,tentoriorum locus,castra. Lex. g. b.

Catus,

Catus, sagax, astutus, *Accorto*. Item, catus, animal muriceps, *Gatto*.

Caua, foramen, in quo aues nidificant. Plin.

Cauatōres, gemmarum sculptores. Cauitarij, cabitarij, Glossæ. Salmas.

Cauædium, cauum ædium, caua ædium. Impluuium, locus sub dio, vacuus, cinctus porticibus, *Corte, chiostro, cortile*; si testudinatum, Auditum, cauamen.

Caucālis, herba vmbellifera, fœniculo similis. H. P. Item, petroselinum syluestre.

Caucalium, Baucalium, vas potorium à sono dictum, quem edit, *Boccale*.

Caucarij, testes obducti, falsi. A. Bonf.

Caucha, campi, quos Tigris fluuius secat.

Cauculatōres, caucolarij, caucularij, incantatores, præstigiatores. Cauculātor, caucus, cyathus, acetabulum. Caucul, calculus. Idem, Salmas. Cauculōnes, calculones. Vide.

Caucūlus, pedisequus, qui datur comes pueris, Anast. Item, vitium in pedibus accipitrum.

Caucus, caucātus. Cauca, potorij vasis genus. Baucus. Pap. Caueus, cauum. Spart. Sirmund. ad Ennod. *Bicchiero*. Cauca, Bauca, Baucar, Baucal, Baucale. Salm.

Caucum, herbæ genus.

Cauda, coda, pars posterior pendens. Item, membrum virile. Cauda pauonis conchata, cum pauo eam surrigit. Iun. Caudatus, codatus, codâ ornatus.

Caudacus, suauis, mansuetus.

Caudani, vltimani, vltimi in acie, *Retroguardia*. Leo Tact.

Caudēta, caudeca, cistella ex iunco ad similitudinem caudæ equinæ. Fest. L. i. c. Schar.

Caudeus, ex caudice, seu caudâ, *Fatto di tronco di albero*.

Cesticillus, arculus, quem capiti supponunt aliquid portaturo, *Succaporo*. Fest.
Cestĭcŭlus, paruus cestus, seu cingulum, *Cintolino*.
Cestis, pro cestibus. Varro.
Cesto, contendo. Gloss.
Cestra, acicula, *Puntale*. Foramen. Heron. Item, piscis.
Cestreus, piscis cephalus; mugil, destinatus adulteris publicis Athenis.
Cestron, missilis genus, vericulum, dictum, seu veruculum, paruum veru. Rh. Item, betonica.
Cestrospendŏne, telum semicubitale, bipalme, speculum infixum habens. Liu. Turn.
Cestrōta, quæ cestro, id est, vericulo per inustionem sunt picta. Turn.
Cestrum, instrumentum, quo cauatur ebur, Vericulum. Poll. *Stromento da incauare*.
Cestrus, verutum, telum. Turn.
Cestus, ti, lorum compunctum; Zona pellicea Veneris, qui nona sponsa à marito cingebatur, ad fidem maritalem pelliciendam; vnde, Incestus. Cæstus, verò arma pugilum, Vide, cæstus. Cesticillus, cesticulus, dimin.
Cesuratim, succinctè, breuiter. Vide, Cæsura.
Cetacei, pisces, vide, cetus.
Cetaria loca, in quibus pisces magni capiuntur, saliuntur, venduntur.
Cetarij, qui capiunt, saliunt eos, aut vendunt,
Cetat, vocat. Glossæ.
Cetĕrus, reliquus. Sup. Cetera. Item, cętera. Voss.
Cetĕrò, cetĕrùm. Acid. Plaut. Ceteroquin, alioquin: cetera, sine diphthongo, Aldus.
Cetes, oues, aues, Isid. Gloss.
Cethura, thymiama. Isid.
Certe, dicite, date. Næu, cedite.
Cetra, scutum breue, loreum, *Targhetta*. Cetrati milites, *Con targa*.
Cetus, cete, piscis maximus, bellua marina, *Pesce grande*. Cetum crudum, *Morena*. Sup. Cetarus, qui vendit hos pisces magnos.
Ceu, velut, quasi.
Ceua, vaccæ genus humilioris. Colum.
Ceuĕre, p. p. à ceueo, es, clunes mouere, adulando, aut in re venerea, de maribus propriè: crissare, de puellis.
Ceuetes, molles, obscœni, Gloss. vett.
Ceure, gaudium. Glossæ.
Ceurio, linio. Glossæ.
Ceuthenes, subterranei Dæmones. Suid.

C H

CH. X. nota reprobationis, Chij enim vitiosi, & reprobati ab Athenensibus. Item, vitiosi numi hac litterâ notati.
Chære, salue; chæret, gaudet.
Chærea, dictus à salutando, seu salute, aut gaudio. Plauto.
Chærecăcos, qui gaudet malis alienis, *Chi si rallegra del mal d'altri*.
Chærephyllum, herba quasi folijs gaudeat.
Chæretismus, festum Dominicum. Codin.
Chæribūlus, gaudens consilijs. Plaut. *Chi si consiglia volentieri*.
Chærinæ, conchæ marinæ, quibus pro calculis vtebantur. Poll.
Chærophyllon, gingidion, herba. *Cerfolio*. Chærephyllum.
Chærus, vasis genus. Colum.
Chalacantha, chalcantum, atramentum sutorium. Turn.
Chalacium, calacia, morbus oculorum similis Crithi. Onom. Med.
Chalæpus, pedes habens suis artubus luxatos. *Chi hà i piedi slogati*.
Chalamides, Bacchæ, vt quæ in coitu submittantur; hinc, chalamissare. Rh.
Chalandra, auis nomen, *Calandra*.
Chalana, molles, & dissolutæ cantilenæ. Dalech.
Chalāre, verbum nauticum, deducere velum. *Calare*. Chalatorij funes, quibus antenna acto litur, aut deducitur.
Chalasis, p. c. luxatio articulorum ex lassitudine. Onom. med. prolongatio. Algmenon, Auicen. Manar.
Chalastica, medicamenta relaxantia, seu remittentia, calorifica, calfactoria, Tiraq. Lex. med.
Chalasti, tunicæ genus, vel nodus tunicæ muliebris circa ceruicem. Chalatorij funes, antennarum. Calare, demittere. Steuuech. ad Veget. *Calare*.
Cha at, laxat. Turn.
Chalatorij funes, quibus antenna deducitur. Turn. Chalatoria, brachiorum, humeri. Lex. Philol.
Chalazia, chalaza, tubercula in palpebris instar grandinis. L. M.
Chalazias, gemma grandini similis colore, & magnitudine.

Chala-

Chalazion, tuberculum, otiosi humoris multitudo. Item, grando, seu in oculis tubercula mobilia diuersæ figuræ. Rh. Manar.

Chalazocopia, calamitas, quâ aliquid grandine vexatur, *Tempesta di gragnuola*.

Chalazophylax, grandinis obseruator, præcautor.

Chalazōsis, grandinatio, *Gragnuola*. eminentiæ in palpebris grandinis instar. Gorr.

Chalcanthos, medicamentum constringens, desiccans. Gal.

Chalcanthum, sutorij atramenti genus. Vitriolum. corpus metallicum, quasi flos æris. Idque duplex, fossile, factitiumque, *Vitriolo*.

Chalcaspis, æreum clypeum gestans, *Chi hà scudo di metallo*.

Chalcembōlus, æratum rostrum habens. Chalcembolæ triremes, æratum rostrum habentes. Calcag.

Chalcenterus, p.c. æneis intestinis præditus, dictus Didymus, ob assiduitatem lectionis, & & scriptionis. Suid.

Calceocardius, æreum pectus habens, *Petto di bronzo*.

Chalcos, herbæ genus. Plin.

Chalcetum, herbæ genus.

Chalceum, æreum, aheneum, vas ex ære. Rh. *Vase di bronzo*.

Chalceutice, æraria fabrica. Calceutes, faber ærarius.

Chalceus, chalcetum, herba spinosos habens aculeos. Item, æreus, *Di bronzo*.

Chalcidica, terræ genus, quæ affriata triticum conseruat, Varro.

Chalcidicum, cœnaculum, Vitr. *Refettorio*.

Chalcides, ancillæ Lacedæmoniorum. Rh.

Chalcia, festum publicum in honorem Vulcani, postea à fol s fabris celebratum, *Festa de fabri*.

Chalcidium, vasculum ex ære. Item, vilis æris moneta. Item, medicamentum. Gal. Poll.

Chalcis, idis, pisces lacustris de genere rhombo-rum. Item, serpentis genus venenosi. Item, auis nocturna.

Chalcismus, ludi genus, quo numum raptim pueri digitis circumagebant & recipiebant, prius quàm in terram caderet.

Chalcites, p.p. gemma, æreis coloris, sed nigrioris.

Chalcitis, lapis, ex quo æs coquitur. Plin. Calcadis, vitrio um. Mesue.

Chalcium, p.p. vas æreum. Item, monumentum artium inuentarum.

Chalcioecus, æream ædem habens, *Chi hà casa di bronzo*.

Chalcochiton, habens tunicam æream.

Chalcographia, typographia, *Stamperia*.

Chalcographus, typographus, qui ære scribit, impressor, *Stampatore*.

Chalcolibanum, electri quædam species, auro pretiosior.

Chalcoplastes, qui ex ære statuas, & opera effingit, *Chi fà statue di bronzo*.

Chalcophōnus, p.p. gemma nigra, æris tinnitum reddens allisu. Isid.

Chalcopōgon, cui ærea est barba, *Chi hà la barba di bronzo*.

Chalcopōla, qui æs vendit. *Vende bronzo*.

Chalcopylus, æreas portas habens, & claustra æ-rea, *Chi hà porte di bronzo*.

Chalcosmaragdus, smaragdus cum venis æreis. Isid.

Chalcotheca, p. p. locus vbi ærea reconduntur: repositorium æreorum poculorum, vel, æneatheca.

Chalcothōrax, cui æreus est thorax: Chalcochiton, ærea lorica, *Corsaletto di bronzo*.

Chalcotypus, ære percussus: faber ærarius: ferro plaga illata. Rh.

Chalcurgus, qui æs tractat, & fabricatur. *Fabro*. Chalchurgia, ærariæ fabrica. Rh. *Fabrica*.

Chalcus, æs, quod ex ære conflatur. Item, numus, decimæ pars oboli.

Chaldæus, Mathematicus. Iun.

Chalĕpi, p.c. versus duri, asperi, & prolatu difficiles.

Chalcraton; vinum merum, purum.

Chalidomata, domus æreæ, *Case di bronzo*.

Chalinos, frenum, ligna recta in summitate furcata, infixa tellur i. Poll.

Chalinotectonica, Chalinothlipsis, ars frænofactoria, *Arte da far freni*.

Chalinotetion, frenationis instrumentum. Item, nautum retinaculum.

Chalinus, à freno, seu habenâ dictus. Plauto.

Chaliphion, qui vino desipit nimio. Rh.

Chaliphas, dignitas inter doctores. Turcorum. L. g. b.

Chalis, metaca potio. Rh.

Chaliphrosyne, animi remissio, succumbentis voluptatibus.

Chalo, as, laxo, demitto. Veget. calatorij funes, *Calare*.

Chalybs, genus ferri durissimum, *Acciaio*.

Chama, pisces testaceus. Rond.

Chamæ, comæ rotundæ, & cincinnatæ, *Chiome arricciate*.

Chamæbatus, rubus humi sparsus. Gorr.

Chamæacte, sambuci genus, *Ebulo*.

Chamæcissos, hedera non se attollens. Onom. m.

Chamæcaulos, qui strato caule est.

Cha-

Chamæcerăſus, frutex, ceraſus ſylueſtris. *Ciregio ſaluatico*.
Camæciſſos, hedera terreſtris. Gorr.
Chamæcyparilſus, herba odorifera, quæ in vino pota, venenis reſiſtit. *Camomilla grande*.
Chamædaphne, herba in hortis, vicina quæque vinciens, *Vinca peruinca, lauraggine*.
Chamædracontes, ſerpentis genus. Iſid.
Chamædrys, herba; triſſago, humilis, terreſtris quercus, *Quercinola*, Sarratula.
Chamælæa, herba ſimiles oleæ frondes habens, oleago.
Chamæclines, humi ſtratus. Camæcœtes, humi cubans, *Chi dorme in terra*.
Chamælĕon, onis, chardopaſtum, herba aculeata varijs frondibus, *Cardo maria, chameleone*.
Chamæleuce, herba, Tuſſilago.
Chamæmēlon, herba ab odore mali dicta, *Camomilla*.
Chamæmyrtus, myrtus humilis.
Chamæoniæ, cubationes humi, Chameuniæ. vide. Hieron. Chamæuniæ. Vide.
Chamæpeuce, chamæpytis, herba in aſperis naſcens. H.P.
Chamæplatanus, platanus humilis.
Chamæpus, iter pedibus faciens. Item, ſponſa non curru, ſed pedibus mariti domum petens. Rh.
Chamærepes, arbor eſt ex ſpecie dactylorum.
Chamæſpartium, frutex. H.P.
Chamæſtrosia, lectus humi ſtratus, *Letto in terra*.
Chamæſice, herba lentis folia ſimilia habens.
Chamætypa, camætiris, ſcortum triuiale, humi ſe cuiuis proſternens. Chamætypium, ſcortillum. Rh.
Chamæteræ, chamæteridæ, humiles imagines ſeruorum, pediſequarum, ſeruæ humiles ſedentes.
Chamæzēlon, herbæ genus.
Chamęzicion, inſtrumenti muſici genus. Nicet.
Chamęſyce, herba cataluartica in petroſis naſcens. H P.
Chamedidaſcali, pedanei magiſtri, de plano non in cathedrâ docentes. L.i.c. Camędidaſcali.
Chamedicaſtę, pedanei iudices, camedicaſtæ.
Chamela, vngula equorum plena ſine cauitate. Rh.
Chamelęa, herba cathartica, oleago, oleaſtellus.
Chameunię, humi cubationes, ſtoreę, in quibus dormiebant. Chameuna, humilis, & vilis lectus. Lex.
Chamelopardălis, p. c. animal magnitudine cameli, variegatum inſtar pantherę. Vide, camelopardălis.
Campſę, crocodilli apud Ægyptios.
Chamulci, machinę, quibus naues trahebant in terram. Lex. Philol.
Chamulcus, tragula, ſclodia, humile ploſtellum, quod trahitur. Marcel. Turn.
Chamus, camus, frœni genus, *Freno morſo*. Item, Idolum Beelphegor. Item, humilis, brevis. Cath.
Channa, piſcis marinus. Rondel. Channus.
Chanona, placenta.
Chaonides, lupi ceruarij canum genus, ex chais, hoc eſt, è lupis ceruarijs conceptum.
Chaonius, ventus, Apian. Alex.
Chaos, confuſio omnium rerum, *Chaos*.
Chara, radicis genus, quę cum lacte admixta comeditur, lapſana, dicta. Turn.
Characata vites, charace, ſeu ridicâ, pedamento, palo fultę.
Characătus, p. p. pedatus, vallatus, *Palificato*. Charax, pedamentum vitis, vallum; vnde vites characatę, pedatę, *Appoggiate à pali*. Item, flexę in orbiculos, & gyros. Colum.
Charabe, electrum, ſuccinum, Meſue.
Characias, herba, cataputia.
Characium, vallus, pedamentum, *Palo*.
Characoma, charax, Vide.
Characōtę vinęę, pedatę, vallatę, *Incalocchiate*. Characatę, melius: vide, Characatus.
Characiſmus, palificatio, palorum defixio, *Palificatione*.
Character, eris, nota impreſſa, inſculpata, aut inſcripta, *Carattere, ſegno*.
Characteriſmus, rei alicuius ſuis notis inſignitę repręſentatio, character. Fig.
Caracterifticus, in quo nota eſt differentię. Characterizo, caractere noto. Bleſen.
Characto, as, ſcribo. Cath. *Faccio caratteri*.
Charadrius, auis maritima, quam icterici aſpicientes, liberantur, Rupex.
Charagma, pecunia, moneta. Achm. Item, impreſſio, imago, vel littera. Cath.
Charatzion, tributi genus, Turcę à Patriarcha quotannis pendendum. L.g.b.
Charax, acis, vallum, pedamentum, *Palo*. Vnde, Vites Characatę. Characōma, *Agger, foſſa, caſtra*.
Charaxatis, ſcriptis. Iſid. Gloſſ.
Charaxis, notatio. Cathol. ſculpendi actio, impreſſio, Lex. Philol.
Charaxo, as, ſcribo, cancello. Idem.
Charaxatura, cancellatura. Cod. ll. antiq.
Charcari, elachate, cămarus, gobio piſcis. Colum.

Cha-

Chariatzium, tributi genus, seu nummi, Buleng.
Charidotes, lętitię dator, *Datore d'allegrezza*.
Charientisimus, venustus sermo, dictum salsum. Scomma. fig. *Piacevolezza nel ragionare*.
Charini, numi, vt stateres aurei, à Charino Imperatore, moneta.
Charinus, gratiosus. Plauto. *Gratioso*.
Charis, itos, gratia, venustas. Charites, tres Gratię Deę: vnde, Charisma.
Charisboe, Porce, augurum nomina. Turn.
Charision, placentę genus ex amygdalis, & sacchăro, *Marzapane*. Rh. Poll. Onom. med.
Charisma, quod aliquis gratificando donauit, gratia, munus.
Charisteria, oratio, hymni in gratiarum actionem, *Ringratiamento*.
Charistęum, caristeum, gratiosum aspectum habens. Item, lapis. Isid. Gloss. marmor viride, concolor fluctibus. Salm.
Charisterium, munus, quod datur ab eo, qui gratias agit, *Dono in ringratiamento*.
Charistice, prębenda. Charisticarius, prębendarius L. g. b.
Charisticum, remuneratio, *Rimunerazione*.
Charistia, ōrum, festum solēne, quo symposia agitabant propinqui, donaque mutuò sibi mittebant. Charistia, ę, ipsum symposium, barbare, annonę charitas. Schar.
Charitoblepharus, venustis supercilijs, formosus. Dalech.
Charitas, dilectio, amor, *Carità, amore*.
Charitonius, gratiam venalem habens: puellę charitonię, festiuitatem habentes venalem. Lucr. Turn.
Charitudo, charitas. Cath.
Charma, gaudium.
Charmophron, mentibus lętitiam afferens. Charmides, à lętitiâ, & gaudio quis dictus. Plaut. Charmosyna, Hilaria festa Ægyptijs. Calcag.
Charon, Orci portitor, mors.
Charonia, barathra, loca obsoleta, *Luogo di carogne*. Monos. Charoniacum, orcinum. Vide.
Charonia, ianua carceris, quâ producebantur vltimo supplicio afficiendi. Rh. Charonium.
Charōpus, p. c. lętitiam cordis vultu prefeferens, amabilis, Charōpum, coloris albi genus.
Charta, carta. Augusta, bibula: dentata, maledica, emporetica, imperialis, pergamena, regia, virgo, alba. Chartaria, officina. Chartaceus, chartarius, charteus, ex cartâ. Chartiacum, tributum, seu chartiaticum, *Gabella della carta*.
Chartarius, chartam vendens, aut conficiens: chartula, dimin.
Charteon, stadium. Turn.
Chartiaticum, merces debita officialibus pro charta. Zonar.
Chartilāgo, chondron, particula simplex, dura, sed osse mollior. L. m. *Cartilagine*.
Chartophylacium, scrinium, in quo chartę asseruantur, & vbi Iudex ecclesiasticus sedet. Codin.
Charthus, charta. Lucil.
Chartopatri, quorum nomina scribuntur in charta, vel matricula patrię, quasi in patrię charta descripti, Cod.
Chartoprasia, chartarum venditio. Schard.
Chartularij, qui chartas tractant, *Cartari*.
Chartophylax, chartarum custos, & scrinij prefectus. Item, sigilli Patriarchalis custos. L. g. b.
Chartopratę, chartopōlę, chartę venditores.
Chartularius, iudex constitutus ab Imperatore, & qui chartas, & codices tractabat expensarum priuatarum Imperatoris. Anast. Scriniarius, chartophylax. Greg.
Chascax, homo, qui ore hianti flat, & respectat aliquid, *Chi stà à bocca aperta*.
Chasma, hiatus oris, & terrę oscitatio.
Chasmaticus, chasmatia, terrę motus. *Tremoto*. Onom. med.
Chasnataris, ęrarij prefectus. L. g. b.
Charzenia, lora, corrigię, Thuar. Hun. *Correggia*.
Chauiare, salsamentum. Arsen. Lex. g. b. *Cauiale*.
Chauliodon, exertos dentes habens. Charcarodon, qui dentes intus acutos habet; ille, vt elephas; hic, vt lupus. Rh.
Chaunax, homo tumidâ, & inani inflatus superbiâ. *Arrogante, superbo*.
Chaunos, laxus, fungosus, *Fongoso*.
Chaunōnes, panes fungosi admisto oleo subacti.
Chaus, lupus ceruarius, *Lupo ceruiero*. Gesn.
Chedra, Hippuris altera. Dios.
Cedropa, omnia legumina, quę manu capiuntur. Gal.
Chieri Keiri, alba viola: cheirinum oleum. Lex. Philol.
Chelę, scorpionum, & cancrorum brachia, & chela, forfex, vngula bisulca, specillum, bisulcum. Item, rimę plantarum pedum. Item, lapides marinis obiecti fluctibus, saxeę pilę, *Molo*. Item, ciliorum extrema. Item, morbus. Poll.
Chalandium, nauigij genus Paul. Diac. Buleng.

Cheleuma,

Chelcuma, ſubula, inſtrumentum eius, qui ſuit, aut nectit aliquod opus ſutile. *Leſina*.

Chelichelone, ludus quidam virginum. Poll.

Chelidon, hirundo. Item, vngulę equorum cauitas. Rh. Item, cauitas brachij circa cubitum. Item, pudendum muliebre.

Chelidōnes, barbari dicti, quorum ſermo intelligi nequit.

Chelidonia, hirundinum aduentus, Item, ver. Item, Fauonius, tunc ſpirans. Item, gemma; genus aſpidis. Item, herba hirundinum, dicta, *Hirundinaria*.

Chelidoniacus gladius, &c. qui ſit in modum caudę leonis. Pap.

Chelidoniſina, cantilena, quam canebant Chelidoniſtæ.

Chelidoniſtę, plani, vagantes verno tempore, ſtipem colligentes hirundini.

Chelidonij, lapilli in ventre pullorum hirundinis.

Chelidonium minus, herba paluſtris, *Fauoſcella*. H. P. maius, hirundinaria in vmbris naſcens.

Chelo, piſcis marinus. Rondel.

Cheloma, cauitas biſida ſagittę, quę neruo applicatur. Gorr.

Chelon, curuata, brachium, crus ob curuitatem. Cath.

Chelonarium, baſis anteridij, quę Vitruuio dicta, Subiectio, *Fondo del barbacane*.

Chelōnę, chelōne, chelys, teſtudo, *Teſtuggine*.

Chelonia, tollenōnes, machinę iuxta puteos, ad hauriendam aquam. Vitr. Vide. Tolleno.

Chelonia, gemma teſtudineo oculo ſimilis. Chelonitides.

Chelonites, chelonius, teſtudinarius, *Teſtuggineo*.

Chelonium, tegmentum teſtudinis, & conuexa dorſi pars; *Guſcio di ſopra della teſtuggine*. Poll. Puluinus in catapulâ, *Taſſello manico*. Vide, ciconia.

Chelonophāgi, teſtudinum comeſtores populi. Plin.

Chelydrus, cherſydrus, p.c. teſtudo marina, ſeu aquatica. Item, ſerpentis genus venenati, quaſi aquę, & terrę habitator inſtar teſtudinis.

Chelys, ys, teſtudo; animal, & inſtrumentum muſicum ad eius ſimilitudinem, lyra nouem chordarum, dicta, Enneaphthongos.

Chelyſcion, ſicca tuſſicula, in qua nihil excernitur. *Toſſa ſecca*.

Cheliſma, nauis pars. Calcag.

Chelyne, labrum ſuperius, grande. Rh. *Labro di ſopra*.

Chelyniſtę, quibus labrum ſuperius eſt grande.

Chemaſtrum, veſtis hyemalis, Poll. Tiraq.

Chemia, argenti, & auri pręparatio: Chymia.

Chemōſis, p. p. affectus oculi, cum album eius ita ſuper nigrum intumuit, vt hiatus videatur. Inflammatio. L. M.

Chen, enos, anſer, *Oca*.

Chenalōpex, Vulpanſer, *Ocauolpe*.

Cheneros, anſer ſylueſtris, *Oca ſaluatica*.

Cheniſcus, anſerculus. Item, puppis faſtigium.

Chenoboſcion, chenotrophium, p.p. locus, in quo altiles anſeres aluntur, *Luogo done ſi nutriſcono oche*.

Chenoboſcus, qui anſeres nutrit, chenotrophus, *Chi nutriſce oche*.

Chenoboſcia, grex anſerum, qui paſcuntur, *Gregge d'oche, che paſcolano*.

Chenicidę, inſtrumenta chirurgica pro fracturis caluarię. L. M.

Chenomycon, herba, ad cuius aſpectum expaueſcunt anſeres, nyrtegretum.

Chenōpus, anſeris pes. Item, herba. Plin.

Chenotrophia, p.p. nantium volucrum auiaria, & precipuè anſerum. chenoboſcia.

Cheopina, menſura liquidorum, quę vno hauſtu abſorberi poteſt.

Chera, vidua, antrum.

Cheramides, genus lapidis pretioſi.

Cheraſtę, cognati remoti, ſuccedentes orbis in hereditatem. Viduarum tutores.

Cheria, rhaphani genus ſylueſtre. Ruel. *Ramolaccio*.

Cherma, aceruus paruus lapidum, qui manu vnâ tolli poſſunt. Chermas, lapis manum implens.

Cherna, paupertas.

Chermes, chermen vermiculus, ex quo color, *Cremeſi*. Delrius. Vnde, Chermeſina grana, coccus, *Scarlatto*.

Chernes, qui mane victum quęrit: chernites, manuarij, banauſi. Rh. *Manouali*.

Chernumma, manuum lotio, *Lauamento delle mani*.

Chernips, aqua, quâ manus abluuntur ante cibum, & ipſa ablutio. Purgatio in ſacris, ſeu aqua, in quâ torris ex altari prius extinctus eſſet.

Chernites, lapidis genus ebori ſimile, corpora conſeruans.

Cheroſiderium, bellicum inſtrumentum ad pugnam nauale, Poll. *Stromento da guerra naual*.

Cheroſtrophium, vbi vidue inopes aluntur. Chorotrophium, vbi puellę aluntur. Lege, Corotroph. Chera, vidua.

Cher-

Cherrhonẽſus, cherſonẽſus, peninſula, terra vndique mari cincta, vno tantum ſpatio anguſto adiuncta terræ, *Peniſola*.
Cherſæa, ſylueſtria. Rh.
Cherſina, teſtudinis genus ſylueſtris in Africâ.
Cherſon, terra incultior.
Chẽrſos, l.i.c. vnde Cherſoneſus, cherros, deſertus, inculteſque locus.
Cherſydros p.c. anguis in aquâ, & terrâ degens, *Serpente di terra, e d'acqua*.
Cherua, herbæ genus. Iun. ricinus, *Giraſole*.
Cherubin, Angelorum chorus notus.
Cherubus, alata imago, ſimilis iuueni. Item, Angeli ſpecies.
Cherũces, fumes nauium. Pap.
Cherũchus, ſummitas mali, cornua antennarum. Cath.
Cherydra, terræ ſciſſura facta pluuia, terræmotùve. L. i.c.
Cheumãta, vaſa quædam eſcaria è fuſili materiâ. Poll.
Chiaſicus, gratiſſima præpinguis. Item, latibulum, cauerna. Lex. Phil.
Chia terra, albida, cinerea.
Chiaca, ſpecies collyriorum. Gorr.
Chiaſmus, chiaſton. Fig. decuſſatarum ſententiarum textura.
Chibis, herba, ſcortana.
Chieſus, ſtipator, ſatelles Turcarum, *Chiaus*.
Chile, labrum, *Labro*.
Chiliarchus, chiliarcha, qui mille viris præeſt, Trib. mil. Chiliarchia, imperium in mille viros, *Colonello*.
Chilias, numerus millenarius, *Migliaio*.
Chiliaſtæ, quidam Hæretici reſtringentes ad mille annos adimpletionem Prophetiarum. Rh.
Chilionautos, mille nautas habens.
Chiliophyllon, herba Achillea, *Mille foglie*.
Chiliotalantos, mille conſtans talentis, *Di mille talenti*.
Chillæ, inteſtina. Beroald. Hillæ. Vide.
Chilo, onis, labeo õnis, cui labia craſſa, *Labrone*.
Chilos, pabulum iumentorum. Item, labrum.
Chilõter, ſiſcella ori equi circumpoſita è vertice loro appenſa, in quâ fœnum, aut pabulum, *Muſaruola de caualli, ò altri giomenti per tenerci il fieno*.
Chiloſtomia, cum vox quaſi in ſeceſſu ſentitur.
Chiloſtrophium, inſtrumentum, quo in quæſtionibus vrebantur, fontium labra intorquentes *Moraglia*.
Chimarus, hircus, hædus hyeme natus.
Chimaſtrum, chymaſtrum, veſtis ruſticorum, hyemalis. Chimazin, hyemare. Theriſtrum, æſtiuum. Bayf.
Chimæra, res ficta, capella, hyberna.
Chimerinus, p. c. hybernus. Item, circulus brumalis, hyemalis, tropicus Capricorni.
Chimethlum, chimerna, pernio, õnis, vlcus ex hyberno frigore contractum in digitis pedum manuumque, *Pedignone, ſperonaglia*.
Chimica ars.
Chimon, hyems.
Chimum, decoctum per venas diſcurrens in membra.
China, cina, radix fungoſa, medicinalis. H. P. *China*.
Chinoblẽtus, niue obrutus, ſiue conſperſus, *Coperto di neue*.
Chiobãnos, æqualis ponderis. L. g. b. *D'vgual peſo*.
Chiõne, ſcortum dictum à niuis candore.
Chinotrõphus, qui niue nutritur, & victitat, *Chi ſi nutriſce di neue*.
Chir, manus, vnde compoſita varia. Chiros.
Chiræ, rupturæ in pedibus: ita affecti vocantur, chiropodes, Rh. Onom. Med.
Chiragra, p.c. articularis morbus manuum, *Gotta di mano*. Podagra pedum, *Gotta di piedi*. Gonagra, genuum. Chirãger, chirãgreus, qui chiragram patitur. *Gottoſo*.
Chiragogia, manuductio. Chiragõgus, qui manu ducit, vt cęcum, *Chi mena à mano*.
Chiramaxium, arcuma, plauſtrum modicum, in quo vnus tantum à ſeruis manu trahebatur. Scal. *Carretto tirato à mano*.
Chirapſia, manuum conſertio. Item, leuis frictio ſuſpenſa manu. *Sfregamento leggiero*.
Chirẽbolum, manus immiſſio, manumiſſio: Vlp.
Chirembõlon, ſignum datum nautis manu, à magiſtro nauis, cum eis imperat. Alciat.
Chiriatros, chirurgomedicus, *Medico ciruſico*.
Chiridion, parua manica, *Manichetta*: Inſtrumentum purgandis pauimentis. Poll.
Chiridõta, p.p. tunica, prolixa, manicata, manuleata. Chirodotę Dalmatarum, Dalmatię manuleatę, Capitol. *Veſte lunga con maniche*.
Chiridotus, manuleatus. Lex. Phil.
Chirobius, manuum labore viuens, *Chi viue delle ſue fatiche*.
Chirocleus, liber paruus. Pap. *Libretto*.
Chirocratia, manuum, ſeu virium potentia, *Potenza di mani*.
Chirodices, cui ius eſt in manibus. Chirodicę leges, violenter iuſtum iubentes. Rh. *Chi ſi fa la ragione con le mani*.
Chirodõta, p. p. manuleata, ſiue manicata tunica, quę erat delicatiorum. vide, Chiridota.
Chirogaſtor, qui manuum labore ventri cibum ſuppeditat, *Chi ſi guadagna il cibo cõ le mani*.

Chiro-

Chirographare, chirographum scribere, *Far vn scritto*. Cathol.

Chirographaria actio, quæ ex chirographo nascitur. Schard.

Chirographarius debitor, qui sua manu cautionem dedit creditori. Schard.

Chirographus, chirographum, quod nostrâ manu scriptum ad aliorum cautionem pro pecunia debitâ, *Scritto*. Chirographarius, creditor qui sibi chirographo cauit. L. i.c.

Chirogylius, echinus terrestris.

Chiromactrum, linteolum ad manus abstergendas, omolinon, octrimma, *Sciugatoio da mani*.

Chiromania, manuum insana gesticulatio pars saltationis Gaditanæ, halma, lactissima. Vide.

Chiromantia, diuinatio facta per manuum inspectionem. Chiromantes, chiromanticus, diuinator per manuum inspectionem.

Chiromanica, chiropsilla, ferreæ torques. Leo Const. Leon. Tact.

Chiromastrum, vestis hyemalis. Poll.

Chironactes, artifices manuarij. Poll.

Chironcura, panacis genus ab inuentore Centauro dictum.

Chironiptron, malluuium, in quo manus lauantur. ablutio manuum, *Bacino da lauar le mani*.

Chironomia, manuum motus certâ lege, *Giuoco di mani*. Saltatio Pyrrhica, *Moresca*.

Chirονŏmus, chironŏmon, manu gesticulator, *Giuocator di mani, danzatore di moresche*. Item, Scissor. Vide.

Chironia, thelephia vlcera, maligna, incurabilia. L. m. *Piaghe incurabili*.

Chironia vitis, herba smilacis folijs, vitis nigra.

Chironium, chironeum, herba centauria. Rh. *Specie di panaco*.

Chiroponia, festum, cum opifices sacrificabant.

Chiropedæ, manuum vincula. Rh.

Chiropŏdes, qui rupturis pedum laborant, quæ dictæ, chiræ. Rh. *Crepature di piedi*.

Chiroscopus, manuum inspector, *Guardamano*. Chiromantes.

Chirosiderium, bellicum instrumentum ad nauale pugnam. Poll.

Chirosiphōna, tubu i ad ignem eiaculandum, *Cannoni da buttar fuoco*.

Chirothēca, manuum vagina, *Guanto*.

Chirothecarius, qui facit chirothecas. *Guantaro*.

Chirothesia, manuum impositio.

Chirothēcans, manuarius artifex.

Chirotechna, artificium manu factum.

Chirotechnēma, opus, *Lauoro fatto con le mani*.

Chirotonia, manuum eleuatio in ferendis suffragijs. suffragiorum latio.

Chirotonētum, liber continens dogmata, vsu probata, ita dictus liber Democriti. Vitr.

Chirotonia, designatio, ordinatio per Spiritus sancti inuocationem, & manuum impositionem, Codin.

Chirurgia, operatio, quæ fit manibus, curatio chirurgorum, *Chirurgia*.

Chirurgēma, opus manu factum. *Opera manuale*.

Chirurgica operatio, quæ fit manibus, curatio chirurgorum.

Chirurgus, qui manu operatur, vulnerarius medicus, *Cerusico*. Chist, sextarius, Mesue.

Chiton, tunica, siue interior, siue exterior.

Chitonarium, chitonium, muliebris tunica, subtilis tunicula, *Tonacella*.

Chitoniscus, camisia, indusium, *Camicia*.

Chitra, lacticinium multarum arborum, medicamentum. Gal.

Chiurca, animal quadrupes. Gesn.

Chius, Cous, iactus in talo æquè damnosus, ac vnio in tesserâ. Delrius. Item, apertura. Bibl.

Chius, in ludo calorum iactus, Canis, vnio, infelix.

Cous, senio, felix, qui cum eo coniunctus, infelix habitus. Adag. Man.

Chlæna, Læna, vestis tunicæ exteriori superinduta, ad frigus arcendum, *Sopraueste, casacca*.

Chlamyda, chlamys, Apul. Chlamydium, parua chlamys, *Manto, cappa*.

Chlamydophórus, qui fert chlamidem, chlamydatus: Chlamydurgus, chlamydopœus, qui chlamydes conficit Chlamydurgia, ipsum opus.

Chlamys, vestis militaris, pallio breuior, & strictior, superinduta tunicæ, *Mantello, ò cappa*. Item, puerilis, vestis sagum, paludamentum, dictum, *Sopraueste militare*. Chlamydula, parua chlamys *Mantelletto*.

Chlanis, vestis militaris tenuissima.

Cleuasinus, epicertomesis. Fig. risum excitans, propolita seuerè, vafrè eludens.

Chliasma, medicamentum, seu fomentum tepidum. Hippocr.

Chlidones, brachialia, Suid. ornamenta manuum, & pedum, Poll. Tiraq.

Chloe, quicquid in plantis viret.

Cloocarpus, cuius fructus virent.

Chlora, viridis vel pallida. Gorr.

Chloranthea, viridantia, & florida.

Chloris, Flora, Dea florum. Item, auis, ita dicta, virco,

virco, *Verdone*. Quod in floridis vegetur.
Chlorites, gemma herbacei coloris. Plin.
Chlorion, qui totus eſt luteus, hieme non viſus. Item, auis lutei coloris.
Chlorocõmus, viridem comam habens, *Chi hà chioma verde*.
Chloron, pallidus, æruginoſus color, ſubuiridis. L. m.
Choa, in triclinio, id eſt bibax, petulans venus: Nola; in cubiculo, id eſt loquax, reluctans, noleus. Brod.
Choa, chus, menſura, congius, & vas vbi ponuntur libamina. Item, libamen paterâ effuſum, ſuper tumulum. Item, Inferiæ.
Choẽos, congium capiens.
Choãma, cerebri infundibulum, *Scipho*; peluis, pyelos, cauitas, lacuna. L. m.
Choane, infundibulum, *Imbuto*. Item, concauitas quædam cerebrum excipiens.
Choãnon, choanus, fornax fuſoria, vas ex argillâ argentariorum, & chimicorum ad fundenda metalla, *Crogiuolo*.
Choaſpites, gemma viridis, auri fulgore intermicans.
Choare, inclinare ſe, inſidiari. Pap.
Chodax. Vide, Cnodax.
Choë, libamen paterâ effuſum Dijs inferis, & manibus.
Choëphõrus, qui libamina geſtat cadaueribus infundenda: choæ; ipſa libamina. Rh.
Chœnica, chœnix, cis, menſura ſex ſextariorum, dimenſum diurnum ſeruis datum ab heris, apud Græcos, *La parte, è portione*. Feſt.
Chœnium, modiolus, inſtrumentum chirurgicum ſecandis oſſiculis.
Chœniciũm, modiolus vt rotæ, cui axis immittitur: Item in baliſta. Item, inſtrumentum chirurgicum. Lex. Philol.
Chœnicomẽtra, qui cibum ſeruis diuidit, *Chi fà le parti à ſerui*.
Chœnix, icis; Vide, chenica. Item, modiolus rotæ, & inſtrumentum chirurgicum.
Chœnix, menſura aridorum; Attica continens cotylas tres, ſiue ſextarium vnum, & dimidium. Gorr.
Chœrãdes, chœræ, ſtrumæ, ſcrophulæ, *Scrofole*. Lex. med.
Chœras, ãdis, porcula, ſcrofula. Item, ſtruma, *Scrofola*. Item, rupes in mari.
Chœratæ, porcarij. Chœroboſcus, qui porcos paſcit, *Porcaro*.
Chœroboſcus, ſuum paſtor, ſubulcus, *Porcaro*.
Chœrocomium, p. p. vas teſtaceum, & textile, in quo porci ſaginantur. Item, pertica, cui alligati porcelli paſcuntur.
Chœrogryllus, herinaceus, cuniculus. Leuit.
Chœropithẽcus, ſimia porcaria.
Chœropõla, p. p. porcorum venditor, *Vende porci*.
Chœros, porcus: & natura muliebris dicta, porcus; vnde, cheropõlæ, porcos vendentes, proſtitutæ mulieres. Rh.
Chœroſphãgus, porcorum iugulator *Ammazza porci*.
Chœrotrophĩum, p. p. cauea, in qua porcelli ſaginantur, porcile. Chœrocomium, verò texile vimen, in quo illi ſaginantur. Vide.
Choes feſtum Athenis Nouembris, cum à præceptoribus familiares hoſpitio excipiebantur. Athen.
Chœrãdes, indurata glans in collo, aut inguinibus; ſtrumæ, *Ghiandaccie*. Chœras, ſtruma.
Choicus, terreus. Epiphan. contra. Pſychicus, ſpiritualis. Tertul.
Chola, ſmaragdi genus. Item, bilis, humor calidus, & ſiccus.
Cholãdes, inteſtina craſſa. Onom. Med.
Cholagoga, medicamenta bilem educentia. Cholagia. Lex. Med.
Cholas, lapis ex genere ſmaragdorum.
Chole, bilis. Cholãdes, inteſtina, ad quæ bilis deſcendit.
Cholodõchus, fel bilem recipiens. Lex. Philol.
Choleia, bilem adducentia. Cholcion, bilem attrahens.
Cholemeſia, vomitio bilioſa, *Vomito di bile*.
Cholæus, hepatis pars infima, vbi receptaculum fellis.
Choledõchus, folliculus fellis, *Veſſica del fiele*.
Cholera, p. c. morbus, ex collectione bilis, in ſtomacho, *Colera*. Vnde, Cholericus, obnõxius choleræ. Item, canalis, quo defertur, & vibratur è tegulis aqua. Rh. Cholemeſia, bilis euomitio. Onom. Med.
Choliambi, Scazontes, verſus claudi iambi, habentes in quintâ ſede iambum, in ſexta ſpondæum.
Cholobãphes, arquatus: felle, ſeu bile tinctus.
Cholõdes bilioſus, felleus.
Cholõma, diſtortio cuiuſque partis, quæcumque fit. Gorr.
Cholopæum, abrotanum. Dioſc.
Cholopœa, bilem commouentia, ſeu contrahentia Onom. Med. *Coſe, che tirano la colera*.
Cholos, chola, cholera, bilis. Item, claudus.
Cholõſis, claudicatio.
Chologõga, biliagia, quæ bilem educunt: Fellidũca, dicta Aurelano. Tiraq.

Choma,

Choma, tis, agger Nili, tumulus terræ. Vlpian. L. i.c. Chomăta, aggeres, *Argini*. Vide, Commata.

Chonculæ, secretaria duo in absside, Passer.

Chondrocopium, farreum, vbi far frangitur. Iun.

Chondroptisăna, alica modo ptisanæ confecta. Onom. Med.

Chondros, granum thuris. Item, cartilago, intestinum stomachi, sensus expers. L.m. Item, alica. Onom. med.

Chondrilla, herba hortensis cichorio similis. H. P.

Chondrosyndesmus, cartilagineum medicamentum. L.m. Item, constitutio ex ligamentis, & cartilaginibus, Onom. Med.

Chondros xiphoides, corpus cartilagineum, ab extremo pectoris osse dependens.

Chondrus alica, far. Mesue.

Chone, vas argillaceum, in quo metalla funduntur, *Vase da fondere i metalli*.

Chonion, instrumentum fusorium.

Chones, fornax Choneuomĕna, in fornace cotta.

Chonus, poculi ænei genus, infundibulum.

Chora, regio, vnde chorographia, regionis descriptio.

Choragros, villa. Cath. Chorăgrus, vide.

Choragium, locus post scenam, vbi necessaria ad ludos recondebantur. Instrumenta Scenica. Item, apparatus, cuiusque rei, choragium, thymelicum, proscenium. Item, virginale funus, Item, suffragium. Cath.

Chorăgrus, Villa. L.i.c. Choragrus. Cath.

Chorăgus, p.p. chorēgus, dux præsultor, & magister chori. Item, suppeditator expensarum chori, *Capo della danza*.

Choramus, linguæ cautus.

Chorannei, homines sylvestres in Persia velocissimi, ceruos cursu comprehendentes.

Choraulea, ars tibicinum, *Arte di sonar la piua*.

Choraules, choraula, qui tibias in choro inflat, *Suonator di piffara in danza*. Chorauliſtria, fœmina sonans.

Choraulæ, monumentarij, tibicines ad sepulcra canentes. Choraulæ.

Choraphobrysis, fons rurestris. Gloss.g.b.

Chorda, funis, fides, *Corda*. Item, intestinum. Chordæ VII. scilicet, Hypate, *Bassio*. 1. paryparæc. 2. lichanos, 3. mese. 4. paramese. 5. paranete. 6. nete, *Canto*, 7. Iun.

Chordapsus, Volvulus, morbus iliacus. Tumor tenuis intestini, vt videatur ad chordæ similitudinem conuolutum, *Dolor di viscere*.

Chordax. Vide, Cordax.

Chordopœus, qui chordas facit, *Cordaro*, chordarius.

Chordotonia, cordarum intentio in lyrâ. Chordotŏnum, instrumentum chordis intendendis, *Stromento da tirar corde*.

Chordi, cordi agni, serotini, & qui post tempus nascuntur, & remanserunt in voluis intimis. Varro.

Chordisci, dicti vituli grandiores, *Cordeschi*.

Chordum fœnum, quod serò nascitur, autumno secatur, *Guaime*. Chordum frumentum, serò matureſcens, *Tardo*. Sicilimentum, quod post fœnisecium secatur.

Chordus, tardè, & post tempus nascens. Cordus, sine aspiratione alijs, *Tardo*.

Chorēa, saltatio, tripudium cum cantu missum, *Danza, ballo*. Chorium, locus, vbi tripudiatur.

Chorepiscŏpus, qui in pagis, aut oppidis curam animarum gerebat loco Episcopi: seu Episcopi in aliena diœcesi ministrantes. Lex. Phil.

Choreuma, canticum, quod à choro canitur, & saltatur, *Canto al quale si danza*.

Choreutes, qui simul cantat, & saltat, quilibet ex choro, Bud. *Chi canta, e danza*.

Chorēus pes, Choriambus, versus ex chorēo, & iambo; prima & vltima longis medijs brevibus.

Choria, cytaria, embryi receptacula. Rh. Item, ex melle, & lacte cibaria. On.m.

Choriambus, pes ex chorēo, & iambo. Choriambicum, metrum.

Chorica, ex melle, & lacte cibaria. Rh. *Choria*.

Choricanus, qui in choro canit. Cath.

Chorici, rustici. L.I.C.

Choricista, qui canit in choro, choristа. Cath.

Choricum, ad chorum pertinens. Choristа.

Chorion, secundæ, seu membrana, quâ partus inuoluitur, camisia fœtus. L.m.

Chorismus, separatio, *Separatione*.

Chorius, chorēus, p.p. pes dictus Thocheus.

Chorizāre, choreas agere, saltare, *Danzare, ballare*, Cæsar, Guliel.

Chorium, locus vbi tripudiatur, *Luogo da danzare*.

Chorobātes, p. c. per locum aliquem incedens. Regula longa. Item, machina librandis aquis. Turn. Vitr.

Chorocitharistes, qui citharam in choro pulsat, *Cantore in choro*.

Chorodectes, qui chorum disponit.

Chorodia, chori cantus.

Chorodidascălius, chori magister, *Capo della danza*. Chorodidascalia.

Chordotŏnum, instrumentum, quo chordæ inten-

intenduntur. Poll. *Stromento di tirar le corde.*

Choroëtypus, qui in choro terram pedibus pulsat.

Chorographia, regionis descriptio.

Chorographus, qui describit regionem. Geographia, terræ; Topographia, loci: Cosmographia, mundi descriptio.

Choroïdes, plexus, conuolutiones membranarum cerebri. L.m.

Choronomus, qui regionem administrat, *Gouernatore del paese.*

Chorostates, p. c. qui chorum symphoniacum moderatur, præcentor, *Intuonatore*; Succentor, qui respondet.

Chors, cohors, cors, villarum intra maceriam spatium, *Cortile, corte.* Chortalis gallina, in chorte nutrita: Chortilium, cauedium, *Cortile.* Chortale, in chorte nutritum. L. I.C.

Chors, cors, & aula, locus ante ædes. Aula, quatenus perflatur: cors, quatenus septus. Lex. Phil.

Chorta, chorteas, vestis forensis seruorum. Poll. Calcag.

Chortos, fœnum, gramen, *Fieno.*

Chortocopium, campus fœnarius, pratum, *Campo da fieno.*

Chortocopus, fœnisex, *Segatore di fieno.*

Chorus, corona ludentium, psallentium. Item, multitudo canentium, & locus ipse, vbi canitur. L.I C. chorulus, paruus chorus.

Chorus, ventus: vide, Corus.

Chosiarius, effossor parietum, latro, *Ladro.*

Chostris, machina bellica oppugnandis vrbibus, testudo ad fodiendum parata.

Chrema, laus missa vituperio, fig. Vossius.

Chreaõgus, p.p. qui debitorem in ius rapit alterius nomine.

Creocopia, æris alieni resciſſio, *Fallimento, banco rotto.* Chreocopidæ, decoctores, *Falliti.*

Chrematismus, pecuniæ comparatio. Chremata, pecuniæ. Chremes, à negotijs, & facultatibus dictus Plaut. Chremata, vide chrimata.

Chrematisticus, peritus comparandæ pecuniæ, *Chi sà arrichire.* Chrematistia, pecuniæ studium.

Chrematisterium, locus, in quo ars quæstuaria exercetur, *Luogo de lauoratori.*

Chresis, vsus, vnde, catachrēsis abusio. Item, figura.

Chresinologia, vaticinium. Chresinolõgus, qui oracula edit, fatidicus. Chresinologia, ars diuinatoria, *Arte d' indouinare.*

Chrestographia, vtilis scriptura, *Scrittura vtile.*

Chrestogräphus, vtilia scribens.

Chrestolõgus, blandus verbis, *Piacenole nel parlare.* Christolõgus. Salm.

Annalthea Onomast.

Chreston, intubi erratici species, à singulari vtilitate dicta. Gorr.

Crestophilia, bonorum amicitia.

Chrestophilus, qui bonus amicus est, *Amico de buoni.*

Chresturgia, boni operis actio, *Opera buona.*

Chrestus, vtilis, commodus: Panchrestus, omnibus vtilis, *Buono per tutti.*

Chria, chreia, vsus. Item, dictum breue, aut commemoratio breuis dicti, factiue celebris, *Parola sententiosa.* Item, scitum, oraculum. Scal.

Chrimata, res hæreditariæ, seu bona mobilia, & immobilia. Schor.

Chrisma, chrisis, vnguentum, vnctio ex oleo, & balsamo, *Olio santo.* Vnde, Christus, vnctus dictus.

Chrismãre, nouum, notumque facere. Greg. Item, chrismare inungere, *Cresimare.*

Chrismarium, locus, vbi chrisma seruatur, Turn. *Done si tiene l'olio santo.*

Chrisogõnum, blattaria herba.

Chrisocõme, serpillum.

Christeeleyson, Christe miserere, precatio.

Christempõrus, qui Christum cauponatur.

Christocapēlus, Christi institor, *Mercante di Christo.*

Christomãchus, Christi oppugnator, hæreticus, *Heretico.*

Christomystes, Christi sacerdos. Item, Christianis sacris initiatus, *Sacerdote di Christo.*

Christianitas, vbi Christiani degunt, *Christianità.*

Christianismus, cultus Christianorum, *Christianesimo.*

Christianizare, Christianum agere. 7. Synodus.

Christotelẽtes, qui Christi mysterijs initiat. *Chi insegna la dottrina di Christo.*

Christus, vnctus. Bibl.

Chroa, color.

Chroma, color. lumen artium, & musicę harmonia, chromatica, dicta. Chromaticum melos, delicatissimum, etiusque pars tertia vnà cum diatono, & harmoniâ. Chromatarius, coloratius; vel qui tota die in arenâ ad solem stat.

Chromaticus, ad colores pertinens, coloribus ornatus, qui facilè mutat colorem nulli verecundia. Item, apud Musicos à graui ad acutum per quatuor chordas progressus. Zarlin.

Chromãta, colores. Item, lumina artium: Chromatarij: Vide, Chromatarij.

Chromatiari, colorari in sole potissimum. Turn. Chromatarij, coloratij, vel qui totâ die in arenâ, aut sole sunt. Gloss. Scal.

Chombus, piscis genus.

Chromis, piſcis.
Chronia, Saturni feſta. Item, prolixus corporis morbus, vt podagra.
Chronica, ōrum, annales, temporum obſeruationes, *Croniche*.
Chronicæ ægritudines, longę, *Malatie longhe*.
Chronicum, ſalarium cuiuſque Eccleſiæ ſacerdotibus certæ domus, ſolutum. L.g.b.
Chronicus, ſeu temporalis, ortus, ſeu occaſus; cum ſtella oritur & occidit tempore noctis. Contra Coſmicus, ſeu mundanus, cùm ſtella oritur, & occidit diurno tempore. Sacrob.
Chroniſſo, moror, ex itinere identidem quieſco. Lucr. *Far delle poſate per viaggio*.
Chronocrător, temporum dominus. Vt diei Sol, noctis Luna. Rh. *Signor del tempo*.
Chronolĕri, p. p. ſenes ætate deſipientes. Rh. *Vecchi rimbambiti*.
Chronographĭa, temporum deſcriptio.
Chronogrăphus, annalium ſcriptor, *Chroniſta*.
Chronologus, qui de tempore loquitur, temporis rationes nouit. Lex. Phil.
Chronos, tempus: vnde. Chronica, orum, *Chroniche*. Chronus, Saturnus, & Hercules dictus.
Chronoſolon, leges Saturnalitiæ, Inſcriptio operis auctoris damnati. N.
Chronotaxis, temporis ordinatio, & ſeries.
Chronulcus, procraſtinator, tempus trahens.
Chryalis, chryſălis, Aureola: Erucæ genus, vermiculus, ex eâ. Onom. med.
Chryſălus, Aurelius, quis dictus ab auro. Turn.
Chryſacontium, lapis Lydius, *Pietra del paragone*. L.g.b.
Chryſæa, planta florifera. H.P.
Chryſammos, aurea arena. Bud.
Chryſamœbus, qui aurum alio metallo permutat, menſarius, *Cambiatore*.
Chryſanthĕmum, planta florifera aureis frondibus. H. P.
Chryſargyrum, tributi genus pro brutorum, & hominum ſtercoribus. Zoſim. L.g.b.
Chryſaſpis, aureum clypeum geſtans. Poll. *Chi porta ſcudo d'oro*.
Chryſaſtragălos, habens aureos talos.
Chryſaor, chryſaŏrus, aureum enſem habens, *Chi porta ſpada d'oro*.
Chryſendĕta, vaſa ex auro ſolido facta, miſtis gemmis ad potandum, Turn. *Vaſi d'oro con gemme*.
Chryſei, ſtellæ radios aureos emittere apparentes.
Chryſelătos, ex auro ductili confectus.
Chryſelectrum, electrum ſimile auro. Chryſelectrus, in colorem lutei electri declinans.
Chryſides, aureæ crepidæ, *Pianelle d'oro*.
Chryſeraſtes, auri amator, *Amico dell'oro*.
Chryſion, aureum numiſma, ſtater. Item, puerorum pudendum. Heſych.
Chryſios, chryſis, aureus, *D'oro*.
Chryſippea, herba à Chryſippo inuenta.
Chryſites, aureum colorem referens, gemma.
Chryſite, terra aurea. L.g.b.
Chryſitis, auri ſpuma. Plin. Item, herba, Chryſocome.
Chryſoaſpides, milites aureis clypeis vtentes. *Chi hà gli ſcudi d'oro*. Argyraſpides, argentei. Vide.
Chryſobalănos, glans aurea, *Ghianda d'oro*.
Chryſobaphes, auro tinctus, *Colorato d'oro*.
Chryſoberylli, berylli aureum fulgorem referentes. Beryllus, gemma ſimilis ſmaragdis. *Brillo*.
Chryſocarpos, aureos fructus ferens, *Chi hà frutti d'oro*.
Chryſobulium, mandatum aureo ſigillo firmatum. Buleng.
Cryſobullæ, aureæ bullæ.
Chryſobulon, aurea bulla. L.g.b.
Chryſocĕros, aurea cornua gerens, *Chi hà le corna d'oro*.
Chryſochălis, parthenium, herba, Dioſc.
Chryſocarpum, hederæ ſpecies aureis corymbis & cui fructus aurei, *Chi hà frutti d'oro*.
Chryſoclabaria, chryſoclaua, veſtimenta aureis clauis ornata.
Chryſoclauium, aureis clauis ornatum, *Anaſt. Con chiodi d'oro*. Chryſoclauus, aureus clauus.
Chryſocolis, herba, Parthenium dicta, Dioſc.
Chryſocolla, humor metallicus. Auri glutinum. Borras.
Chryſocŏme, chryſītis, lanuginoſa herba montana. H.P.
Chryſocŏmus, aureas comas habens, vt Apollo, *Chi hà la chioma dorata*.
Chryſodactylus, aureum geſtans anulum, *Chi hà l'anello d'oro*.
Chryſodædălus, auro variegatus, *Fregiato d'oro*.
Chryſogeus, aureum habens ſolum, *Chi hà il ſuolo d'oro*.
Chryſoglyphus, ex auro ſculptus, *Intarſiato d'oro*.
Chryſogonum, frutex quernis foliis Gorr.
Chryſogŏnus, ex auro genitus, fœtus aureus. Item, herba.
Chryſogrăphum, auro pictum.
Chryſographatum, Chryſographo, as, aureis literis inſcriptum. Treb. Poll.
Chryſolachănon, arriplex, herba, *Armola, trapeſo*. Onom. med. ſpinachia.
Chryſolectes, auri legulus.

Chry-

Chryſõma, p. p. aurum factum, laboratum in vaſis &c.

Chryſolampis, lapillus noctu ignei coloris, die pallescens, ab auro, & igne dictus.

Chryſolithus, p. c. gemma, & lapis aureus, coloris aurei, *Chriſolito*.

Chryſolóphos, auram criſtam ferens, *Chi hà la creſta d'oro*.

Chryſõma, aurum vſu captum, vt in vaſe, aut anulo. Vas verò, in quo aurum, dictum, balluca, chryſale.

Chryſomallos, aureum vellus habens, *Chi hà la lana d'oro*. Chryſomali, *Dal teſone d'oro*.

Chryſomãnes, auri amore inſaniens, *Chi impazziſce per l'oro*.

Chryſomẽlon, p. p. aureum pomum, Cydonium, Armeniacum, *Pomo di color d'oro*.

Chryſon, chloron, vitellus oui, *Roſſo d'ouo*. Celyphãnon, oui putamen, & cuiuſuis rei. Rh.

Chryſoparyphus, p. c. aureum limbum in veſte gerens, *Chi hà la frangia d'oro*.

Chryſophaſtus, auro ſparſus, *Picchiato d'oro*.

Chryſopœus, qui aurum facit, aut operatur.

Chryſoplocãmus, aureos habens cincinnos, *Chi hà i ricci d'oro*.

Chryſophalãros, aureis phaleris ornatus, *Chi hà le briglie d'oro*.

Chryſophoria, auri geſtatio. Chryſophõrus, aurum geſtans.

Chryſophõrum, electrum.

Chryſophylax, auri cuſtos, *Guardiano dell'oro*.

Chryſoplyſium, auri lauandi officina. Chryſoplytes, qui aurum lauat. Bud.

Chryſopẽnos, tela, ſeu veſtis, aureis filis, & ſerico ſubtegmine. Salm.

Chryſopolis, herba quæ ſincerum aurum ſolijs accipit, & colore imbuitur, inſincerum reſpuit. Ariſtæn. Epiſt. 10. l. 1.

Chryſoröphus, qui aureis eſt laquearibus, tectum auratum, *Soffitto dorato*.

Chryſopraſus, p. c. gemma coloris viridis, aureis interuenientibus guttis. Iſid.

Chryſos, aureus, *D'oro*.

Chryſoſpermon, ſemperuiuum. Dioſc. habens ſemen aureum, *Chi hà ſeme dorato*.

Chryſoſtephãnus, aurea redimitus corona, *Coronato d'oro*.

Chryſoſtõmus, aureum os habens, *Bocca d'oro*.

Chryſotelea, auraria præſtatio.

Chryſterium, oraculum, locus diuinandi. Item, facinus. Leopol.

Chryſoxyla, ligna aurea, vel aurei coloris, *Legna dorate*.

Chryſulca, aqua fortis, qui miſta metalla ſeparantur, *Acqua forte*. Alciat. chryſophytes, qui eâ vtitur ad aurum eliciendum. Rh.

Chryſurgus, artifex auri, aurifex, *Orefice*.

Chrytopõla, p. p. ſcrutarius, frinolarius, *Vende cenci vecchi*. Turn.

Chumeli, potio ex melle. Zonar. *Beuanda di mele*.

Chus, choa, congius, menſura liquidorum, & vas, quo aqua hauſta fundebatur, *Vaſe da acqua*.

Chuzion, fundibũla, machinæ bellicæ genus. Rigalt.

Chutra, chytra. Olla, *Pignatta*.

Chydeæ, palmæ maturæ. Chydæi, olim multiplicati, nunc nullius pretij. Euſth.

Chyliſmos, ſuccus. Vnde, Chyloſtes, ſuccum attrahens.

Chylus, ſuccus, & cibi liquamen ex ventriculo in iecur deſcendens. L. m. *Chilo, ſugo*.

Chylõſis, p. p. ſucci expreſſi coctio in ventriculo, *Concottione*.

Chymethla, pernones. Vide. Chimethlum.

Chymaſtrum, veſtimentum hybernum: Theriſtrum, æſtiuum. Bayf.

Chymia, vide chemia, Alchimia.

Chymus, ſuccus plantarum prælo, manuve expreſſus. Athen. Item, nutrimentum animalis in hepate præparatum. L. m. ex chylo fit chymus. Scal.

Chymõſis, chemõſis, vtriuſque palpebræ diſtorſio ex inflammatione. Alguadarneſi, vt vix oculos operiant, & album oculi ſupra nigrum valdè extollatur. Manar.

Chyphoſis, gibboſitas. L. m. *Gobba*.

Chyte, terra, quæ infunditur mortuorum ſepulchris, *Terra ſepolcrale*.

Chytica, quæ fundendi vim habent. Tiraq.

Chytlon, oleum aquâ miſtum, quo balneantes perfuſi. Item, diuinatio cum aquâ. Item, Vas olearium.

Chytra, chytron, olla, *Pentola*, Chytri, feſtum Athenis. Dalech.

Chytrium, locus, vbi ollæ conduntur.

Chytra, olla, oſculum factum apprehenſis auriculis oſculati.

Chytrinda, conuiualis luſus, cum quis in medio locatus vellicatur à pueris diſcurrentibus, tam diù, donec vnum arripiat, in ſuumque locum collocet. Poll. *Giuoco da indouinare, chi t'hà percoſſo*.

Chytriſmus, expoſitio infantis in teſtâ.

Chytropolium, locus, in quo ollæ conduntur.

Chytropõla, aulularia. Pallad. *Vende pignatte*.

Chytropõdes, ſuſtentacula ollarum, vel ollæ cum pedibus, *Lauezi, caldaro*.

Chytrŏpus, chytropŏda, ollæ tripus, vel olla tres pedes habens, *Pignatta con trepiedi*.

C I.

Cia, vestis tenuissima. Lucr. *Veste sottilissima*.

Cibaria, tolleræ quadratæ, taxilli. Cath.

Ciba, cibella, cilliba, mensa vide.

Cibāle, alibile, ad cibum pertinens. Cibarium, alimentum, *Quel che nutrisce, vivanda*.

Cibare, nutrire. Cibo, as, vnde, Cibus, i. *Ogni vivanda*.

Cibarius panis, vulgaris, secundarius, confusaneus. [Cibaria, cibi alimenta] Cibarium, sordidum. Non.

Cibat, ciebat: cibit, ciet. Plaut. à cieo, es, prouoco, *Prouocare*.

Cibatus, us, cibus, alimonia, Lucr. *Nodrimento*.

Cibdēla, numismata oblæsa, adulterina, *Monete falsi, tosate*. Turn.

Cibdelia, cibdelium, argenti sordes, impostura. Turn.

Cibicīda, p. p. gulosus, helluo, qui valde comedit. *Mangione, golosso*.

Cibiotatæ, cibiotantes, principes dicti summè auari. Pulman. in Suet.

Cibilla, cibella, cibila, cilliba, cibillina, mensa, olim quadrata, post rotunda, escaria, à cibis dicta. Turn. Varro. Cylibantum, mensa vinaria, vide.

Cibilitena, saltatio Gallorum. Gualt. in Hor.

Cibo, as, cibum infero, alo, *Cibare*.

Ciborium, colocasia, fructus fabæ Ægyptiacæ, & pocula lata ad illorum formam.

Ciborium, cibotion, pyxis, turris, tabernaculum, arcula sanctiss. Eucharistiæ, Duran. proprie, vas ad cibos ferendos, & arcula panis benedicti. Conditorium. Lex. Philol.

Cibōsus, cibo plenus. Ciboſitās, plenitudo cibi; *Ripienezza di mangiare*. Cath.

Cibus, etiam in delicatis: Victus, in moderatis, *Cibo*. Don. Cibus, alimentum, quod editur.

Cibūtum, arca cibaria. Hild. Cath.

Cicāda, insecti genus canorum, *Cicala*. Iun.

Cicada, item ornamentum capillorum, cincinnus ex auro ad similitudinem cicadæ apud Athen. Lex. Philol.

Cicadigeri, Athenienses nobiles dicti, quod cicadam gestarint nobilitatis insigne, vt Romani Lunigeri, lunas in calceis gestantes, lunati dicti.

Cicālus, animal quadrupes. Gesn.

Cicatricāre, cicatricem inducere. Fest. *Far cicatrice*. Vnde. Cicatricātum, cicatricōsum.

Cicatrix, signum, vulneris obducti, *Segno della ferita*. Cicatricosum, *Pien di cicatrici*. Cicatriyare, cicatricātus. Cicatricūla, parua cicatrix.

Ciccum, membrana tenuis malorum punicorum; res vilissima, cicum. Fest. vmbilicus lupi.

Cicendela, insula. Ilip.

Cicendulum, crabronum genus candens.

Cicer, legumen. *Cece*. Cicer arietinum, aliud à satiuo vulgari: Erraticum, serpillum.

Cicernus, Bacchus dictus.

Cicernum, potio è cicere.

Cicerbita, herbæ genus. Iun. Sonchon, Dioſc. *Cicerbita*.

Cicercūla, cicera, Colum. minutum cicer. legumenis genus, inæquales angulos habens, vt pisum, *Cicerchia*.

Cicerculum, genus sinopidis. Plin.

Ciceromastix, Ciceronis flagellator, & maledicus, vt, Homeromastix, Homeri.

Cicerones, dicti à ciceribus colendis.

Cichorea, cichorium, cichoreum, intubum, *Radichio, cicorea*.

Cici, frutex magnitudine fici. Cicinum oleum ex cico.

Cicilendrum, polindrum, macides, licimandrum, happolapsis, catarractria, nomina ficta à coquo Plautino.

Cicina, auis nocturna.

Cicindēla, p. p. noctiluca, nitedūla, lampyris, pyrolampis, musca noctu lucens, *Lucciola*. Item, ellychnium, lucinium, licinium, *Lucignolo*. Item, lychnus pensilis, *Lucerna*.

Dissŏnum, discordans: dissŏno, as, discordare. Dissonantia, dissonāre, dissentire, *Discordare*.
Dissors, dissimilis sortis. Consors, similis. Sidon. Dissortes, diuisi. Pap.
Dissortes, quibus patrimonium, vel sors diuisa, *Di diuersa condittione*. Dissortiones, diuisiones. B. Vulc.
Dissuauior, vide. Dissauiari.
Dissuadeo, dehortor, dissuadere. Dissuasor, qui dissuadet. Dissuasio.
Dissuetudo, desuetudo, à desuesco, *Disusare*.
Dissulcus, portus, qui in ceruice seras dirimit. Fest. Disulcus.
Dissulto, as, sæpè dissilio, *Saltar' in diuerse parti*.
Dissultores, singulares, desultores. Isid. Gloss. Dissultāre, diuersè saltare. Item, diuulgare. Capella.
Dissum, integrum, Sup. portiuncula, morsiuncula.
Dissuo, dissoluo. Dissutum, disiunctum, contra, Suo.
Dissupāre, dissipare, diuidere, Lucr. antiq.
Dissuria, vesicæ, & vrinæ constrictio, id est, tarda vrinarum digestio. L. m. Vide Dysuria.
Dissyllăbum, quod est duarum syllabarum, *Di due sillabe*.
Dissymphōnum, duarum consonantium, *Di due consonanze*.
Distabesco, valdè tabesco, colliquesco, *Dileguarsi, disfarsi*.
Distædet, multum tædet, *Rincrescer fortemente*.
Distantia, interuallum, quo corpus à corpore distat.
Distennere, expandere, vt rete à tenno.
Distaphees, bis sepulti, *Due volte sepolti*.
Distamos, dubietas, dubium. L. g. b.
Distarius, decurio, optio. Isid. Gloss.
Distatio, occupatio. Isid. Gl. Distractio forsasse.
Distegia, æ, tectum duplex, aut duplex contignatio: Cœnaculum in domo regiâ. Locus in comœdiâ, è quo lenones prospiciunt. Poll.
Distĕgus, duo tecta, seu contignationes habens.
Distendo, is, distendere, dilatare, *Distendere*. Distentus, *Disteso*. Distensio, onis, cynicus spasmus, *Stendimento*.
Distensio, spasmus, nervorum conuulsio. Opisthotonos ad posteriora, emprosthotonos, ad anteriora. Tetānus, æqualis. L. m.
Distenuissimus, occupatissimus, à destineor, occupor, *Occuparsi*.
Distento, as, sæpè distendo, *Distendere spesso*.
Disterĕre, crebro, & multum terere. *Trittar sottilmente*: à distĕro, is, valdè tero.
Disterminare, dimidere, diuersa terminare. Disterminus, terminis, finibusque separatus. contra, Conterminus.
Distĕro, is, p. c. multum tero, *Trittar sottilmente*.
Distichiasis, pilorum succretio præter naturam, in palpebris. Onom. m.
Distichos, distichum, duos ordines, seu versus habens, distœchos. Vnde, Hordeum distichum, polydistichum, *Di due ordini, ò di più lati*.
Distingĕre, distinguere. Salmas.
Distœchia, duplex ordo, *Ordine doppio*.
Distillarius, concinnator, seu venditor distillationum. Sen. *Distillatore*.
Distillatio, fluxus humoris à capite. Item, liquamen, quo vtimur ad intinctus. Lex. Philol.
Distillo, as, paulatim fluo, *Distillare*. Suid. Distillatio, distillarius, distillator.
Distima, diastema, vnius temporis, quantum insonis facit Pyrrhichius, vel maius hemitonium. Vide Eugium. Lex. Philol.
Distingo, tincturam demo. Cath. *Stingere*.
Distineo, es, impedio, impeditum teneo, *Tener' impedito*.
Distingo, diuido, discerno, Distinctio, distinctè; distinctus, us, diuisio, *Distintione*.
Distisum, Pertusum. distæsum, pertæsum. Fest.
Distito, frequenter disto. Item, statuo. Non.
Disto, as, differo, *Esser distante*. Distantia; distito, *Star spesso distante*.
Distŏmos, geminum os habens, *Di due bocche*.
Distorqueo, in diuersum torqueo. *Torcer' al contrario*. Distorsio, nis, *Torcimento*. Distortum, *Torto*.
Distrahо, is, distracto, vendo, Gl. A. L. Item, diuersè traho, *Trar' in diuerse parti*. Distractio, venditio, separatio. Distractor, venditor, alienator.
Distractio, separatio, venditio, alienatio. Plaut. Distraho, traho diuersè, alieno, vendo.
Distratum, bistratum, bimium. L. g. b.
Distria, clauæ ferreæ. L. g. b.
Distribuo, in diuersas partes tribuo.
Districtè, valdè stringendo, ac minitando. Item, omninò perfectè. Lex. i. c.
Districtio, disciplinæ exactè rigida. Item, difficultas, ratio impedita. Districtè, districtim, arctè, *Strettamente*.
Districtus, Districtio, coërcendi potestas. Lex. i. c. Item, territorium, comitatus, diœcesis. Idem, *Distretto*.
Distrigare, consummare. Isid. Gloss.
Distrigilāre, lacerare. Item, strigili purgare, *Streghiare*.

ghiare. Distrigilatio, Sup. *Streggbiatura*.
Distrimenta, calami partes contusæ, calami.
Distringere, punire, coërcere. Districtio, coërcitio: districtum, examen, Cod. ll. antiq.
Distringitur corpus in balneo ad strigilem. Tergitur ad lintea, Petron.
Distrophos, ode mutans in secundo versu metrum. Cath.
Distringo, is, arte stringo colligo. Item, lacinia, strigili manuve frico, *Streggbiare*. Districtio, difficultas, anxetas, *Difficoltà*. Districtè, districtum.
Distrunco, as, mutilo, trunco, *Troncare*.
Distruo, is, seorsim struo. *Fabricar separatamẽte*.
Distulerãre, differre, prolatare. Sup. *Prolungare*.
Disturbium, disturbatio. Cic. de diu. disturbo. Disturbo, as, perturbo. Disturbatio, *Rouina, abbattimento*.
Disulca, quæ bifidam habent vngulam, Monycha, contra solidiungula. B. Vulc.
Disulcus, vide, dissulcus, porcus diuisas in ceruice setas habens. Fest.
Disuria, vide, Dysuria.
Dito, as, diuitem facio, *Arricchire, far ricco*.
Ditatus, diues factus, *Arricchito*. Ditior, ditissimus.
Diteo, ditesco, diues fio, Cath. *Arricchirsi, diuenir ricco*.
Dithalassius, qui vtrinque mari alluitur, bimaris. *Di due mari*. Bithalassus. Bibl.
Dithalus, cui victus geminus est.
Dithrõnus, duobus solijs innixus, *Che hà due sedie*.
Dithymia, animorum dissentio. Dithymus, p. p. animus diuisus.
Dithyrambicus, difficilis, obscurus.
Dithyrambicus, intellectus, nodosus, intricatus.
Dithyrambus, hymnus Bacchi tortuosus. Mendoza.
Dithyrambodes, dithyramborum tumorem spirans.
Dithyrambopœus, dithyramborum Poëta, *Scrittor di dittirambi*.
Dithyrus, biforis, qui duplici portà clauditur, *Che hà porta doppia*.
Ditio, onis, Imperium, potestas à dite, vnde, ditissimus. dis, itis, Diues, *Ricco*. Meliùs, Dicio. Vide.
Dito, as, diuitem facio. Ditesco, diues fio, *Arricchire*.
Ditõnus, apud Musicos proportio sesquiquarta, quæ dicitur Tertia maior.
Ditrochæus, pes constans duobus trochæis, ex longâ, & breui, & longa, & breui.
Ditrochæos, duplex cibus, seu enchiridion noui, & veteris testamenti, Poscuinus.
Diu, pro, die. Titin. vnde. Interdiu, *Di giorno*. Item, longo tempore.
Diuãgor, p. c. diuagãri, oberrare, huc illuc vagari, *Andar vagando*.
Diuãlis, diuinus, diuus, Isid. Glos. Diuale, nomen diuinum. Spart. Diuales constitutiones, Imperatoriæ. L. 1. c. Diualia, Imperialia.
Diuarico, diuaricãre, à recto deflectere, extendere, in diuersum separare: diuaricare tibias, dilatare, *Allargar le gambe*.
Diuãtus, beatus, beatæ memoriæ diuus. Sup. *Fatto beato*.
Diuelium, duplex velum, vexillum Imperatorium. Codin. Diuellium.
Diuello, is, separo, *Suelgere, cauar per forza*.
Diuellio, bellum. Sup. *Guerra*.
Diuendo, huic & illi vendo, *Vendere à diuersi*.
Diuentilare, diuersis modis ventilare, *Suentolare*.
Diuerbẽro, scindo. Virg. *Fendere*.
Diuerbia, partes comœdiarum, vbi plures versantur. Item, primus actus Comœdiæ.
Diuerbium, à distinctis verbis dicta notabilis sententia, quasi in multorum ora diuisa. Item, pars comœdiæ. Lex. Philol.
Diuergium, amnis, qua in diuersum vergit. Front. Lex. Philol.
Diuerticlinia nomina, heteroclyta diuersæ significationis, aut declinationis. Isid. Glos.
Diuersiclinium, locus, vbi diuersi lecti, seu diuersæ viæ coniunguntur. Cath.
Diuersifico, diuersum facio.
Diuersifinium, diuersos fines habens. Cath.
Diuersitas, contrarietas, repugnantia, *Diuersità*.
Diuersito, frequenter diuerto, deflecto, *Voltare spesso*.
Diuersitor, diuersoriarius, hospitio suscipiens, *Albergatore*. Petron.
Diuerso, as, diuerto, is, frequenter verto, vario. Cath.
Diuersor, aris, hospitio excipior, *Alloggiare, albergare*. tamquam frequenter diuerto.
Diuersor, oris, hospes, qui in hospitium diuertit, *Alloggiatore*.
Diuersoriarius, caupo, hospes. Sidon. Glos. *Hoste*.
Diuersoria, æ, diuersorium, meliùs. Diuerticulum, vbi iter de via flectit, villa, & hospitium, quo diuertimus, *Alloggio, alloggiamento*. Diuersorium.
Diuersoriolum, paruum hospitium, *Hosterietta*. Diuersoria taberna, *Hosteria*.
Diuersior, compar, Plin. Item, magis diuersus.
Diuersum, separatum. Diuersitas, repugnantia

Diuersissimè, diuersè, diuersum, variè.
Diuersus, in aliud versus.
Diuexāre, vehementer vexare diuersis modis, *Tronagliare in molti modi*.
Diuertere, diuortium facere, nuntium remittere. Lex. i. c. Renunciare. Deuertere, melius. Salm.
Diuerticulum, semita transuersa, *Sentiere, che attrauersa*. Item, domicilium propè viam, quo flectitur, *Alloggio*. Diuerticulum fluminis, vbi diuiditur. Item, vbi incipit semita. *Dove volta la strada*. Pon. Nam.
Diuerto, diuorto, diuertor, ab itinere deflecto: diuersō, as, sæpè diuerto, *Diuertire, albergare*. Deuerto, melius. Salm. Diuertere, nuncium remittere.
Diues, opulentus, *Ricco*.
Diuexo, variis modis affligo, *Inquietare, affliggere in vary modi*.
Diui, Dij, Indigètes, in album Deorum relati. Ita dicti Imperatores post obitum.
Diuiana, Diana, vel quasi diua Luna, *Luna*. Scal.
Diuidĕre, diuisio, in obscenis. Palm. Diuidere sententias, in partes distribuere, vt sigillatim agatur. Diuisio, separatio, *Diuisione*.
Diuidia, tædium, molestia, discordia. Acc. Fest. Diuidiōsus, molestus. Cath. Diuidiæ, dissentiones. Non.
Diuidimus, per species. Partimur per partes.
Diuido, is, p. c. separo, *Diuidere*. Diuisim, separatim. Diuisio, sectio, partitio, *Diuisura*. Diuisor, qui diuidit. Diuiduum, separatum, separabile. Diuiduè, *Diuisamente*.
Diuidicŭla, castella, quibus è riuo communi aquam quisque in suum fundum trahit. Fest. Diuidos, diuisos. Acc.
Diuidua, molesta, tædiosa. B. Vulc.
Diuidue, dimidiatim, æquâ parte, *Per metà*. Plaut. diuiduitas, diuisio. Brissi.
Diuidum, diuiduum, separabile. Diuidus, separatus. Acc. Diuidia, diuisio. Salmas.
Diuidus, separatus. Turn.
Diuiduum, separabile. contra, Indiuiduum: diuiditas, diuisio. Brissi. Item, quod diuidit.
Diuina, diuinatrix. Diuinus, hariolus, *Indouino*. Diuinæ tabulæ, decem præcepta.
Diuinacula, sortes. Pap. Diuinaculi, mathematici. Suet.
Diuināles, qui de Dei naturâ, ex qualitate profundissimâ differunt. Pap.
Diuināre, Deum tacere. Delrius.
Diuinatio, diuino, diuinauero. Diuĭno, as, diuinans. Sup.
Diuinatio, augurium, vaticinatio per terram, Geomantia, per aquam, Hydromantia: per aërem, Aëromantia: per ignem, Pyromantia, &c. Vide suis locis.
Diuinatio, vaticinatio. Item, quæ iudicij constitutionem præcedit, cum duo pluresve contendant de prius accusando, vt est I. Verrina Ciceronis. Lex. I. C.
Diuinipŏtens, p. c. qui in diuinis potestatem habet. Diuini, augures, qui diuinant.
Diuinitus, ex Dei mente. Diuinè, cum laudamus, *Diuinamente*.
Diuĭnos, as, vaticinor, auguror, *Indouinare*.
Diuipotes, Dij potentes. Antiq. Varro.
Diuirginārе, stuprare, *Diuerginare, fuerginare*.
Diuisio, obscœnum verbum, nempè visio, sic intercapedo, verbum pedo. Scal. Cic. ad Pætum. Lex. Philol.
Diuisor, redemptor pecuniarum, quæ tributim diuidebantur à candidatis ad suffragia corrumpenda. Item verbum obscœnum, pedico; cui respondet, Intercapedo. Cic.
Diuisores, qui pecuniam populo viritim diuidebant singuli in sua tribu, dicti magistri curiarum. Lex. I. C. Item, diuisores dicti Hilicidæ, qui pullariam faciunt. Douza, Petron. Beroal.
Diuisorium, cella ab alijs diuisa. Cath.
Diuisse, pro diuisisse. antiq.
Diuisura, diuisio.
Diuitatio, ditatio. Acc.
Diuĭto, as, dito, as, diuitem facio, *Arricchire*. Diuitissimus, ditissimus. Luc. Diuitiosus, copiosus. Cath. Diuitior, ditior magis diues, *Più ricco*.
Dium, sub Cœlo, extra tectum, sub Ioue, Fest. Item, diuum. Salmas.
Diunt: dant. Plaut. Lucr.
Diuoltres, vilissimæ meretrices. Cath. Lex. Phil.
Diuomerat, aperuerat. Ilid. Glott.
Diuortia aquarum, cum aquæ ex eodem capite in diuersa fluunt. Lex. i. c. Diuortia, diuorticula, flexus viarum in diuersa, Ectrope. Vide.
Diuortionale, libellus diuortij. L. i. c.
Diuortium, separatio rerum, diuisio, Item, inter virum, & vxorem legitimè facta separatio, *Diuortio*.
Diurium, solutio ventris vnius Diei. Pap.
Diuretica, medicamenta ad vrinas ciendas. Vretica, etiam dicta, *Medicamenti per far orinare*. Lex. med.
Diurno, as, diu viuo. Claud. *Viuer lungamente*.
Diurnum, calendarium. Sup. Diurnum, Ephemeris, diarium, liber continens acta singulorum dierum, *Giornale*. Item, diariæ preces, & earum libellus, *Diurno*.
Diurnus, contra, Nocturnus, *Cosa di giorno*.

Diur-

Diurnum, sumptus vnius dici. L. I. C.
Diurnum fulgur, Iouis. Nocturnum, Summani. Fest.
Dius, diuinus, iouialis, & die. Plaut. Dium, sub dio, sub cœlo. *All' aria.*
Dius, fidius; siue Medius fidius, iuramentum per filium Iouis, id est, Herculem.
Diutine, diu. Plat. diutissimè, *Lungamente.* Diutinus, diurno, *Di giorno*; diutius, longo tempore.
Diutule, aliquantulum. Apul. *Vn pochetto di tempo.*
Diuturnum, diutinum, *Che dura lungo tempo.* Diuturnitas, longa duratio, *Lunga durata.*
Diuulgo, diuersis modis vulgo, publico. Cath.
Diuus, diuinus, ex homine Deus factus, Iouis amicus.
Dius mensis, Nouember. Rh.
Dixis, dixeris. Plaut.
Dixti, dixisti.

D O

Do, pro, domus, per apocopen dixit En. vt Pa, pro patre, Doricè. Do, das, tribuo: dare, dicuntur mulieres impudicæ. Turn.
Doãna, tàm terræ, quàm maris, *Doana.* Cod. Il. antiq.
Doarium, vsusfructus certæ portionis mariti bonorum vxori concessus. Balduin. Lex. i. c.
Docæ, dochæ, asseres doliorum oblongi, *Doghe.* Monos.
Docana, num, pl. sepulchra in Lacedæmonia sic appellata. Etym.
Docco, instruo, *Insegnare:* vnde, doctrina, &c.
Docefactus, doctus, *Insegnato.*
Docesisophos, qui sibi videtur esse sapiens.
Dochimus, dochmius melius, p. c. pes quinque syllabarum; breui, duabus longis, breui, & longa.
Dochæ, seu doga magna dolia, in quibus vinum nouum colligitur: cupæ, verò minora, in quibus depurgatum transfunditur. Lex. Philol.
Dochia, receptacula aquarum formæ, Vide, *Doccie.*
Dochme, palmus, spithama, vnde, pes dochmius, Dochmaicum metrum, ex dochmio pede constans. Lex. Philol.
Dochos, capax, vnde dochæ. Vide.
Dochium, canalis, tubus erumpens, *Doccione.* Mon.
Docibilitas, elegantia doctrinæ.
Dociliter, docibilis, docilis, docefactus, doctus.
Docibilis, qui docet. Salmas. *Chi insegna.*
Docidium, in ædificijs lignum dictum; *Corrente.* Vitr.
Docimentum, documentum. Docimen. documen. Cath.

Amalthea Onomast.

Docimasia, probatio athletica, vnde, docimus, adocimus, Faber. Tyrocinium. Bud.
Docimasia, æ, experientia. Ars de distinguendis metallis, Libanius. Item, accusationis genus, cum quid non rectè probatum contendimus.
Docticănus, qui doctè canit. Pap. *Chi canta bene.* Doctilŏgus, qui docta loquitur. Doctiloquium.
Doctitat, frequenter docet. Isid. Gloss.
Doctor, oris, qui docet, *Dottore.* [Doctè, eruditè.] Doctus, qui docetur. Doctrina, scientia.
Doctrinăle, ad doctrinam spectans.
Doctrinălis, qui abstractam considerat quantitatem à materia, sola ratiocinatione. Pap.
Doctrinum, ludus litterarius, schola. Sup. *Scuola.*
Doctrix, mulier docens. Apul. *Dottoressa.*
Documentatio, instructio, correctio. Sup.
Documentum, documen, docimen, admonitio, *Documento.* Cath.
Docus, trabs ignita, lignum.
Dodecădes, duodenaria sacrificia ex duodecim animalibus constantia.
Dodecaëdrum figura solida, quæ duodecim pentagonis æquiangulis, æqualibus, æquilateris continetur. Eucl.
Dodecadarchus, qui 12. præest. *Chi è capo di dodici.*
Dodecadeltus, lex. 12. tabularum, *Legge delle dodici tauole.*
Dodecadactylon, duodenum intestinum, Dodecatylon.
Dodecadactylus, duodecim digitos habens, *Chi ha dodici dita.*
Dodecamēnus, qui duodecim est mensibus, *Di dodici mesi.*
Dodecamechănos, duodecim constans machinis, *di dodici artificij.*
Dodecamœros, in duodecim partes diuisus, *In dodici parti.*
Dodĕcas, adis, *Dozina.* Hemidodecas, *Mezza dozina.*
Dodecatemorion, signi duodecima pars, id est, gradus, & semis. Scal. ad Man.
Dodecathei, Dij maiores 12. Iupiter, Iuno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcanus, Minerua, Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus: dicti maiorum gentum Dij.
Dodecathĕon, medicamentum, constans ex 12. rebus. Item, herbæ nomen, Plin.
Dodecatheos, cœna duodecim Deorum Augusti. Suet.
Dodecatylon, duodenum intestinum. Onom. m. Vide dodecadactylon.
Dodecaemĕros, tempus à Natali Christi vsque

ad Epiphaniam, cum solemne conuiuium Imperator agebat. Cedren.

Dodecẽtes, qui duodecim est annorum, *Di dodici anni*.

Dodõna, Dea glandium. Cath.

Dodra, potio constans ex nouem rebus. Dodralis potio, Auson.

Dodrans, nouem vnciæ. Dodrantãle, ex nouem vncijs, *Di noue oncie*. Mensura XII. digitorum.

Dodrum, quod ex nouem rebus factum est, *Di noue cose*.

Doerium, doarium; dotis augumentum. Item, vsusfructus certæ portionis bonorum mariti, relictus vxori superstiti. Goth. Lex. I. C.

Doga, æ, capacitas. Item, vas, *Botticella*. Dogarius, doliarius. Turn. L. I. C. *Bottaro*. Vide docha.

Dogæ, canales, quibus aqua ducitur. Item, fontium conceptacula, dochæ. Dogæ nauium, capacitates earum, Cuiac. Salm.

Dogma, placitum, decretum. Lex. docens scientiam Dei. Dogmatizo, as, dogma trado.

Dogmatici, logici, methodici, medici, qui ratione duce inueniunt remedia, ex quibus perfici possunt morborum curationes. Gorr.

Dogmatici, qui sunt idonei ad præcipiendum.

Dogmaticus, medicus, logicus, Vide, medicus.

Dogmatistes, dogmata præscribens, & leges. Dogmatica, doctrina decretoria: Parænetica, præceptoria, suasoria. Lipsi.

• Dolabella, parua dolabra, *Ascietta*.

Dolabelliana pyra, longi pediculi.

• Dolabra, p. p. instrumentum, quo dolantur ligna, *Ascia*. Item, hastile præferratum perfringendis portis.

• Dolabrum, instrumentum, per quod ignis, vel flamma in tignis recepta, quasi dolando abraditur, ne prograediatur.

• Dolamen, dolumen, dolatio, dolabra. Isid. Gloss. Dolatilis, dolatus, *Asciato*.

• Dolatũra, dolatio. Dolatile, aptum ad dolandum. Dolatorium, locus in quo dolatur. Cath.

• Dolãre, à, dolo, as, materiæ asperitatem læuigare, & complanare, *Asciare*, *pulire*. Item, in obscœnis, Apul. dolare dolum. Plaut. *Machinare vn'inganno*.

Dolcatur, pro doleat. Inscr. vett.

Dolentia, conquestio. Gellius. Dolesco, doleo. Gloss. *Dolersi*.

Dolesus, nequam, *Doloroso*. Monos.

Doliare vinum, nouum, vetustatem non habens, contra diffusum. Vide.

Doliaris anus, obesa, tumida instar dolij. Lex. Philol.

Dolichodítus, habens longam cervicem, seu collum.

Dolichodrõmi, qui sexies stadium obibant curriculo. Bud. Vide, dolichus.

Dolichographia, scriptorum prolixitas.

Dolichurus, longam habens caudam. Lex. Philol.

Dolichũrus, versus Hypermẽter; cui supersit vna syllaba, & quasi caudam longam trahens, *Verso à cui auanza vna fillaba*.

Dolichus, sæpè repetitus cursus, aut vbi septem currunt. Item, mensura 12. stadiorum vno cursu. Item, leguminis genus. Diaulos, idem spatium cum cursu, & recursu. Dolichodromus, septies decurrebat: Stadiodrõmus, semel: Diaulus, iterabat. Item, semen plantæ hortensis. Gorr.

Dolichus, stadium in longum, & cursus: diaulos, verò recursus sine intermissione in eodem stadio. Scal. Poët.

Dolio, is, dolo, as, Vide. Varro. Dolitus, dolatus, abrasus. Item, pro doluit. Varr. Doliõla, locus in vrbe. Fest.

Dolito, frequenter doleo, *Dolersi spesso*.

• Dolium, vas grande vinarium, olim fictile, *Botte*. Doliarius, qui dolia facit, *Bottaro*. Doliõlum, paruum dolium, *Botticino*. Doliarium, dolium. Item, repositorium, in quo dolia reponuntur. Lex. I. C. Dolãre, ris, Dolij capacitatem habens, *Che cape vna botte*.

Dolo. Vide dolio.

Dolocleptes, qui dolos celat, ita dictus Prometheus, *Chi cela gl'inganni*.

Dolon, multerum cœtus, Dianam colentium. Item, minimum velum ad proram nauis.

• Dolo, as, complano, asperum leuigo; vnde, dolabra: dolabella, parua dolabra, *Ascietta*.

• Dolo, õnis, p. p. ingens contus cum ferro breuissimo latente, telum bellicum, & velum nauis minimum, Lipsius.

Dolomẽdes, qui dolos meditatur, *Chi machina inganni*.

Dolonia, libri rhapsodiarum Homeri, de Dolone exploratore Vlyssis. Eusth.

Dolophonia, cedes cum dolo perpetrata.

Doloph, specusator, leno.

Dolõro, as, dolorem habeo, vel patior. Dolorõsus, doloribus plenus. Cath.

Dolorificum, dolorem faciens, *Che fà dolore*.

• Dolositas, dolus, *Inganno*. Dolõsus, insidiosus, *Ingannante*.

Dolõli, dolori, antiq.

Dolõsus, fraudulentus. Dolosè, fraudolenter, *Con inganno*.

• Dolotoria, dolabra. Hinemarus, *Ascia*.

• Dolamen. Delubrum. Isid. Gloss. dolabra. Fort.

• Dolus, fraus, *Inganno*. Dolus bonus, solertia, aduer-

aduersus hostes. Dolus, malus, fallacia, fraus. Dolus, occulta malitia, *Inganno*.

Doma, ătis, tectum planum domus, *Tetto piano*. Domatio, domus, Græca locutio. Domata, tecta, mœnia. Domatium. Cerda.

Domatio, domitūra, actus domandi, *Domamento*. Domabile, quod potest domari, à domo, as, domare. Domitor, qui domat, *Domatore*. Domitura, domatio. Colum. Domitrix, quæ domat, *Domatrice*.

Domefacta, tellus proscissa, arata. Petron.

Domesticāri, domesticum fieri, *Addimesticarsi*. Cod. ll. antiq.

Domesticātim, per varias domos, *Di casa in casa*. Domesticātus, domestici officium. Buleng.

Domesticatus, dignitas Ecclesiastica, & politica. Domestici. Inde Megadomesticus, maior Seneschallus. Lex. Philol.

Domesticum, ad domum pertinens. Lex. Philol.

Domesticus, familiaris. Item, dignitas eius, qui est adiutor, seu minister legitimus, tum in palatio & foro, tum in ordine Ecclesiastico. Domesticatus, us, dignitas. Buleng.

Domicellus, dominellus, paruus dominus, *Padroncino*. Domicella, dominella, parua domina, *Damicella*. Cath.

Domicœnium, cœna domestica, quæ domi fit, *Cena in casa sua*.

Domicilium, habitatio longi temporis, domus, *Habitatione lunga*.

Domi corruptor, domus stuprator. Sup.

Domicūla, parua domus. Cath. *Casetta*.

Domicus, domesticus. Sup.

Domidūcus, Deus sponsam ducens domum. Domidūca. Iuno. Domitius, vt ea domi maneret. Aug.

Domifico, domum facio, *Far casa*.

Dominālis, inuincibilis. Glos. A. L.

Dominædius, dominus ædis. Paul. paterfamilias, domnædius, *Padron di casa*.

Dominationes, dominatus. Item, Angelorum genus Cath.

Dominicale, linteamen, quo mulieres vsæ quando Dominicum corpus sumebant, seu communicabant. Conc. Altisid.

Dominia, conuiuia domi celebrata, cuius dominus, qui conuiuium exhibebat. Sodalitia, autem publica erant. L. I. C.

Dominium, ius, ac potestas re quapiam tum vtendi, tum abutendi iure ciuili concessa. Cat.

Dominicātus, dominicatūra; Indominicātus, dominium. Sirmon. Dominicatus census, qui à domino exigitur. Idem.

Dominicidæ, p. p. occisores domini, ita dicti Iudæi, Dominum suum occidentes. Tilman.

Dominicum, cœna dominica, communio Eucharistiæ. Cypr. Sacrificium Missæ. Item, Templum Domini. Dominicus, a, um, ad dominum spectans. Dominica oratio, Pater noster.

Dominicum, patrimonium domini. Dominicalia, Feuda regalia. Lex. I. C.

Dominor, aris, Imperium exerceo, *Signoreggiare*. Vnde, Domina, *Signora*: dominicum, ad dominum pertinens, *Signorile*. Dominatus, us, *Signoria*. Dominator, *Signore*. Dominatrix, *Signora*. Dominium, *Dominio*.

Dominus minor, filiusfamilias. Augusst. dominus, præbitor conuiuij. Dominia, præbitiones, conuiuia. Lucil. Dominūlus, paruus dominus. Lex. I. C. *Padroncino*.

Domiporta, cochlea domum portans, *Chiocciola*.

Domitālis, aptus ad domandum.

Domitrix, quæ domat, *Domatrice*. Domitor, qui domat, à, domo, as, domare.

Domitūra, domandi actus, *Domamento*.

Domnus, domna, dominus, domina per syncopen. Flodoar. Domna, Imperatrix, olim dicta. Buleng. Domnus, homo dictus: Dominus, solus Christus. Domnus, cum de hominibus: Dominus, cum de Deo. Heriber. Domnus, clausstralis; Dominus, mundanus dictus. Cath. Domnicellus.

Domnædius, dominus ædium. Salm. *Padrone di casa*. Vide, dominædius. Domniædius. B. Vulc.

Domo, as, mansuefacio, *Domare*. Domitor, qui domat. Domito, sæpè domo, *Domar spesso*.

Domu, domo. Plaut.

Domuis, domus, Non.

Domuitio, ōnis, domum reuersio, *Ritornare à casa*.

Domuncūla, parua domus, *Casetta*. Domus, vs, habitatio, *Casa*.

Domutio, dominatus. Pacuu. Lucul.

Dona, superorum, seu Deorum. Munera, inferorum, seu hominum. Seru. sed confunduntur.

Donarium, donum, templum. Donaria, quæ Dijs offeruntur, *Doni sacri*.

Donatarius, cui quid donec donatur, *A chi è donato*.

Donati, in religionibus, Conuersi. Nouar.

Donatista, qui sequitur Donatum. Cath.

Donaticæ coronæ, & hastæ, quibus victores in ludis donabantur. Fest. alias, Prouinciales. Tertull. Donaticum, quod donatur, aut accipitur.

Donatiua venialia, vulgò, *Indulgenze*. Bud.

Donatiuum, munus, quod à Principe, vel Imperatore donatur militibus, vltra stipendium, *Donativo*.

Donatiuus creditor, qui donationem facit.

Donax, nummus Charonti datus pro transuectione Stygis. Rh. Item, calamus crassiore ligno pro sagittis. Item, piscis arundinis instar.

Donec, quoadusque, *Fin tanto*.

Donicum donec. Plaut. *Fin che*. antiq.

Doniter, qui dona refert, *Portator di doni*.

Dono as, largior, donatio, donatiuum; Donatus: dono affectus.

Donus, i, ponderis genus, Donum, munus. Donum, est dantis; munus, accipientis. Agr. *Dono*.

Donum, Deorum est, & præmium virorum fortium. Munus, hominum. Isid.

Dor, à quo ducitur, daris, datur. Sup. inusit, *Esser dato*.

Doratissmus, vbi hastis res geritur in pugnâ. Rh.

Dorcadissmus, cum pulsus dorcadillans; idest, per interualla conquieseit, ac mox coorirur velocior. Lex. Med.

Dorcas, caprea, damæ genus, capra syluestris. Dorcalides, flagra ex loris è pelle dorcadis. Suid. Dorceus, animal, dictum à persequendis damis, quas Græci, dorcadas vocant. Iun.

Dorcium; mulier dicta causâ adulationis, quasi pulchra visu. Cath.

Dorco, ōnis, auidus vorator. Cath. *Diuoratore*.

Dorcas, ădis, doris herba, Echium, Alcibiacum, Pseudanchusa. Lex. Philol.

Dorice, armaturæ genus.

Dorides, mensæ coquinariæ. Rh. Item, cultri coquinarij ad excoriandum.

Doridrepănon, hasta falcata. L. g. b.

Dorifer, Doryphōrus, doryfer, vide.

Dorillos, pudendum muliebre.

Dorimanes, hastâ furens. Bellandi auidissimus.

Dorion, cantilena ad virtutem excitans.

Doritppa, ab equestri dono dictus. Plaut.

Doripōnos, hasta laborans.

Doris, dis, vestis muliebris, peplum, Doricum. Rh. Doris, seruus dictus, à cultro coquinario. Plaut. Tiraq.

Doritheraton, quod hastâ in venatu captum est.

Dorium, cantilena ad virtutem excitans.

Dorriuŏri, doniuŏri, dona ciitantes. Dorouŏrus, dona vorans.

Dormibo, dormiam. Nouar. à dormio, is.

Dormio, is, dormisco, is, somnum capio. *Dormire*.

Dormiscere, dormire.

Dormitător, somniator, Turn. Item, qui solet dormire, *Sonnacchioso*. Dormito, dormire cupio.

Dormitio, oscitantia. Varro.

Dormito, as, p. p. qui sæpè dormit, *Dormicchiare*.

Dormitōrius, a, um, ad dormiendum spectans, *Attenente al dormire*. Dormitorium, locus, in quo dormitur, *Dormitorio*.

Dorodocia, corruptio iudicis, muneribus effecta. Dorodŏci, qui se muneribus corrumpi sinunt.

Dorodŏcus, p. c. quæstui, & muneribus inhians, *Chi si lascia corrompere da doni*.

Doron, palmus, donum, *Palmo, dono*. Vnde, composita, Pentadōron, quinque palmorum. Didoron, pentadoron.

Doronicum, herba in asperis nascens. H. P. radicula odorata.

Dorophăgus, doniuorius; dorophagia, donorum auiditas.

Dorophōrus, dona ferens, *Portator di doni*. Dorophoria; Antidōrum, remuneratio, *Remuneratione*.

Dorothēca, dorodŏche, hastarum theca. Rh.

Dorothēus, donum Dei, nomen proprium etiam.

Doroxenia, cum quis inhospitalitatis accusatus, dona offerens calumnias effugit.

Doropălus, à cœna quis dictus. Plaut.

Dorpia, primus dies Apaturiorum festorum, cum tribules simul ad cœnam conueniebant.

Dorsennus, persona parasitorum. Isid. Gloss.

Dorsicŭlum, paruum dorsum. Cath. *Spalletta*.

Dorsualia, dossualia, quæ igni opponuntur, dum accumbimus. Item, tegumenta, strata equis, & bobus, *Coperte di giumenti*.

Dorsum, dorsus, tota posterior pars corporis, *Schiena*. Dorsuosum, habens magnum dorsum, *Spalloso*. Dorso, as, e dorso, Indorso. Cath.

Dorsuale, dossuale, Scordiscum, corium crudum, stratum iumentorum, *Coperta di giumenti*. Dorsuarius, dossuarius.

Dortium, diuortium. Turpil.

Dorus, à pelle, seu sacco quis dicitur. Plaut.

Doryenium, planta venenata soporifera. H. P.

Dorydrepăna, præacutæ falces, insertæ longurijs, *Falci sopra le pertiche*.

Dorymăchus, hasta decertans, *Combattitore con hasta*.

Doryphōrus, Corynophōrus, armiger, speculator, satelles, lanceam portans, miles prætorius, Tertull. *Lauardiero, scudiero*. Buleng.

Doryxēnus, qui in bello hospitalem quandam amicitiam cum aliquo contraxit, vt Glaucus cum Diomede. Item, qui mittitur legatus de redimendis captiuis, hospes. Rh. Pol. Buleng.

Dos, tis, pecunia ex causâ matrimonij marito data, Alciat. Dotâle, ad dotem spectans. Dotatum, dote ornatum.

Dos caduca, quæ confiscata est. Profectitia, quam pater mulieris dedit. Aduentitia quivis alius.

alius. Acceptitia, quam extraneus dans eam ſibi reddi ſtipulatur.

Doſidicus, pœnam pro delicto ſoluens, *Chi è gaſtigato ſecondo il delitto*.

Doſis, largitio. Item, proportio ſeu datio ſimplicium medicamentorum compoſitionem ingrediens, *Doſe*. Item, medicina laxatiua potabilis. Gorr.

Doſitheos, deodatus. Bibl.

Doſius, doſicus, equus aſinini pili. Iſid. Gloſſ.

Doſon, dictus multa promittens, nil donans. Rh.

Doſſualia, dorſualia iumenta, dorſo geſtantia, *Giumenta da ſoma*. Doſſuarius, baiulus, gerulus, corbulo; Mulus marianus, *Facchino*.

Doſſum, dorſum. Vt, Proſſum prorſum antiq. B. Vulc.

Dotāle, ad dotem ſpectans. Dotale. Dotalicium.

Dotalitīum, dotarium, vſus fructus partis bonorum mariti, quam vxori propter nuptias dat, vt eo poſt mortem alatur. Lex. I.C.

Dotalitīum, donatio propter nuptias, vel res paraphernales vltra dotem datas Doris pretium. Dotāre, dotem dare. Cath. *Dotare*.

Dothien, enis. Furunculus, tumor, ſiue abſceſſus ex craſſis humoribus in carnoſis partibus. L. M. Dothienica medicamenta. Gorr.

Doto, as, dotem do, *Dotare*.

Doxa, opinio, dignitas. Orthodoxa, recta opinio: gloria. Doxūla, parua gloria. Cath.

Doxaſma, quod faciendum videtur.

Doxaſticus, opinandi vi præditus, opinator. Rh.

Doxocalia, opinio ſuæ pulchritudinis, *Opinione d'eſſer bello*.

Doxologìa, hymni genus, aut pars quædam. Item, glorioſa celebratio.

Doxomania, inſanus gloriæ amor. Doxomānes, qui amore gloriæ inſanit.

Doxoſophīa, opinio ſapientię, quam falsò homines aucupantur.

D R

Drabe, herba, naſturtium Orientale. Ruel. Drabis, herbæ genus. Onom. M.

Dracæna, draconis fœmina, *Draceneſſa*. Gloſſ. Item, piſcis.

Dracænīdes, dracunculi piſces. Plin.

Drachma, octaua pars vnciæ. Item, nummus argenteus denarius, *Denaro, dramma*.

Drachma, pugillus tantum minutulorum nūmorum, quantum pugno comprehendi poteſt. Drachma argenti, Iulius argenteus. Drachma auri, ſcutus aureus. Corn. à Lap.

Drachmālis vſura, centeſima, drachma enim centeſima pars aſſis. Bud.

Draconarius, vexillifer, in cuius ſigno erat draco. Cath.

Draco, ōnis, animal venenoſum. Item, palmes emeritus pluribus annis induratus. Onom. m. Item, piſcis: ſignum militare, vexillum. Draconarius, vide.

Draco, moneta piſcis. Item, herba hortenſis, *Draconcello*. Vide, dracontium.

Draconigēna, genitus dracone, vt Alexander, & Thebani, ita dicti.

Dracōnes, palmites vitis, emeriti, & indurati tortuoſi, *Rami groſſi di vite*.

Draconites, dracontias, gemma, quæ è cerebro fit draconum. Lex. Phil.

Dracontarium, corona confecta ex dracontiâ herba contra venena, aut ex gemmis draconilibus. Tertull. Palu.

Dracontēum, flammeum, ſeu ſignum imperatorium à dracone dictum, vt ſtaurion, à cruce. Lips. Codin.

Dracontites, gemma quæ eruitur è cerebro draconum.

Dracontium, herba hortenſis, *Dragoncella*. Serpentaria colubrina. Item, veſtis genus. Colum.

Dracontium, affectus quidam, varicibus ſimilis, & cum dolore morbus. Onom. m.

Dracuncūlus, ſerpentaria maior, herbæ genus. Iun. dracontium, dracontea. H. P. Item, piſcis. Item, paruus draco. Item, vlcus quod à parte propinquâ ad ipſum neruum habet dilatationem. L. Med.

Dragantum, Dragaganthum, Tragacantha, Vide.

Dragma, manipulus, rapina, quantum vnâ manu comprehendere poſſumus, *Manipolo, manata*.

Dragmatolōgus, qui manipulos colligit.

Dragomēni, interpretes linguarum, exoticarum. g. l. b. Dragumanus Lex. Phil.

Drama, ātis, rei repræſentatio, fabula. Dramaticum opus, Poema in quo poeta non loquitur, ſed ſolæ perſonæ agunt abſque poetæ interlocutione. Dramaticus ſtylus, actiuus Comœdiarum, & Tragœdiarum. Dramatolōgus, qui tales fabulas conſcribit. Exegematicus, in quo ſolus poëta. Mixtus, vbi promiſcuè loquitur.

Dramaturgia, opus dramaticè conſcriptum, *Opera dramatica*.

Dramea, poſt framea. Iſid. Gloſſ.

Drapetinda, luſus puerilis, ſimilis Myinda, cum vnus ex pueris, clauſis oculis clamat. Caue: caue, reliqui fugientes ſibi quiſque ne capiatur, cauet. Poll.

Drapētæ, fugitiui. Plaut.

Dra-

Drapeta, ōnos, fugitiuorum magiſter. Dalech.
Drappi, veſtes ex panno. Marcul. drappę, drappus, *Drappo*. Cod.ll. antiq.
Draquiti, manus inuidi. Iſid. Gloſſ. *Draquili*. Pap.
Dratter, miniſter acer ad res gerendas.
Draucus qui alterius libidini obſequens prepoſterâ Venere mares init: patientes verò pathici dicti.
Drensāre, eſt cygnorum, Delrius.
Drepanophōrus, falcem ferens. Drepanurgus, faber falcium, *Fabro di falce*. Vnde. Carrodrepānus. Vidę.
Dreſilla, druſilla, rore conſperſa. Bibl.
Drillopōtæ, Phallopōtæ, Pallouitroboli, Veretrillopōtæ, pocula quæ obſcœnitatem illâ figurâ referebānt. Caſaub. ad Capit.
Drimea, acria, nequitiam morborum extinguentia.
Drimyphagia, acrium ciborum eſus, vomitus acrium eſu prouocatus.
Drimyphāgus, acribus veſcens.
Dromas, ădis, camelus. Item, curſus velox. Item, nauigium celerrimum.
Dromădes, dromedarij, curſu valentes cameli electi, & ad curſum expeditiſſimi.
Droměda, dromida, cameli genus, breuis quidem ſtaturæ, ſed velocioris. Iſid. Dromēdus.
Dromicus, inter athletas, qui pedibus diu, ac citiſſimè mouetur. Curſor. Rh.
Dromoceryces, nuncij præcurſores, *Staffette*.
Dromones, nauigia celerrima, quaſi curſoria. Dromonarij, remiges, & ea nauigia ducentes.
Dromus, curſus, locus, vbi curritur. Catadrōmus, p.c. decurſorium, *Luogo da correre*. Dromos, Græcè.
Dromo, ōnis, à curſus velocitate, vel piſce quis dicitur. Plaut. genus nauis; Vide Dromones.
Dropā, æ, inaures, ornamenta muliebria. Pollux. Tiraq.
Dropax, ăcis, vnguenti genus depilatorij, & emplaſtrum, quod ſi ſit ſimplex, picatio dicitur. Pittōſis. ſola pice conſtans. Compoſitum dicitur, Pſilōthron. L. Med.
Dropacíſmus, dropăcis inſperſio. Dropaciſta, depilator. Rh. Dopraciſta pharmaca, depilatoria. Gorr.
Drops, acclamationis genus. Nouar.
Droſelītus, lapis varius. Iſid.
Droſellius, vitis ſpecies. Rh.
Droſomēli, mel roſcidum, vel roreum. Mellago. Iun.
Droſophōrus, roriferus. Droſobōlus, rorem iaciens. *Chi manda rugiada*.
Droſos, ros, *Rugiada*.
Drops, acclamatio in veteribus ſacris. Clem. Al. Nouar.
Drudes, grati conſiliarij. Sirmon. ad Capitularia.
Drudi, Vaſſi, Vaſſalli. Hincm. *Vaſſalli*.
Druidæ, Gallorum magi. Druides.
Drumus, nemus denſum. Gloſſ. vet. *Boſco ſpeſſo*.
Drungarius, drungus, drungiſtus, præfectus drungi. Trib. cuius munus excubias conſtituere, ex præſcripto magni Domeſtici. Cod. Leo. Ta.
Drungus, drunga, globus militum. Veget. Vopis. Coetus ex tribus Mœris. Mauric. Buleng.
Drupæ, baccæ, oleæ iam nigreſcentes, & mox ex arbore caſuræ. Item, quæuis baccæ. Druppa, drupēta, oliua, quæ in arbore maturuit, *Oliua negra matura*. Sup.
Druſiani, enſes præacuti. *Spade acute*.
Druſus, patiens, rigidus. Gloſſæ. A.L. Pap. *Patiente*.
Drycarpa, omnes fructus arborum. Onom. m.
Dryădes, nymphæ inter arbores habitantes: Hamadryădes, cum arboribus naſcentes, & cum ijs pereuntes: Oreades, montium: Naiades, fontium.
Drymos, ſylua querna, *Selua di quercie*.
Drymea, medicamenta acria nequitiam humorum extinguentia.
Dryndides, lapis dictus à dryndo arbore. Cath.
Dryophytæ, ranæ genus. Plin.
Dryŏchon, fundamentum nauis. Bayf.
Dryophōnum, olus ſylueſtre, filici ſimile. Gorr.
Dryops, auiculæ genus diuerſę à dryocolapte, aliâ aui.
Dryoptĕris, filix querna, herba vliginoſa.
Dryos, hyphear, viſci genus.
Dryotomice, ars amputandi arbores. Dryotŏmus, arborum amputator, *Potator d'alberi*.
Drypĕtæ, quiuis fructus, & præcipuè oliuæ maturæ adultę, quaſi ex arbore decidentes, Rh. Lex. Philol. *Frutti maturi, e ſpecialmente vliue*.
Drypſelon, cortex arboris, aut radicis detractus, Folium herbę decerptum.
Drypis, cardui ſpecies. H.P.

D V

Dua, duo, neut. plu. antiq.
Dua pondo, trepondo, duarum librarum, trium. Antiq. Bcroal.
Dualis, diuiſa fœmina. Gloſſę vet. Item, geminus. Diuiſus. Pap. Item, dualis, quod eſt duorum. dualitas, numerus binarius, *Dualità*.
Duant, dent; duas, des; duint, dent; duis, das, aut dederis.

Dubēnus,

Dubēnus, dominus vel dubius, antique, vt ſocienus, ſocius. Tert. Pac. Scal.

Dubię ſanitatis homo, ſtultus, ſemiſtultus, *Mezzo matto*.

Dubiat, dubitat. obſol. Feſt. *Dubitare*.

Dubiēnus, dubius. Plaut.

Dubiētas, ambiguitas. Sup. *Ambiguità*.

Dubingenioſus, degener, ingenio tardus. Sup. *Tardo d'ingegno*.

Dubinus, dubius, duplex. Sup.

Dubio, as, dubito, as. Vide Dubo, dubito. Antiq.

Dubitātim, dubiè. Dubitanter, Non. *Dubbioſamente*; Dubitatio, hęſitatio, *Dubitatione*.

Dubito, as, dubius ſum, *Dubitare*. Vide, dubio, as.

Dubius, anceps, duas vias habens. Dubioſum. Dubitabile, dubiè.

Ducaliter, à Duce, in modum ducis, *Ducalmente*. Sidon. Ducale, ad ducem ſpectans.

Ducaria, ſeroſa, aliarum ductrix. Lex. Phil.

Ducarij, duces. Salmas. *Capitani, guide*. Ducatorea. ductarij. Cod. ll. antiq. qui ſub ducatu erant.

Ducas, dux, *Duca*. Ducæna, Ducilla, *Ducheſſa*. L.g.b.

Ducator, ductor, Ducatio, onis. Tertul. Suppl. ducalis. Geriber.

Ducātus, vs, prefectura, ducis dignitas. Suet. adminiſtratio, actus ducendi, *Ducato*, regio Ducis.

Duce, duc. Plaut.

Ducenarius, qui duas centurias ideſt. Ducentos milites ducebat. Item, qui conſtat ducentis, *Di dugento*. Ducenaria, vectigalis nomen. Beroal.

Ducentesīma, vectigalis, ſeu tributi genus, vt quadrageſima, quinquageſima &c. Suet.

Ducentuplus, ducenties tantum. Cath. *Dugento volte più*.

Ducē ius, bis centum. Ducenarij, procuratores, curatores, agentes in rebus. L.g. b. Item, qui ducentis militibus preſunt. Buleng. *Capi di dugento*.

Ducere apud aliunt, & palam. Subducere apud ſemetipſum, & ſecretò. Don.

Duciani, ducum officiales, & milites. Briſſon. Lex. I.C. *Officiali di capitani*.

Ducillus, ducilla, paruus, parua dux. Cath. *Capitanino, capitanina*.

Ducitur, qui ad ſupplicium. Deducitur, ad leta.

Duco, is, ſumo, puto, arrogo, eſtimo, deduco, ago, *Menare, ſi. mare*. Duco volentem. Trāho nolentem, Lex. Phil.

Ductarius, qui ducit. Item, ſunis, qui per orbiculos trochleę traijcitur. Vitr. Cato. Ductariè agitur, nauis, cum funibus aduerſo flumine ducitur remulco.

Ductile, quod facile ducitur; ductiliter. Cath. ex ductile. contra, ex fuſile.

Ductim, cum morā. Ductio, ōnis, ductus, *Condotta*. Ductim bibere, ſine reſpiratione.

Ductito, Ducto, frequenter duco, *Guidar ſpeſſo*. Cath. Ductor, qui ducit, *Chi guida*. Ductrix, quę ducit. Cath.

Ductus aquę, aquę decurſus. Pap. *Corſo d'acqua*.

Dudum, nuper de paruo tempore, olim, *Poco fà*. Contra. Iamdudum, *Già un pezzo fà*.

Duella, duę ſextulę, ideſt tertia pars vncię. Bud.

Duelli, belli, aduerbialiter. Palm.

Duellicus, bellicus: ars duellica, bellica. Lucr. *Da guerra*.

Duellio, rebellis. Iſid. Gloſſ. Item, pugil. Duellator. Cath.

Duellis, hoſtis. Turn.

Duello, as, duellum facio; vnde, duellum.

Duellona, Bellona. Varro.

Duellum, duorum bellum, *Duello*. Plaut. vel duarum partium; vnde, perduellis. Feſt.

Duellus, bellus, formoſus. Neu. Item, qui perſeuerat in duello. Cath.

Duere. Dare, vincere. Pap.

Duicenſus, cum altero, ideſt, cum filio cenſus, iteratò cenſus. Feſt. contra, Improles dictus. Scal.

Duidens, hoſtiā bidens. Feſt. *Vittima di due denti, ò di due anni*.

Duige, bigę. Varro, *Carrozze da due caualli*.

Duillium, tyrannis. Sup.

Duim, dem: duent, dent antiq. Turn.

Duis, duint, dederis, dederint: das, dant. Feſt. duit, dederit. Cic. duent, dabunt. Pap.

Duitas, dualitas, numerus binarius. Item, matrimonium, in quo ſunt duo. Sabel.

Dulagogia, in ſeruitutem redactio, *Menar in ſchiauitudine*.

Dulamus, veſtis interior. L.g.b.

Dulapathia, ſeruorum ſeductio, *Sulamento de ſchiaui*.

Dularia, mancipiola. Rh.

Dulcacium, dulceamarum. Sup. Dulcerātum, dulcedine repletum. Pap. Dulcacidus. Onom. Med.

Dulciarius, dulciarius piſtor, dulcia vendens, aut Placentarius, faciens placentas, & dulcia, *Vendo caſe dolci*. Dulciarius panis, dulciaria maſſa, libum ex dulcibus, *Paſta di dolciumi*.

Dulcacidus, ſapor miſtus ex acido, & dulci, *Agro dolce*.

Dulceo,

Dulceo, dulcis fio. Dulcesco, *Addolcirsi, diuenir dolce.*
Dulciamāra, vitis syluestris, fruticibus se se intorquens. H.P.
Dulcicŭlus, aliquantum dulcis. Dulciloquus, dulciter loquens. dulcisonus.
Dulcifluus, dulciter, & suauiter fluens.
Dulciorilōquus, dulcilōquus, dulciter loquens. Næu. *Chi parla dolcemente.*
Dulcit, dulcet, *Si fà dolce.*
Dulcitas, dulcitudo; dulcedo, *Dolcezza.* Næu. dulciter, dulcè. Apul. *Dolcemente.*
Dulcitūdo, dulcedo. Sup. *Dolcezza.*
Dulcium, libum, placenta. Sup. dulciāmen. Res dulcis. Salmas, *Cosa dolce.* Dulciarium opus.
Dulco, as, edulco, dulcoro, edulcoro, indulcoro, dulcem reddo. Tertul. *Addolcire.*
Dulcorātus, dulcedine repletus, seu dulcore. Cath. *Pieno di dolcezza.*
Dulensis, charitatiua seruitus inter duos. Cath. à Dulia, dictum. Vide.
Duleutādes, serui famuli. Anon. *Seruidori.* Dulcusis, seruitus, Dulia, *Seruitù.*
Dulia, p.p. seruitus facta dominis, *Seruitù.* Dulicè, seruiliter, vernaliter, Plaut. *Seruilmente.*
Dulocratia, seruorum imperium, & dominatus, *Dominio di serui.*
Dulodidascălus, seruorum magister, *Maestro di serui.*
Dulographium, assertio in libertatem, *Il dar la libertà.*
Dulophānes, p. c. qui seruus esse videtur, *Chi pare esser seruo.*
Duloprēpes, quod seruum decet. Duloprepia, *Decoro seruile.*
Dulos, seruus, *Seruo.*
Dum, interdum, tam, *Mentre che.*
Dumāles setæ, veprinæ spinæ. Capella.
Dumecta, dumeta, quasi dumicera, *Spineti.* Dumosa, frondosa. Fest. Dumōsè, dumositas.
Dumus, spina. Dumōsum, spinosum. Dumētum, locus dumis, & spinis consitus, *Spineti.* Dumectum, quasi, dumicētum, antiq. Fest. *Spineto.*
Dumĕo, es, fio spinosus, *Diuenir spinoso.* Dumo, as, facio spinosum. Cath. *Far spinoso.*
Dunīcum, donec. Sup. *Fin tanto.*
Duntaxat, solum. Dumtaxat, Aldus cum m. *Solamente,* Scilicet.
Dunum, collis, mons, Gallorum linguâ, *Duno*, agger, cumulus arenæ, Becanus. Lex. Phil.
Duo, do, antiq. Lips.
Duodecas, bis decem, *Due decine.* Voc. Eccl.
Duodecennium, spatium duodecim annorum. Cath. duodennis, *Di dodici anni.* Duodecennis.
Duodecember, duodecimus mensis. Febr. dictus.
Duodecimānus limes, ab oriente in occidentem, & dictus, decumanus. Cardo, à meridie in Septentrionem. De Limit.
Duo, pro duos. Plaut.
Duodēnum, intestinum, dodecadactylum, Lex. med.
Duodeuiginti, octodecim, *Diciotto.* Duodeuigesimāni, milites, duodetricies, &c.
Duonum negumare, bonum negare. Duellum, bellum. Duona, bona antique. Fest.
Duonus, bonus. Duona, bona, antique. Cath.
Dupia, vasis genus. Sup. Olla, Lex. Phil.
Dupla, æ. Duplum, *Doppio.*
Duplābis, duplicabis. Fest. à duplo, as, duplico, *Addoppiare.*
Duplāres actiones, quæ in duplum dabantur. Quadruplares, in quadruplum.
Duplāres milites, duplicarij, dupliciarij, qui torque aureo ob virtutem donati duplam annonam accipiebant, amplius quàm cæteri, simplares, simplarij, dicti qui simplam. Turn.
Duplaris numerus, *Numero del doppio.*
Duplatio, dupli pœna. Duplio, onis, *Pena del doppio.*
Duplex, duplus, duas habens plicas, *Doppio.* Duplex ficus, maior.
Duplicarius, qui duabus fauet partibus, fraudulentus. Cath.
Duplicatò, dupliciter, *Duplicatamente.*
Duplices, um, pugillares, seu tabellæ, in quibus literæ, & diplomata scripta. Triplices, in quibus res amatoriæ. Quadruplices, quincuplices, &c.
Duplices, triplices, porticus duplici, aut triplici columnarum ordine. Vitr.
Duplicarij, Vidē, duplares.
Duplico, as, duplicem facio, *Addoppiare.*
Duplio, onis, mulcta dupli; hinc, talio, cum quis damnatur ad simile damnum, quale alteri intulerit. Sup.
Dupliones, duplices, duplōnem, mulctam dupli, *Pena del doppio.* Item, aurei binarij; *doppio.* Salm.
Duplo, as, duplare, duplum reddere, *Raddoppiare.* Salmas.
Duplōma, diploma, *Bolla.* Sal. Vide.
Duplus, duplum, alterum tantum, *Doppio.*
Dupondij, duobus assibus æstimati.
Dupondius, dipondius, dupondium, pondus duorum assium. Item, vilissimum pretium.
Durabile, quod potest durare, *Durabile.*
Duracinæ vuæ, duricorij, *Di dura scorza.*, Duracina Persica, os non facile emittentia, *Duracine.*
Durāmen, duramentum, firmitas. Item, moderamentum, seu vitis brachium. Onom. m. Cato.

Dura-

Duramāter, membrana dura cerebri, cui altera tenetur ſubnectitur, pia mater dicta, vtraque, Meninx vocatur. L.Med.

Durare, durum facere, perſeuerare. A duro, as: vnde, compoſita, Indūro, Edūro, &c.

Durata, ligna. Durateus, ligneus. Durius, equus ligneus, duria nox, infelix, ob Troiæ excidium.

Durdi, Theſal; fæx & amurca, voces Arabicæ. Scal.

Dureſcit, durum fit. Dureo, es, dureſco. Cath. *Indurirſi*.

Durēta, ſolium in balneo, vbi ſedentes lauantur.

Duribuccus, duribuccius, qui nunquam vult aperire os. Cath. *Di bocca dura*.

Durica, nox, ab equo durateo, ſeu durio dicta, vide Durata.

Durica caſtra, ſtationes nauium. Iſid. Gloſſ.

Duricordium, duritas cordis. Duricors, durum cor habens, *Di cuor duro*.

Duricoria, quæ ſunt duro corio, *Di ſcorza dura*.

Duriter, ſine ſenſu laboris. Durè, crudeliter. Don. *Crudelmente*.

Duritūdo. Durities, duritas, duricia, rigor, *Durezza*. Non. Sup.

Durius, durateus, equus magnus ſtaturoſus. Rh. ligneus. Ita dictus Troianus.

Durotheca, haſtæ repoſitorium, durodoce.

Durpilum, veſtibulum, poſtes, columna. Cod.ll. antiq.

Durus, ſolidus; Durè, duriter, aſperè, *Duramente*.

Duſius, dæmon, Gallis. S. Aug. Faunus, Romanis. Cath. Incubus. Lex. Phil.

Duſmoſum, dumoſum, plenum ſpinis, *Spinoſo*; vt caſmœna, pro camœna, Feſt.

Duum, duorum.

Duumuiralitij, duumuirales, qui abierunt duumuiratu. L.I.C.

Duumuiri, magiſtratus duorum virorum. Duumuiratus, duumuirates, ſenatores coloniarum. Duumuirale, ad duumuiros ſpectans.

Durslegi, ſine vulnere verbera. Cod.ll.antiq.

D Y

Dyas, numerus binarius. Trias, ternarius. Monas, vnitas.

Dyctis, animal in Africâ naſcens. Herod.

Dynamēri, p.p. Dij potentes, magni quorum fides certa in reddendis oraculis. Salmas.

Dynamēra, ſylua, & materia medicinalis. Turn.

Dynāmis, potentia, facultas.

Dynaſta, dynaſtes, potens, princeps, *Signorotto*. dynaſtia, principatus, *Principato*.

Dynos, vatis vinarij genus, quo Dionyſius libaſſe fertur. Alex. ab Alex.

Dyodecamēnus, qui duodecim menſium eſt. *Chi hà dodici meſi*.

Dyodecatæus, duodecim dies natus, *Di dodici giorni*.

Dyota, diota, vinarium vas habens duas anſas. Tanquam duas aures, *Vaſe da due manichi*.

Dyoniſiſci, oſſeæ eminentiæ propè tempora natæ. L. Med.

Dyplaſiaſmus, duplicatio duorum muſcolorum L. m.

Dyploes, ſecunda lamina caluariæ.

Dyprosōpa, dichrōma, emplaſtra gilua coloris ambigui. L.m.

Dypsăcos diabēte. Vrinæ profluuium, hydrops matellæ. Diarrhœa in vrinâ, cum id quod bibitur redditur per vrinam L. m.

Dyſæſtheſia, ſenſuum labefactatio, & difficultas. L.Med.

Dyſagria, venatio parum felix, *Caccia infelice*.

Dyſagōgus, qui tractatu eſt difficilis, *Difficile da trattarſi*.

Dyſaëria, dyſaëros, cui grauis aer, *D'aria groſſa*.

Dyſalia, quæ nauſeam, & vomitum pariunt, *Coſe che danno nauſea*.

Dyſanadōtum, quod difficile digeritur, *Quel che non ſi può digerire*.

Dyſanacietus, mitigatu difficilis, *Difficile da placarſi*.

Dyſanalyptum, quod difficilè percipi poteſt, *Impercettibile*.

Dyſanaphoricus, qui difficilè excreat, *Chi con difficoltà ſputa*.

Dyſanōdum, aſcenſu difficile, *Di ſalita difficile*.

Dyſantagoniſta, moleſtus aduerſarius, *Auuerſario faſtidioſo*.

Dyſantētus, cuius occurſus infauſtus.

Dyſapulōrum, ægrè cicatricem contrahens, *Chi ſi ſalda con difficoltà*.

Dyſarchia, difficultas imperandi, *Comando difficile*.

Dyſauxitus, qui difficile augeſcit, *Chi con difficoltà creſce*.

Dyſarctos, imperij habenas difficilè ſuſtinens, *Chi difficilmente ſoſtiene il comando*.

Dyſariſtotocia, bona filiatio ægrè acquiſita, *Buona figliuolanza, ma con difficoltà*.

Dysbulia, difficultas, & infelicitas conſilij, dysbūlus, *difficile nel conſiglio*.

Dyſcapnus, fumum moleſtum habens, *Chi fa fumo*.

Dyſcatallacti, inexorabiles.

Dyſcatagoniſtus, expugnatu difficilis, *Chi non ſi può abbattere*.

Dyſchoria; difficultas regionis, *Paeſe faſtidioſo*.

Dyſcineſia, difficultas motus, *Difficoltà nel muouerſi*.

Dyſclē-

Dyſclērus, quem difficilis ſors premit, *Diſgratiato*.

Dyſcœlius, cui aluus difficilior eſt. Onom. m. *Stitico ai ventre*.

Dyſcœtus, malè cubans, *Chi mal giace*. Dyſcolocœtus, incommodè cubans.

Dyſcollētum, quod difficilè conglutinari poteſt, *Chi non ſi può incollare*.

Dyſcōlus, p. c. difficilis, moroſus *Incontentabile*. Dſcolia, moroſitas, *Incontentabilità*.

Dyſcōphus, p. p. aurium grauitate laborans, *Duro d'vdito, ſordaſtro*.

Dyſcrasia, intemperies, primarum qualitatum inæqualitas, *Diſtemperamento*.

Dyſcritus, iudicatu difficilis, *Difficile da giudicarſi*.

Dyſdiachorētus, qui difficulter excerni poteſt.

Dyſdiaphylactus, cuſtoditu difficilis.

Dyſdiacritos, quid iudicari difficilè poteſt, *Di chi non ſi può dar giudicio facilmente*.

Dyſdiatypotus, ſeruus qui ægrè ad bonos mores formatur, *Chi con difficolcà ſi corregge*.

Dyſdiegertes, expergefactu difficilis. Gal. *Chi difficilmente ſi ſueglia*.

Dyſdiæretus, qui diſiungi facile nequit, *Chi non ſi può ſeparare*.

Dyſdiexōdus, vnde exire non facile eſt, *Luogo che non hà vſcita facile*.

Dyſdiorthōtus, qui vix corrigi poteſt, *Incorrigibile*.

Dyſecthyta, dira, ſacra, *Maledittioni*.

Dyſeglogiſtus, qui computari ægrè poteſt, *Difficile da computarſi*.

Dyſelcus, vlceribus curatu difficilibus, *Incurabile*.

Dyſelpiſtus, deſperatus; dyſelpia, deſperatio, *Diſperatione*.

Dyſembōla, regio in quam non facilè erumpere poſſunt hoſtes, *Forte, inespugnabile*.

Enthecatum, in repoſitorio conditum.

Enthealticus, qui fanatico furore agitur, *Chi ſmania*.

Entheſypathia, muliebris paſſio in eo, qui patitur muliebria.

Enthemăta, ſurculi, qui inſeruntur, *Inneſti*. Item, Enthemata, enomata, emplaſtra ex albumi ne vulneribus recenter factis, ad ſanguinem ſiſtendum, & inflammationes, *Chiarate*. Bh.

Enthemion, interior pars puppis. Pol.

Enthĕſis, interpoſitio.

Entheſmus, qui eſt intra legem.

Enthĕton, medicamentum præſtantiſſimum.

Enthĕus, numine diuino afflatus, in quo Deus ineſt. Enthcātus, entheaticus, enthuſiaſtes, Deo plenus, *Inſpirato da Dio*. Entheos, as.

Enthērus, feras habens, *Chi hà fiere*.

Enthrymmatĭdes, placentæ genus. Dalech.

Enthroniſtica, cathedralia, cum quis in ſedem ponitur, de Epiſcopis dicitur, & alijs dignitatibus. Conſt.

Enthuſiaſmus, fanatica perculſio, ſeu affatio numinis, *Inſpiratione*. Enthuſiaſticus, enthuſiaſtes, enthuſiaſticum, diuinum.

Enthusicum, anthriſcum, cęrephyllum, herbæ genus. Iun.

Enthymēma, p. p. animi conceptus, commentum, argumentationis ſpecies imperfectæ.

Enthymēſis, p. p. congitatio, commentatio. Tertul.

Entolina, præſcripta, quę legati à Principibus ſuis accipiunt, in quibus legationis capita continentur. Lex. Philol. *Inſtruttione*. Buleng.

Entōma, p. c. inſecta animalia, vt muſcæ, apes, &c. entomata, *Inſetti*.

Entōmum, vnum ellebori genus nigrum per inferna purgans.

Entoridea, interea. Sup. Entoridia, in medio. Lex. Philol.

Entormia, pars choënicidis, in quâ ſunt tormi, ideſt cardines, Baldus. Heron. Antitormon, dicta.

Entrichōma, p. p. pars ſub oculis, extimâ palpebra, vbi enaſcuntur pili longiuſculi.

Entrĭchon, coma appoſititia, *Capelliera finta*. Entrichus, qui comâ appoſititia ob capilli defectum vtitur, *Chi porta capelliera finta*. Poll.

Entritus, Intertius, arbiter. Gloſſ. L. *Arbitro*.

Entrōpha, innutrita. Item, muliebre ornamentum. Pol.

Entryphēma, oblectamentum, deliciæ, *Guſto, diletto*.

Entypōſis, humeri acetabulum, vbi humerus brachio coaleſcit. Onom. m.

Entropides, calceamentorum genus. Entropa. Poll.

Enubĕre, extra gentem, aut ordinem nubere, *Maritarſi fuor di ſuo grado*, cum plebeia nobilis, aut contra, ab Enūbo, is : vnde enuptio, diminutio, enuptiæ. Liu.

Enubilus, clarus, *Senza nubo, chiaro*.

Enubio, inibenti. Feſt.

Enucleo, as, nucleum à putamine extrabo, explano, *Snocchiolare*. Enucleāte, apertè. Enucleatum, apertum.

Enūdo, nudo, *Nudare*.

Enula, gengiuæ intimæ : Vla, extimæ. Rh. Item, campana officinarum. Iun. helenium herba, *Inola*.

Enulesta,legumina. Sup.

Enülum,Ænulum,Ænea,caldarium. Scal. Gloss. *Caldara*.

Enülus,hinnulus. Sup. *Polledro*.

Enumero,recenseo, numerare : enumeratio, *Annoueramento*.

Enuncio,vide,Enuntio.

Enundinare,mercari. Tertull. *Far mercato*.

Enunquam,ecquando. Fest.

Enuntiatio,oratio,clausula. Lex. i. c. Enuntiatiue. Enuntiatum,propositio,oratio perfecta.

Enuntio, Enuncio, eloquor. Enuntiatiuum, declaratiuum. Enuntiatrix, quæ enuntiat. Enuntiator.

Enutrio,is,alo,sustento, *Nudrir*.

Enuunt, innuunt.

Enyalueus,Martis filius, Quirinus.

Enydrus, coluber in aqua viuens. Onom. med. *Serpente d'acqua*.

Enypniastes, qui videre insomnia solet, *Chi è solito sognarsi*.

Enyo,Bellona, Dea belli. Enyalius, Deus bellicus,Martius, Gloss. Quirinus. Lex. Philol.

E O

Eo,pro ei : eodem,pro eidem. Salmas. eodem loci : eovsque, eò, tantum.

Eo,is,gradior, *Andare*. Vnde composita.

Eolocrasia grauedo hesternæ crapulæ.

Eolonĕcros,qui dudum mortuus est. Suid. *Poco fà morto*.

Eoloprasia,hesternæ repletionis grauedo. Onom. M. *Granezza di testa per crapula di hieri*.

Eolus, hesternus, pridianus scilicet cibus, qui in sequentem diem relictus saporem amittit. Item, varius,æolus. Vide.

Eon, totus oculorum ambitus. Poll. *Giro dell'occhio*.

Eoræ,vestes,quæ per aërem ferebantur. Scal. Lege. Aōræ.

Eortastica, quæ ad festi celebritatem spectant, *Cose attenenti alle feste*.

Eortologium,fasti,liber,in quo Deorum festa notata sunt, *Fasti*, *Calendario*.

Eorunc, eorum. Palm.

Eos, aurora, diluculum, dies oriens, primus Sol oriens, Voc. Ecc. Eous, a, um, orientalis.

Eosphōrus, Lucifer, *Stella diana*.

Eous,orientalis, oriens, *Oriente*.

Eovsque,in tantum, *Fin'à tanto*.

E P

Epacmastĭcus, sensim inualescens. Iun. *Chi à poco à poco piglia forza*.

Epacta, intercalatio, additio XII. dierum quotannis Lunæ ad cursum solarem, ex qua ætas Lunæ deprehenditur. Epactus, auctus, aduentitius, intercalaris; hinc, dies epacti, XI. Lunæ intercalares. ab epago, Vide.

Epactra,epactron, piscatoria remigia. Epactres, piscatores. Rh. Bayf.

Epacrius, Iupiter dictus, quod ei in somnis montibus, & promontorijs aræ solitæ statui.

Epæcla,epeclia,quæ post Æclon, idest, cœnam dabantur bellaria, *Pospasti*.

Epænetus,laudabilis. Bibl.

Epænum, testimonium celebre de aliquo, encomium, laus in conuiuijs.

Epætes, medicus, Stuch.

Epago,induco,intercalo,vnde,Epacta. Vide.

Epagogæi,magistratus Athenienſis. Sidon.

Epagōge, p. p. inductio, ordinum series, continuatio. Item, argumentatio ex concessis texens laqueos.

Epagogia, genitalium præputia malè affecta. Gorr.

Epăgon,trochlea, *A posticcio*. Vitr. Epago,ōnis, ergates,artemon nauis, Argana,siue trochlea, quâ funes ductarij, & cætera nauis ornamenta, & onera explicantur. Vitr.

Epagon, inducens. Item, in radice machinæ, siue erecti tigni trochlea tertia, Artemo dicta. Lex. Philol.

Epaicla,epacelia,bellaria, quæ à cœna apponuntur. Lex. Philol.

Epalimma, vulgare, ac palæstræ vnguentum. Onom. med. *Vnguento*.

Epallaxis, permutatio, ab altero in alterum transitus,ita vt oculum fallat. Item,micatio digitorum, *Giuochi di dita*.

Epallelia,series continua sine intermissione, *Continuatione*. Contra,Hypallelia.

Epallocarpa, quæ aliarum plantarum fulta sustentaculo, quasi fructificant.

Epalxis,pinna,propugnaculum turris.

Epanachorēsis, reditus in patriam, *Ritornata alla patria*.

Epanadiplōsis, p. p. Epanalepsis, figura, cum idem,verbum in eâdem sententia primum est, & postremum. Epanadiplōma, reduplicatio, replicatio, *Replica*. Item,in febribus.

Epanalepsis, figura, eorundem verborum simul positorum post multa interiecta facta repetitio, *Verso intercalare*.

Epanaphŏra, p. c. figura, cum ab eodem verbo plures inchoatæ sententiæ incipiunt.

Epanastrŏpe, figura, cum membri vnius finis, principium fit alterius.

Epanatrygia, racematio facta post vindem am, *Raspollamento*.

Epanconiſmus, flexuoſa corporis diſtortio. Dalec. incubitio, cogitabundi geſtus.

Epangelia, denuuciatio, & accuſatio eius, qui præter leges concionatur, aut Remp. capeſſit.

Epanōdus, p. c. reditus. Item, figura, repetitio breuis per capita, peroratio, regreſſus.

Epanorthoſis, correctio, figura. Reſtitutio in integrum. Epanorthōma, quod emendatum, & correctum eſt, *Correttione*.

Epanthēlis, infuſio aquæ, vel alterius liquoris in eum, qui lauatur.

Epanthiſmus, exornatio, quæ fit adhibendo floridos colores, *Riſiorimento*.

Epanthracīdes, piſciculi, qui ſuper carbonibus, ſeu prunis aſſatur. Item, panes ſubcinericij. Athen. Epanthrācis, idis.

Epaphærēlis, repetita ſanguinis miſſio. Onom. med. *Ricauamento di ſangue*. Gorr.

Epaphærēſis, mollius comæ ornamentum varijs locis capillo ſucciſo. Rh.

Epaphras, ſpumans, Bibl.

Epaproditus, venuſtus, iucundus. Bibl.

Epaphrodisia, venuſtas, lepor. Epaproditus, venuſtus, *Leggiadro*.

Epar, Vide Hepar.

Epargēmus, oculorum vitio laborans. Argēmus, enim albugo dicitur. Lex. med.

Eparchia, præfectura, Prouincia. Eparchica, libri continentes edicta, & generales formas. L. I.C.

Eparchus, præſes, prætectus. Eparchiōtes, Prouincialis, *Prouinciale*.

Eparchus, dignitas media inter magnum Papiam, & magnum Drungarium. Præfectus vrbis. Bud.

Eparmăta, tumores ſecundum aures præter naturam in ægrotantibus exorti, Gal. Parotides, dictæ. Vide.

Epaſmăta, cantilenæ, quales pueris nutrices canunt.

Epaſtus, paſtus, *Paſciuto*.

Epathlon, premium certaminis, & athletarum, *Premio de lottatori*. Item, iudicij.

Epatici, Hepatici, qui hepate laborant, *Chi patiſce di fegato*. Vnde. Epatoſcopia, epatoſcōpus: legeo Hepar.

Epatoſcōpus, Hepatoſcōpus, haruſpex, inſpector epatis. Vide, Hepar. Epatoſcopia, haruſpicina. Suid.

Epaulia, dona, quæ poſtriduano nuptiarum die ſponſæ pater ſponſo proferebat. Item, Dies nuptias ſubſequens, Repotia, dies ſecundus poſt nuptias. Rh.

Epaxiecraſtus, dignus, qui ametur, *Degno d'eſſere amato*.

Epecdiegēlis, geminata narratio, *Replicata narratione*.

Epeclia, apotragemăta, tragemata, quæ poſt cœnam dari ſolent. Rh. *Confetture, poſpaſti*.

Epechoregemăta, epechiomăta, epidorpiſmăta, epidipna, epiphoremăta, bellaria ſecundæ menſæ, *Poſpaſti, coſe mangiatiue per doppo menſa*.

Epectăſis, porrectio, figura, cum ſyllaba interponitur, dicta, epenthēſis, vt, Induperator.

Epeleuſis, aduentus repentinus, ingreſſus cum impetu, *Entrata repentina*.

Epeleuſtice, motio aduenticia ſuperueniens. Rh.

Epemböle, figura oratoria non abſimilis parenthēſis. Intercalatio.

Epenſāre, expenſum ferre in rationibus factitandis. Bud.

Epeudyma, ſuperior tunica, ſuper indumentum.

Ependytes, p. c. veſtis Monachorum, vt ſcapulare. Mar. Vict.

Epenemēlis, Indictio. Vide.

Epenthēſis, appoſitio litteræ, vel ſyllabæ ad medium dictionem; induperator, relligio.

Epenthymēma, enthymema enthymemati additum. Epenthymēſis, argumentatio potius quàm figura.

Epeōlus, papilio lucernarum luminibus aduolans, *Farfalla intorno a' lumi*.

Epergasia, repetitio probationis: communio culturæ inter duos populos.

Eperlānus, piſcis fluuiatilis. Rondel.

Eperrhinion, mauris. Tiraq.

Epesbōlus, verba probroſa in aliquem iacies, *Chi dice villania*.

Epetocarpus, ſingulis annis fructum ferens, *Che fruttiſica ogn'anno*.

Epetophōrus, annuatim ferens, *Che porta ogn'anno*.

Epeuanacti, in mortuorum locum ſuffecti. Dalec.

Epeus, ſumificus, coquus. Plaut.

Epexagōge, protectio exercitus compoſito agmine, *Marchiata dell'armata*.

Epexegēlis, enarratio, narrationi adiuncta; narratio, exepegēlis. fig. enarratio potius, *Narratione*, cum obſcurum pluribus explicamus.

Epexergasia, operis conſummatio. Item, figexpolitio.

Epexōdus, exitus aduerſus aliquem, *Vſcita contra vno*.

Epha, ephi, menſura, quæ in cibum ſufficeret vni homini ad decem dies. Rh.

Epha, menſura continens tria ſata, ideſt, orca 432. Item, menſura, quæ pro lautioris heri familia ſemel coquebatur in panificio. Lex. Phitol.

Ephalmatōres, ſaltus corpore facientes. Scal. ad Manil. *Saltatori*.

Ephaptis, veſtis muliebris, vel velamen purpureum,

pureum, quod manibus circumuolebant milites, aut venatores. Poll.

Epharmiōtæ, Cretenſes ſerui, quibus interdicta gymnaſia, & armorum vſus. Rh.

Epharmōſis, adaptatio, ſpecies comparationis cum redditur. Lex. Phil.

Ephebēum, ephebīum, ephœbeum, locus vbi pueri exercentur. Ludus litterarius puerorum. Item, locus eorum in theatro, vbi ſedebant, dictus etiam, ephebīcum. Item, vbi ſcortantur. Buleuticum verò, vbi ſenatores. Item, pubes, pecten, aqualiculus. L. m. Item, vbi pueri ſtuprantur. Iſid. Gloſſ. Item, ventrale velum, Lex. Phil.

Ephebia, p.p. pubertas, *Gioventù*.

Ephebīcus, locus adoleſcentibus in theatro deſtinatus Athenis. Scal.

• Ephēbus, p. p. puer pubeſcens. XVI. annum agens, *Giouinetto di prima barba*. Mellephēbus, XV. Exephēbus, XVII. Pædæ, XIV. Ephebiōlus, paruus ephebus. Ephēbus honorarius, *Paggio*.

Ephectica, recrementum impedientia. Tiraq.

Ephectīci, philoſophi, qui de rebus dubitant, ſceptici dicti, cunctatores, hæſitatores, nil deliberantes. Suid. Bud.

Ephectum, ſeptenarius numerus, qui continet ſenarium, & vnitatem. Vitr.

Ephēdra, inſtrumentum chirurgicum reponendis membris luxatis idoneum. Item, herbæ genus, arboribus inſidens. Lex. Phil.

Ephedriſtēres, qui in ludo ephedriſmo, deuinctis manibus à tergo iunctis inſiſtentes portantur.

Ephēdrus, athleta fortis, certaturus cum fatigatis; & qui medius ſedet inter duos, ne inter ſe certent, ita dictus Craſſus inter Cæſarem & Pompeium. Rh.

Ephegēſis, p. p. cauſæ, vel iudicij genus cum accuſabatur exul, aut homicida regione interdictus, aut aduerſus eum, qui publicum aliquid clanculum poſſidere exiſtimabatur. Suid.

Epheleis, idis, cruſtula vlceri obducta, ramentum ſeu guttula cruoris tuſſi interdum reiecta. L. m. Gorr.

Ephēlis, p.p. macula faciei, tuberculum, lenticula, ſeu aſpredo, & nigredo cutis ex ardore ſolis genita. Ephēlus, hoc laborans morbo. L. m.

Ephelmarius, tabulis vtens in ſaltando, vt Petaur ita, *Saltatore*. Ephelmator.

Ephemēra, p. c. ephemēros, febris vnius diei; diaria, dicta, *Febre d'vn giorno*. Ephemēra animalia, viuentia vnum diem, *Animali che viuono vn giorno*.

Ephemereuta, qui ſignum dabat ad diſcumbendum in conuiuijs Eſſenorum. Pilo.

Ephemeria, ſtatio hebdomadaria ſacerdotum in templo per vices. Lex. Phil.

• Ephemēris, p. c. idis, diarium ſcriptum, quod acta cuiuſque dici ſigillatim complectitur.

Ephemēris, libitinaria, rationes Libitinæ in quas relati peſte conſumpti. Hugo.

Ephemērum, p. c. diurnum, vno die durans, *Che dura vn giorno*. Item, herba, vno die necans, aut cuius flos vno die durat. Lex.

Epheſia, ſacra Dianæ Epheſiæ, & celebre certamen, ſeu feſtum Epheſi factum Epheſius, deſiderabilis. Bibl.

Epheſtij, Penates, Lares, quod aris, & focis præſiderent.

Epheſtius, in Veſtâ, & Lare ſedens, & qui in alienâ eſt domo, ſeu qui larem habet.

Epheſtris, veſtis, quæ ſuper arma aut thoracem indui ſolet; Paludamentum, Romanis. Bayf. *Cappa, ſopraueſte, manto*.

Ephetę, magiſtratus Athenis iudicans de capitalibus. Ephēta, Hebraicè, adaperire. Voc. Ecc.

Ephetinda, ludus, cum pila alio protenditur, aliorſum autem iacitur, Lex. Phil.

Ephi, menſura trium modiorum. Voc. Eccl. *Tre moggi*.

• Ephialtes, epialtes, incubus, quaſi inſultoria nocturna in ſomnis oppreſſio; ſuffocatio, qua quis ſe malè opprimi, cum difficultate reſpirandi, imaginatur. L. m. Ephialtion, præonia.

Ephiaſtria, Ephialtion, præonia, quod aduerſus ephialtem fit remedio. Lex. Phil.

Ephichærecācus, alienis malis gaudens. Dalec.

Ephidrōſis, ſudor prouentus paucus & inutilis. Gorr.

Ephipparchia, principatus equitum, Ephipparchus, magiſter equitū, *Capitano di caualleria*.

• Ephippium, equorum ſtragulum, *Sella*. Ephippiarij equi, qui ephippium portant. Ephippiati, ſtrati, *Sellati*.

• Ephippion, currentium equorum certamen. Item, ſtratum, ſella equi, *Sella*.

Ephippius, equeſtris. Ephippius, qui equo vehitur, mules eques, ſtatua equeſtris.

Ephod, ſuperhumerale, Hebræorum ſacra veſtis humeros obnubens, vſque ad cingulum pertingens, Amictus inſtar, vtrinque apertum. Alcuin. Epōmis dicta, ſuperindumentum. Item omnia ornamenta ſacrarij, Ephodes. Lex. Philol.

Ephōdi, vigiliarum circuitores, *Ronde*. Item, generales genituræ ingreſſiones, & initia. Firmic.

Ephodia, p. p. vigiliarum circuitio, luſtratio, quæ obeundo fit, *Rondamento*.

Ephodium, commeatus ad iter peragendum, *Vettouaglia per viaggio*.

Ephō-

Ephŏdus, via, insinuatio, accessus, apparatus.
Epholcium, epholcis, dis, scapha, nauis parua, quæ à magnâ trahitur, *Schifetto*. Item, quicquid ex alio pendet, epholcium.
Ephoraticus, peritus rebus inspiciendis, *Pratico per vinedere*.
Ephŏri, inspectores, censores apud Lacedæm. quales Romæ Tribb. pl.
Ephorium, locus vbi Ephori iudicia exercebant. Ephoria, inspectio, *Rinistra*.
Ephorius, qui in finibus est, finitimus, *Confinante*.
Ephormēsis, inuasio cum impetu, *Assalto*.
Ephormus, nauticus assultus. Item, locus stationi nauis accommodus.
Ephŏrus, inspector, præses. Vide. Ephŏri.
Ephphera, aperire. Euang.
Ephthopōles, p. p. qui cocta, & elixa vendit, *Vendo trippe*. Ephthopolium, vbi cibi cocti venduntur, *Tripparia*. Rh.
Ephydrōsis, sudoris prouentus circa thoracem, & caput. Item, sudoris copia. L. m.
Ephymnium, quod hymno succinitur, *Versetto*. Epodium, post Odem, secundus versus odæ. Vide, epōdus.
Ephypnidium, quod ad somnum afferendum sit, *Per far dormire*.
Ephydor, p. c. qui Athenis apparitor clepsydras moderabatur.
Ephydron, herba, equisetum, Hippuris.
Ephyræum æs, Corinthium. Palm.
Epiālon, algor febrem præcedens. Epialus, hepialus, rhigopyrētos, genus febris quotidianę, quo ægri rigent, & febricitant leuius calefacti, dicta, Phlegmatica: si vehementius, Pyretus. L. m.
Epialtes, vide ephialtes.
Epibădes, p. p. naues, quasi, epibatides, ad vectores traijciendos. Vlpian. *Epibategi, naui da porto, passaggieri*.
Epibătæ, nauis ascensores, milites classiarij in nauibus merentes. Vectores etiam. Item, laici. Isid. Gloss. *Epibategi, passaggieri*.
Epibasia, occupatio rei alienæ, *Occupatione della robba d'altri*.
Epibateria, machinæ ad muros scandendos, vt scalæ. Epibătes, scansor, qui scandit.
Epibaterium, itinerarium nauale, & classicum.
Epibaterium, carmen, vel oratio dicta post peregrinationem alicuius post liminio in patriam. Scal. Lex. Philol.
Epibătes, inscensor, qui equo vehitur. Item, qui naui conducta vtitur. Item, classiarius miles.
Epibatæ, laici vel superuenientes. Gloss. Isid. Lex. Phil.
Epibaticus, a, um, ad epibatam pertinēs. Lex. Phil.
Epibathra, scalæ nauticæ, *Scale marinaresche*. Item, pons, qui machinis adhibetur ad muros vrbium scandendos.
Epibathrum, naulum, merces pro consensâ naui, *Nolo per la barca*.
Epibda, dies quarta, & vltima festi Apaturiorum apud Athen. Epibdę, dies, qui festum insequuntur. Rh.
Epibemăta, species saltationis.
Epiblēma, auctarium, frustum vestimenti, quod assuitur fracturæ. Item, vestimentum exterius, Tiraq.
Epibæon, sacrificium post, seu præter bouis immolationem factum Mineruæ, adijciebatur enim Pandroso. Harpocr.
Epibŏle, applicatio intellectus, superindictio. Defensio, propugnaculum. Incubus morbus. Onom. med. Item, figura.
Epibŏlos, fibula, quæ axi indita ipsum impedit ne rotis excidat.
Epibomius, super aram positus. Epibomia sacra, super aram impositæ.
Epibūla, consilium aduersus quempiam initum. Epibūlus, insidiator, dolosus, *Ingannatore*.
Epicaia, epicea. Vide. Epijcia.
Epicalymma, tegmen, operculum cancrorum. Rugosum operculum, *Scaglia vnuida*.
Epicalypsis, velatio, occultatio, *Coprimento*.
Epicamison, tunica, L. g. b.
Epicanthides, oculorum anguli: Encanthides. Gorr.
Epicarpia, fructuum perceptio, vsus rei fructuosus. Epicarpius, frugifer, *Fruttuoso*.
Epicataphŏra, superna cœli porta: pars cœli in signifero, seu zodiaco, in octauo ab horoscopo signo. Anaphŏra, trigintà partibus ab horoscopo distat.
Epicataphŏri, in Venerem proclines. Rh. *Libidinosi*.
Epicauma, adustiuum, anfume, cuticula adusta in superficie, vlcus contrahens. L. m.
Epicausis, epicauma, adustio, oculi vlcus crustosum, impurum, humore fædo affluens.
Epicaustorium, instrumentum, quod fit super ignem causâ emittendi fumum, *Camino*. Item, locus ad ignem, vbi vngebantur. Cath.
Epicedium, nænia, monodia, carmen funebre, cantatum, cadauere nondum sepulto. Epiceia. Vide epijcia.
Epiceleusis, hortatio maritima. Scal.
Epicephalæum, Epicephalium, capitatio, tributum in singula capita imperatum, vel Columnarium, in singulas columnas, &c.
Epicerastica, medicamenta acrimoniam mordacium humorum retundentia. L. m.
Epicērycia, missio legatorū de pace, aut fœdere.

Epicē-

Epicēros, mortalibus morbis obnoxius, *Sottoposto à malatie mortali*.

Epichærag̃thus, qui honestis delectatur studijs, *Chi attende à buoni studij*.

Epichardia, nauiculæ genus.

Epichærecăcus, qui malis artibus delectatur. Epichærecacia, hæc ars, *Chi attende à mal'arti*.

Epichartus, de cuius calamitate homines lætantur.

Epicheia, vide, epijcia.

Epichimasis, Prochumasis, præsideratio, cum maturius hyemis rigor præcedit. Lex. Phil. Vide, Præsidero.

Epichir, qui est ad manus, & præsto est, *Pronto*.

Epichira, manu pretia, præmia militaria, authoramenta, *Donatini*.

Epichirēma, epicherēma, ratiocinatio, argumentum quo aliquid probaturi sumus. Epicherematicus, probatiuus argumentatione.

Epichirēma, quod quis manu aggreditur. Epichireo, ad manus sumo, admoueo manus. Item, ratiocinatio contraria enthymemati, cum altera propositio deest: epichirema verò habet veramque propositionem cum probationibus. Scal. Lex. Phil.

Epichirotonia, plebiscitum, quòd fieret manuum intentione, deliberatio per suffragia.

Epichrista, circumlitiones. Gal. Tiraq. in pictura sunt vltimæ manus lambenti penicillo datæ, *Ripolimenti*.

Epichthonius, qui super terra est, seu viuit, *Chi è al, mondo è sopra alla terra*.

Epichysis, infusio, vasculum vinarium, è quo in cyathos infundimus, infundibulum. Athen. *Imbuto*.

Epichytum, genus pegmatis, hoc est bellariorum, seu placentæ, *Cose dolci per pospasti*.

Epicichlides, genus carminis, quod cum turdis donabat qui id pueris præcineret. Rh.

Epicindynum, p. p. cum periculo coniunctum, nauticum creditum, quod est periculo creditoris, Apocindynon, p. p. creditum terrestre, periculo debitoris. L. 1. c. *Assicuragione*.

Epicitharisma, pars fabulæ postrema, cum cithara canitur. Tertull. Githbrisma, sonus.

Epiclēma, criminis obiectio, *Rinfaciamento*.

Epiclērus, ad quem vniuersa hæreditas pertinet, qui nullos habet coheredes. Epipræcos, cui pars contingit.

Epiclēti, ad conuiuia extraordinariè vocati, non vocati accumbentes, nuncupati vmbræ, *Sopranumerarij, non inuitati*.

Epiclinium, sella, vel lectus, in quo acclinare nos possumus, *Luogo da cericarsi*.

Epiclysis, illuuio, inundatio, *Allagamento*.

Epicnōmus, recognitor. Epicnosis, recognitio, *Chi riconosce*.

Epicœnus, communis, promiscuus. Epicœna, nomina, vtrumque sexum complectentia.

Epicombia, donatiuum, die coronationis, aut nuptiarum Imperatoris distributum in populum, illigatum panni segmentis, loco crumenarum. Cantacuz. Nouar. Combi, segmenta.

Epicombia, segmenta ex panno, & in vno quoque segmento nomismata aurea tria, argentea totidem, & tria ex obolis colligantia in multitudinem ab Imperat. sparsa, dicta missilia, Bulen.

Epicōmi, iniurioſi comessatores. Epicōmos, p. p. ad commessationem ventitans.

Epicomia, laudationes, quæ in comessationibus, post victoriam concinebantur. Rh.

Epicopănum, mensa coquorum, supra quam secari carnes solent. Poli. *Tauola da cuochi da tagliarci la carne*.

Epicŏpi, remis appositi, & gubernaculis. Epicŏpi, p. p. remigationi accincti. Epibătæ, verò in nauibus depugnantes.

Epicŏpus, præcisus. Item, lignum, quod supponitur ei rei, quæ secatur. Item, qui est in procinctu nauigationis. Epicŏpos, p. c. character malè impressus, qui denuò imprimitur.

Epicopēter, vinculum, quo remus scalmo alligatur.

Epicormion, mensa coquinaria. Eusth. Lex. g. b. *mensa de cuochi*.

Epicranium, muliebre capitis aegmen.

Epicrănon, columnæ pars superior, capitellum. Epicranis, epicranium, quod super caput est.

Epicrăsis, cum sensim, quod malum est educitur, reponiturque itidem quod bonum, Rh. Ratio curandæ cacochymiæ.

Epicrātes, omnia tenens. Ita Pompeius dictus. Epicratetica, retentricem vim habentia.

Epicratētor, astrum, cuius in themate maxima est vis.

Epicrīsis, iudicium, approbatio iudicum. Fig.

Epicrenon, vita, strophium. Tiraq.

Epicrŏca, perlucida. Pap.

Epicrŏcum, p. c. vestis croceo colore infecta, tenuis, & pellucida. Fest. lucidum.

Epicrŏteon, pauita, complanata terra. Rh. *Terra spianata*.

Epicrŏtos, terra pauita, & complanata, vbi incumbit te studo. Rh. *Piano della volta*.

Epicrūsis, percussionis genus, quo puerorum mangones pueros cædebant, vt pinguescerent. Lex. m. Onom. med.

Epictē-

Ep ciērus, insuper acquisitus. Epictēsis, acquisitio, *Acquisto*.
Epictorium, ollæ operculum, *Coperturа*.
Epicurei, adiutores, auxiliatores. Bibl.
Epicūrus, auxiliator, opitulator. Epicuria, auxilium.
Epicurēus, voluptuarius. Item, sectæ princeps.
Epicus versus, hexameter, heroicus, pythicus, bucōlus, longus, ab Ennio dictus. Epici poetę, epicum carmen scribentes, *Heroici*.
Epicyēma, secundus fetus conceptus grauidā iam muliere, Superimprægnatio. L.m.
Epicyclus, p.c. circulus circa quem planetæ rotantur. paruus circulus super maiorem positus; *Epiciclo*.
Epidemetici, hospitiorum metatores in vrbe, *Forieri*. Epidēmus, versans in populo. Epidemius.
Epidemetica, pretia persoluta à prouincialibus, vt se liberent à metatoribus militum, & hospitum. Rh.Lex.I.C.
Epidemeticus, domi suæ libenter manens, nunquam sedem suam qui mutauit, *Chi stà volontieri à casa sua*.
Epidemia, aduentus ad ciuitatem. Item, morbus populariter vagans, & sparsus.
Epidemiæ, viæ tritæ ac peruulgatæ ad vrbem. Lex.I.C.
Epidemius morbus, externus, aduenticius, communis; Epidemicus, epidemālis, à communi causā natus, communis in aliquā regione, non tamen contagiosus, qui dicitur Pestis. Alij verò morbi quibus quotidie variè infestamur dicuntur, Sporadici, ideſt, sparsim vagantes, versantes in populo, *Mali che vanno in volta*.
Epidēris, caruncula in muliebri pudendo, nympha. Gorr.
Epidermida, pellis vlceri sanato, quę inducitur. Rh. *Pelle sopra la piaga sanata*.
Epidermis, idis, exterior cuticula in corpore nostro, aut alterius animalis; à vera cute efflorescens tenuissima, sensu destituta. Gorr.
Epidesmus, fascia summa, quā vulnus ligatur, subligamen, *Fassa da legare*. Epidesmata, ligatura. Hypodesmus, infima. Vide.
Epidēsis, genus ligationis ad sanguinis profluuium sistendum. Obstructio. L.m.
Epidexius. qui est ad dextram, *à man destra*.
Ep diarhēca, posterius testamentum, *Testamento vltimo*.
Epidicasia, actio legis ab eo, qui hæreditatem petit.
Epidicasimus, qui auxiliatur in iudicijs, *Chi aiuta in giudicio*.
Epidicazomēnos, fabulæ nomen, Phormio. Pap. ob puellam iudicatam.
Epidicos, puella incerta, cui nubat, *Fanciulla incerta con chi si deue maritare*.
Epidicum, quod etiamnum sub iudice versatur, *Non giudicato*.
Epidicticum genus, demonstratiuum, laudatiuum, exornatiuum.
Epidicus, à controuersijs quis dictus Plauto.
Epidicus, qui legibus est obnoxius, qui status controuersiam patitur.
Epididymis, supergeminalis & intima; prima tunica superinducta testiculis, qui didymi dicti. L.m.
Epidiegēsis, repetita narratio. Fig.
Epidigma, specimen, quod datur ab aliquo artifice ad artis ostentationem. Indicium, *Saggio, mostra*.
Epidiorthōsis, subsequens correctio, Figura. Epidiorthotica, quæ ad corrigendum afferuntur, correctio, *Correttiui*.
Epidipnides, epitrapezomāta, epiphŏra, epulæ, quæ in extremā cœnā, vel prandio adferuntur, Epidipnum, posteenium, *Ipospasti*. Epidipnis secundaria mensa.
Epidiphrius, qui semper lecticæ insidet, effœminatus.
Epidŏma, corollarium datum supra iustam mensuram. Epidōsis, morborum incrementum. Auxēsis, *Aumento*. Epidosima.
Epidorpisma, quod in secundis mensis apponitur. Epidorpismus, sumptio secundæ mensæ. Epidorpis, idis, cœna secunda. Posteenium.
Epidromides, plagarum funiculi discurrentes, quibus retia panduntur, & contrahuntur.
Epidrŏmus, epidrŏmum, velum in naui, quod retrorsum retrahitur, *Mezzana*. Item, funis, quo lectus seruorum subtendebatur, qui opponebatur strato liberorum. Item, excursionibus expolitus, *Sottoposto alle scorrerie*. Item funiculus imam, & summam retis partem complectens.
Epiecia, Vide epijcia.
Epigæus, qui super terram est: Apogæus, à terrā remotus: epigius, *Lontano da terra*.
Epigamia, connubium, affinitas cum aliis gentibus. Epigămus, nuptui proximus, nubilis.
Epigastrium, extima totius ventris pars, à pectore vsque ad pubem, abdomen, *Pancia*.
Epigennēma, supergenitum; symptoma: quicquid præter naturam euenit in homine. L.m.
Epigĕnes, indigena, natus post, *Nato doppo*.
Epigēum, absis ima planetarum in eccentricis, terris citima. In Apogēo vero seu Auge, in summa absde, à terris remotissima.

Epi-

Epigius, humi repens, & super terram ; Epigēus. In epigēo, est planeta, cum est in deferente aut in epicyclo, terræ proximior. Apogius, Apogæus vero cum remotissimus, & in summâ absidē. Perigēus, circa terram nec in altum eleuatus.

Epigiocaulis, cuius caulis per terram serpit, *Col gambo per terra*.

Epigloſſis, super lingua membrana cartilaginosa, vbi arteria, & larynx inter se connectuntur. Lex.m. Epiglottis, lingula, ligula. Lex. Phil.

Epiglūtis, femoris, & natis pars exterior. Gorr.

Epignōmon, inspector, qui ad cognoscendum accitur, *Riueditore*. Epiguōsis, agnitio, *Ricognitione*.

Epignōmus, prudens. Plaut. *Prudente*.

Epigonātis, patella, mola, os supergenuale cartilaginosum, rotundum, gibbum tibiæ. Item, genu, L.m.

Epigonatium, genuale, L. g. b. *Inginocchiatoro*: Vel indumentum genuum, *Ornamento di ginocchia*, à lumbis ad genua propendens, *Grembiale*.

Epigōne instauratio generis, *Rinouatione di ſtirpe*.

Epigōni, interfectorum posteri, priuigni, vel qui ex secundis sunt nati nuptijs, *Figli nati dalle ſeconde nozze*. Contra, Progoni, qui ex primis.

Epigōnis, mola, patella, os cartilaginosum rotundum. genu suppositum Gorr.

Epigonium, p. p. organum musicum quadraginta intentum fidibus ab Epigōno inuentore. Poll.

Epigōnus post natus. Epigōni, posteri.

Epigramma, inscriptio, titulus.

Epigrammatopœus, epigrammatarius, epigrammista, qui scribit epigrammata. Sidon.

Epigrāphe, titulus, inscriptio, *Inſcrittione*. Item, census, idest, dinumeratio ciuium; lustrum.

Epigrapheus, qui fungitur munere describendi tributum, *Scrinano*.

Epigri, claui quibus lignum ligno adhæret. Isid. Gloss. *Chiodi*. Claui ligneі.

Epigryphus, nasum habens aliquantulum aduncum, *Chi ha il naſo adunco*.

Epijcia, epijceia, epicaia, æquitas, summi iuris moderatio, *Equità, non rigore*. Bud.

Epiices, æquum, & bonum. Epijcizāre, æquiter statuere. Bud. Epijcæus, æquus, epijciso, as.

Epilāchon, allectus per sortem, *Eletto per ſorte*.

Epilarchiæ, duæ turmæ. *Due compagnie di ſoldati*.

Epilema, emplastrum quod super lema, idest, voraginem vulneris imponitur. Cath.

Epilenæus, certamen celebrari solitum in festo Bacchi.

Epilenium, cantilena Baccho, inter premendum vuas à satyris ad tibiam cantata. Rh. *Canzone di quelli che calcano l'vua*.

Epilepsia, epilepsis, comprehensio, inuasio, retentio, morbus Herculanus, caducus, sacer, comitialis, conuulsio totius corporis; non perpetua, sensu remanente, vitiato licet, cum mentis, & sensuum oblæsione, vt est morbus sōticus, ille dictus morbus lunaticus, Comitialis, *Mal caduco*. Apoplexia verò operationes motuum penitus aufert, vel in mortem vel in paralysim desinens, *Goccia, apopleſſia*. Epilepticus, hoc morbo laborans.

Epilepsimon, carmen quod vnam sui partem in fine seruat, alteram in proximo subiungit.

Epilepticus, morbo comitiali laborans, *Chi patiſce mal caduco*.

Epilimma, genus vilissimi vnguenti. Epalimma. Fest.

Epilœmia, Pæanes, carmina quæ propter pestem, seu ob liberationem à peste cantata. Poll. *Hinno cantato doppo la peſte*.

Epilogismus, computatio, & enumeratio facta repetito calculo. Communis quædam ratio, & apparens.

Epilōgus, reuolutio; ita dictus, quod subijciatur ad reddendam rationem præcedentium. Item, conclusio. Peroratio orationis, *Concluſione*.

Epilorica, superula, thoraci superindui solita. Tzetz. Leo. *Sopraueſte*. Epiloricum.

Epilūdes, parulides, thymi, tumores præter naturam, carnosa germina L.m.

Epilutron, merces pro lotura soluta à balneante balneatori, *Paga del bagnaiuolo*.

Epilysia, morbi genus. Epilysis, solutio, explicatio.

Epilynion, camen ad torcularia. Nouar.

Epilyticus, nodosas quæstiones soluendi peritus.

Epima, apostema pulmonis. Epimici, qui saniem per os putridam expuunt cum sanguine. Onom. med. *Sputa ſangue*.

Epimachia, subsidiaria confœderatio, pro propulsandâ iniuriâ bellicâ. Non autem inferendâ. Rh. *Lega à difeſa*.

Epimāchus, qui auxiliatur in pugna. *Chi aiuta in guerra*.

Epimalthos malthâ indutus. *Malſato, intonacato*.

Epimanes, furiosus.

Epimanicion, supermanicale, ornatus manicæ sacerdotis, in dextro brachio, cui intexta effigies Seruatoris. Lex. g.b. vestis sacra Episcoporum, Codin.

Epiman-

Epimandalōtum, genus baſij amatorij.
Epimedium, caulis non magnus hederæ, folijs denis circiter ornatus, ſine flore, & fructu. Item, herba paluſtris. Onom. m.
Epimēlas, gemma candida nigricante ſuperius colore. Plin. Iſid.
Epimelētes, qui curam alicuius rei ſuſcipit, *Chi ſi piglia cura*. Epimeletæ, curatores. L.I.C.
Epimēles, curator, *Curatore*.
Epimelia, agrypnia, cura vigilia, Capella, *Vigilia*.
Epimelogima, verſus intercalaris, epode, *Verſo intercalare*.
Epimelon, p.p. dignum cura, diligentiâ. Item, mali ſylueſtris genus. Onom. m.
Epimēlis, meſpili genus mali magnitudine, Vnedo. fructus H.P. Amamēlis. Vide.
Epimelitæ, curatores. Vlp. Epimelētæ, *Curatori*.
Epimenia, xenia, dona data per ſingulos menſes poſt nouilunium. Cath.
Epimenidium, Epimenidum bulbi genus, Epimenideum, medicamentum nutriens valde, ſitimque prohibens. Heron.
Epimenius, menſtruus. Epimenium, quod ſingulis menſibus fit. *D'ogni meſe*.
Epimetaticum, inſcriptio facta à metatoribus domorum militibus in prouincia præſtandarum. Pus. Rh.
Epimēthus, qui ſero ſapit, & re peractâ conſilium capit, ſpſinous. Contra, Promethus, qui præuidet, & prouidet.
Epimethia, conſilium, quod initur re iam peractâ, *Conſiglio doppo il fatto*.
Epimētrum, quod ſuper menſuram, vel pondus iuſtum additur. Auctarium, *Giunta*. Item, ſalarium, annona. Cod. *Salario*, *vettouaglia*.
Epimilia, munera dotalia, *Doni dotali*.
Epimōne, p.c. perſeuerantia, carminis eiuſdem repetitio. Epimōnus, conſtanter durans. Epimōne. Item, Fig. commoratio, cum in loco firmiſſimo cauſæ manetur diutius.
Epimorius, ſuperparticularis numerus, alium continens, inſuper aliquam partem, vt ternarius binarij.
Epimythium, adfabulatio, quod fabulæ additur ad mores informandos, *Moralità della fauola*. Promythium, quod præponitur.
Epimylion, ſuperior mola, *Macina di ſopra*.
Epimylios, cantilena, quæ ad molam canebatur. Scal. *Canzone da mugnari*.
Epinaſtur, qui ſedibus ſuis relictis alio habitatum ſe contulit, pulſus patriâ.
Epinephēlus, nubibus tectus, nubiloſus, *Annuuolato*.
Epinephridium, pinguedo, quæ eſt in renibus, *Graſſo de rognoni*.
Epinetrum, Aſcellus, inſtrumentum, ſuper quo nent. Poll.
Epinicium, celebritas, & carmen pro partâ victoriâ, Epinicia, feſta, epulum pro eidem.
Epinictrix, calix tranſitorius ad omnes conuiuas.
Epinomia, ius paſcendi in alieno.
Epinōmis, ſtrena. Item, Dialogus Platonis, quaſi appendix legum dictus, Epinomis. Scal. Item, diſtributio, largitio. Dalech.
Epinōſus, morbis obnoxius, *Facile ad ammalarſi*.
Epinotidium, mantica, quæ tergo imponitur, *Biſaccia dietro*.
Epinotius, qui ſuper tergum impoſitus eſt.
Epinyctides, vlcus aciem oculorum hebetans, & in angulo oculi perpetim humor manans. Manar.
Epinyctis, puſtula ſublimida, nocte in ſuris, aut pedibus naſcens. Item, commentarium rerum nocturnarum. L.m. Poll.
Epiodium, epiœdium, canticum, quod dicitur cadauere nondum ſepulto, nænia.
Epiōgæ, ſtatio nauium defendendarum à ventis.
Epioneticus, ad periurium promptus, *Facile à giurar il falſo*.
Epipactis, herba contra venena, & vitia iecinoris. Elleborine, in montibus naſcens. H.P.
Epipaſta, condimenta, quæ aſperguntur cibis; arida medicamenta, inſperſilia, Tiraq.
Epipăta, ſuperueniens nauta, qui naulo dato in alias terras tantum tranſire diſponit. Iſid.
Epipechy, pars cubiti ſuperior. Agoſtos, inferior. Gorr.
Epipēda, quæ ſunt in ſuperficie ſoli, & ex eo non eminent. Epipēdos, planus pes magnus, qui eſt ſuper ſolo. Pedon, ſolum. Lex. Phil.
Epipētros, herba ſponte prouenies, nunquam florens.
Epiphallus, modus tibiæ in Bacchanalibus. Scal.
Epiphania, apparitio, manifeſtatio ſupernè. Item, Chriſti apparitio in carne. Suid.
Epiphānes, illuſtris qui ſuprà alios apparet. Epiphātis, apparentia.
Epiphemeter, fauſta precans, benè ominator.
Epiphlēbus, venæ applicatus.
Epiphonēma, figura, acclamatio, aut dictum, quod alicui ſententiæ cum acclamatione additur.
Epiphōra, p. c. oculorum inflammatio magni cum lacrymatione, Delacrymatio, dicta. Manar. aut membrorum, cum humoris copiâ. L.m. Vide, cataphora.

Epipho-

Epiphora, impetus omnis humorum in quancumque partem influentis, Fluxio in oculis dicta. Gorr.

Epiphorēma, figura, epibole, dicta, Vide. Item, bellaria, quæ feruntur post primam mensam.

Epiphoremăta, omnia quę mensis secundis inferri erant solita, *Postpasti*.

Epiphthegma acclamatio, quâ exercitu, castra, moturo, acclamari solet, vt vasa colligant. Epiphthegmaticus, acclamatorius.

Epiphthŏra, medicamenta exitialia, lethalia, *Medicine mortali*.

Epiphŏrus, ferens, pronus.

Epiphyllides, racemuli, & botrunculi maioribus incumbentes, quasi folijs obtegantur, *Grappolini, raspoli*; ita dicti mali poetæ. Epiphyllides, racemationes. Epiphyllidium, racemulus.

Epiphyllocarpus, super folia fructus ferens, *Che hà il frutto sopra le foglie*.

Epiphysis, adnata appendix, & adnatum ossi. Apophysis verò, totius ossis extrema pars.

Epiplasma, cataplasma, medicamentum, quod illinitur, seu imponitur, *Empiastro*.

Epipiche, cubiti pars superior. Agostus, inferior. Poll.

Epipleura, superior pars laterum ad mamillas sub alis.

Epiplexia, subita percussio, *Percossa all'improuiso*.

Epiplexis, epitimēsis, Fig. cum iurgamur, aut coarguimus.

Epiploenterocēle, intestini, & omenti ramex, cum vtrumque in scrotum descendit, Manar.

Epiplŏce, implicatio, nexus amicitiæ. Item, Figura, cum vna ex aliâ sententiâ ducitur. Item, in febribus, quando diuersis horis inuadunt. contra, Cralis. L.m.

Epiplocēle, hernia, cum omentum descendit in scrotum. L.m.

Epiploon, omentum, quod duodeno intestino adhæret. L.m.

Epiploomphălon, omenti in vmbilicum delapsus. Epiplum, omentum, rete.

Epiploos, nauigatio aduersus aliquem: aduentus classis hostilis.

Epiplum, omentum. Vide.

Epipolæus, superficiarius, qui non in profundum penetrat, *Superficiale*.

Epipolasmus, innatatio cibi in ventriculo.

Epipompeutica, hymni ad pompas. Vt carmen seculare &c. Scal.

Epipompeuticus, a, um, ad pompam pertinens, vt carmen seculare.

Epipŏnus, laboriosus, operosus, *Faticoso*.

Epiporphyrus, accedens ad purpuram, *Simile alla porpora*.

Epiprepiæ, vestes cuiuis ætati conuenientes, *Vesti appropriate à qualsiuoglia età*.

Epiproca, quæ dotem fert ad maritum. Contra, Aproca.

Epiprœcus, cui pars hæreditatis contigit; Epiclēros, cui tota. L.I.C.

Epipthyxis, applicatio operculi. Epipthygma, operculum, *Coperta*.

Epiptystus, dignus qui insputetur, *Da esser sputacchiato*.

Epipyrrhus, ad rufulum colorem inclinans.

Epiriptarium, vestis genus. Io. Curop.

Epiros, terra continens, & mediterranea, *Terra ferma*.

Epirrhedium, vehiculi genus parui, & minoris, *Carretta*, non dissimile bennæ. Lex. Phil.

Epirrhēma, comœdiæ pars, in quâ chorus ad spectatores versus vitia suadet, aut improbos vituperat. Item, acclamatio peculiaris in Pæanibus. Scal. Antepirrhema, vltima transgressionis pars. Poll. Item, aduerbium. Lex. Phil.

Epirrhœa, influxio.

Episacti milites, aduentitij, externi. L.I.C.

Episagma, cento, qui supponitur clitellis, & ipsę clitellæ, *Basto, bardella*.

Episagōge, superinductio. Episagogicum, importatum aliunde.

Episapros, in superficie putridus.

Episarcidium, anasarca, hydropis species. L.m.

Episcalmis, tabel a sub scalmo.

Episcenium, quod supra scenam extruitur. Vitr. domicilium. Episcēnus, qui super scena est.

Episcepsis, inspectio. Item, recensio, quæ fit lustrando, *Mostra*.

Epischides, cunei quibus immissis aliquid finditur. Vitr. Epischidium, cuneus, *Zeppa*.

Epischidæ, cunei ferrei ad ligna excudenda. Vitr. *Zeppe di ferro*.

Epyschinium, supercilium. Tertul. Tur.

Epischion, os transuersum in imo ventre, quod pubi subiacet, & munit intestina, Pecten. Vide. Gorr.

Episcirōsis, quoddam sacrificandi genus, Strabo.

Episcia, vmbrosa loca, in quibus æstate latitant ferę, *Tane oscure*.

Episcius, vmbrâ obtectus. *Adombrato*.

Episcŏpa, quæ ad scopum tendunt, aut scopum alliquuntur. Rh.

Episcopāre aliquem in Episcopum eligere. Petr. Blesen. Nouar. *Eleggere vno vescouo*.

Episcŏpe, inspectio, visitatio, animaduersio.

Episcopium, p.p. Episcopi habitatio, *Vescouato*. sicut, Prætorium Prætoris.

Episco-

Episcopius, exploratorius : Nauis Episcopia, exploratoria . Episcopium , *Brigantino per guardia* .

Episcŏpus , superintendens , alicui rei curandæ præfectus, speculator; nunc Antistes, *Vescouo*. olim præfectus pani , & cæteris venalibus , & gregis inspector. Episcopus designatus, *Coadiutore nominato* . Inauguratus, *Consagrato* .

Episcotēsis, offusio tenebrarum .

Episcynium, supercilium. Tertul. Turn.

Episcyrus, phennida, aporraxis, sphærę ludi nomina. Poll.

Episelēna, p. p. placentæ lunatæ in lunę formam factæ, *focaccie fatte à foggia di luna*.

Episellium , sellæ indumentum , siue cooperatorium . Rigal. *Coperta di sella* .

Episemasia , insultus febris , cum ęgri horrent , frigent , oscitant , pandiculantur , dormitant , *Ingresso della febre*. L.m.

Episinus, insidiator , *Insidiatore* .

Epitisti, militum crines, *Crini de soldati*, Scal.

Epitiston , canum in venatione incitamentum .

Epititij, parasiti, qui cibi gratiâ subseruiunt. Epititia, alimenta . Rh.

Epititus , qui victus causâ alicui operam suam locauit. Suid. Epitius, viaticum .

Epitium, pudendum muliebre .

Epitodium, pars fabulæ quasi aduentitia , Parergum, digressio. Epitodicum, quod scatet epitodijs, aut ad epitodia spectat .

Epitŏtra, ferramenta curua quę extrinsecus adhibentur , ne ligmum deteratur .

Epispastica , medicamenta quæ pertinent ad vlcus purgandum, pus extrahendum. Tiraq.

Epispastos , quem quis sibi attraxit .

Epispastum, medicamentum aridum, insperse ad malignorum vulnerum curationem. L.m.

Epispastum , laqueus , quem sibi quis attraxit . Item, marculus ferreus quo ianua pulsatur, & trahitur, *Annello della porta , battitoio* .

Epispător, attractor, instrumentum , quo aliquid attrahimus , *Stromento da tirare* .

Epispathron , medicamentum aridum insperse , ad malignorum vulnerum curationem. L.m.

Epispastica , spillatum humorem attrahentia, & discutientia non acerbatim , vt Diaphoretica . L. m.

Episphragistes , qui sigillum imprimit , obsignator , *Sigillatore* .

Epispŏra , iterata satio . Epispŏrus , iterum satus . Episporia , semini seminis superiectio . Poll. *Reseminata* .

Epispŏra , quæ seminantur Maio mense .

Epistallina , Epistalmata , literæ à mittendo appellatæ, dimissoriales , *Patenti* .

Epistalma , commissio principis per mandati commissionem facta , Alciat.

Epistasia , attenta consideratio , præfectura , imperium .

Epistatis , bulla , seu pinguedo innatans vrinæ . Gorr.

Epistatius, stator Iupiter, quod sisteret Romanos fugientes .

Epistătes, procurator, ac præpositus rei faciendę, *Castaldo, fattore*. Epistăta, villica, quæ præest villæ; *Castalda*. Bud.

Epistathmia, p. p. stabulatio , necessitas hospites recipiendi , *Necessità d'albergare i forastieri* . Contra. Astathmeutia. Bud.

Epistathmus , mansionum curator , & qui super hospitia est in comitatu principis , aut legati , ducisque exercitus , *Quartier mastro* , *Mareschial*. Epistathmia, id munus .

Epistaticus, scribendis epistolis operam dans .

Epistēma, atis, columna , quæ erigi defunctis solet. Stela sepulcralis. Suid. *Colonna sepolcrale*.

Epistemonarcha , doctrinæ ecclesiasticæ præsul. L.g.b.

Epistemonica , scientifica . Epistemonicus , cui scientia inest , *Scientifico* .

Epistŏla, litera ad absentes missa . Item, res scriptum principis . Epistola aduentoria , quę obuiam mittitur amico aduentanti. Epistolare, ad epistolam pertinens. Epistula, adolescens. Vois.

Epistolares principis , qui acta in sacro auditorio excipiunt . Item, amanuensis. Buleng.

Epistoleus , epistolarum scriptor , & magister . Item , Optio , Protocarabi , qui secundas tenet . L. g. b.

Epistoliaphŏrus , qui epistolas fert , tabellarius , grammatophŏrus , *Portalettere* .

Epistolicus , epistolaris , ad epistolam spectans . Item epistolis præfectus . Lex. Philol.

Epistolium, parua epistola, *Epistoletta, letterina*.

Epistomium, vertibulum, æramentum, quo ora salientium obturantur , *Galletto, cocchiume, zipolo, turaccio vella botte, ò fontana*. Item, obturaculum quo continetur spiritus, aut relaxatur in organis , *Registro* . Iun.

Epistomizo, contineo, sustineo . Bud.

Epistratia, expeditio aduersus aliquem susceptæ .

Epistrongylus, in rotundum inclinatus .

Epistropheus , primus spondylus , vertebra , quę vnà cum collo conuertitur. Poll.

Epistrŏphe , conuersio , animaduersio . Item , figura, cum plures sententię desinunt in eadem verba .

Epistrophea, Strophea, nominant Græci primam cerucis è septem vertebram . Adonta . Hipp.

Epistropheus , prima vertebra .

Epistrŏphus , qui conuertitur, reciprocus . *Chi si guarda l'vn l'altro* .

Epistula ,

Epiſtula, Epiſtola. Briſſ. L. I. C.

Epiſtylium, columna parua, vel trabs, vel capitellum ſuper columnam poſitum: corpus verò, Scapus, dicitur, *Capitello, architraue*.

Epiſymmachia, ius contrahendi ſocietatem mutuam.

Epiſynalœpha, figura, Synæreſis, cum duę ſyllabæ in vnam conglutinantur, Diæreſis, contraria Synalœph. Vide.

Epiſynthēſis, copulata coniunctio.

Epiſyrma, veſtigium totius corporis reptantis.

Epitacti, triarij, ſuſidiarij milites, *Soldati per rinforzo*.

Epitacticus, imperatorius, imperioſus. Epitaxis, imperium, mandatum. Epitactes, imperator.

Epitagma, ſubſidiaria cohors. Epitagmaticus, miles ſubſidiarius, *Compagnia di ſoldati per rinforzo*.

Epitaphium, inſcriptio ſuper ſepulchrum in laudem defuncti. Epitaphius, ſuperſepulchralis.

Epitaphoni agona, ludos funebres vocauit Varro, Turn.

Epitaphium, proprie inſcriptio ſepulchris inciſa in laudem ſepulti. Epicedium, carmen cantatum in exequij, Nænia vero ad rogum. Mendoza.

Eitaphiſta, ſcriptor epitaphiorum. Sidon.

Epitāſis, intenſio in comœdiâ, vehementiſſimus actus cataſtrophen præcedens. Item exaggeratio, Initium acceſſionis. Gorr.

Epitaticum, augendi vim habens.

Epitechnēta, arte elaborata. Epitechnēſis, machinatio *Lauoro fatto con arte*.

Epiteleōma, victima poſtrema, quâ priores omnes ratæ fiebant.

Epithalamium, ſacer hymnus in nuptijs cãtatus, quaſi iuxta, aut ſuper thalamum.

Epithanātus, mortem accerſens, morti vicinus. Epithānes, morti vicinus homo. Senex moribundus, *Vicino alla morte*.

Epithēca, dos, Rh. *Dote*. Item, additio, additamentum. *Aggiunta*.

Epithēma, operculum dolij, *Turacciolo della botte, manfano*. Poll.

Epithemata, p.c. ſuper impoſita. Pictacia, operecula. Item, medicamenta foris adhibita, panículo, aut linteo illita, *Pittume*.

Epithēſis, impoſitio. Item, inſcriptio appoſititia, in contumeliam, fraudemque facta. Vlp.

Epitheticus, aptus ad inuadendum, ad res innouandas *buono per aſſalire*.

Epithēton, p.c. adiectiuum, cum ſubſtantiuo appoſitum dictioni. Epithēta, ſacrificia non patria. Rh.

Epithiātis, obteſtatio, quæ fit per Deos. *Amalthea Onomaſt.*

Epithoracidium, veſtis, quæ thoraci ſuperinduitur, *Caſachetta ſopra il giubbone*.

Epithrocaſmus, percuſſio rerum inter ſe diſtantium Fig.

Epithymeticus, ad deſiderandum propenſus, *facile al deſiderare*.

Epithymia, cupiditas, deſiderium. Epithymicum, epithymiticum, concupiſcibile, *Deſiderabile*.

Epithymiāma, ſuffimentum, *Profumo*.

Epithymides, coronæ ſupra pectus, & cor, quam animi ſedem volunt.

Epithymium, flos thymi. Thymiaterium. Item, herba cathartica thymi inſtar.

Epithymodipni, cœnarum appetentes, & cupidi, & ſi negotijs diſtricti vocati venientes ad cœnam tardius.

Epithymon, flos è thymo duriore ſatureiæ ſimili. Gorr.

Epitichiſma, propugnaculum contra aliquem munitum dicitur, *Contraſcarpa*.

Epitimæus, qui increpat. Suid.

Epitimēma, quod alicui vertitur vitio.

Epitimēſis, figura, cum aduerſarium iiſdem verbis, quibus nos laceſſiuit percutimus.

Epitimia, ſtatus integer. Exiſtimatio illæſa, mulcta apud Eccleſiaſticos. Herib.

Epitimium, mulcta, mandatum mordax, obiurgatorium, eccleſiaſticum potiſſimum. Herib. increpatio, pœnæ genus.

Epitimus, cui ad honores accedere licet, *Capace d'honori*.

Epitithides, coronides ſummo faſtigio impoſitæ Vitr. *fornimenti di cima*.

Epititthos, infans adhuc lactens. Titthos, mamma, *Fanciullo che tetta*.

Epitogium, pallium, quod ſuper togam ferebatur. L.I.C. *Sopraneſta*.

Epitomarius, abbreuiator. Pap. *Abbreuiatore*.

Epitomaticus, breuiter dicēs. Cath. *Chi dice breuemente*. Epitomor, aris, epitomen facio, Cath.

Epitŏme, epitŏma, p.c. breuiarium, compendium, opus conciſum. Epitŏmus, inciſione breuior factus. *Abbreuiato*.

Epitonia, inſtrumenta, quibus funes intenduntur. L.I.C.

Epitonium, verticillum quo intenduntur nerui, *Biſcaro*. Item, inſtrumentum, quo chordæ intenduntur. *Girella*.

Epitŏnum, funis, lorum, quo aliquid intenditur.

Epitoxis, catapultæ cauum recipiens ſagittam. Vitr. Turn. nux baliſtæ dicta, *Cauo della ſaetta*.

Epitrachelium, coſtarium Patriarchæ, & Archidiaconi Codin. L.g.b.

Epitragas, piſcis à fœdo odore hirci dictus.

Epitragi, vermes vitibus infesti qui rodunt vites, vt hirci, *Vermi che rodono le viti*.

Epitrăgus, vitium vitis, cum carbunculatur. Poll.

Epitrapezia, vascula potoria mensis apta, escaria etiam, *Vasi*.

Epitrapezij Dij, tutelares mensæ, supra quam statuebantur in conuiuijs. Cerda.

Epitrapezomăta, secundæ mensæ, & quæ super mensam apponuntur, *Pesparti*.

Epitrĕchon, percursio, & discursio rerum summa velocitate Fig.

Epitrierarchēma, sumptus, qui fit Trierachiæ tempore. Suid.

Epitrĭtus, p. c. pes ex quatuor syllabis constans. Item proportio continens aliquem numerum, & eius partem tertiam, vt quatuor ad tria. Rh.

Epitrochasmus, figura quâ plura inter se distantia velociter percurrimus interrogando.

Epitrŏpe, p. c. concessio figura, cum iudici permittimus aliquid.

Epitrŏpus, cui alicuius rei cura commissa est.

Epityches, voti compos, *Chi ha adempito il suo desiderio*.

Epitymbius, super sepulchro positus, ad sepulcrum pertinens, *Attenente al sepolcro*.

Epityrum, pityrum, edulium ex confractis oliuis. Plaut. *Olive schiacciate*. Cato.

Epiūrum, subscus, compages, tabula annectens duo ligna, Pallad. Gloss. *Sprangа*. Epiurus, custos.

Epixenum, mensa coquinaria super qua carnes conciduntur, *Tauola da tagliar la carne*.

Epixĕnus, nil commercij habens cum hospitibus. Rh. *Chi non s'impaccia con albergatori*.

Epizeuxis, combinatio, figura cum dictio geminatur, cum emphasi, diplosis, dicta.

Epizygis, cuneolus, qui neruos vertit, & tendit in catapulta. Vitr. Turn.

Epneumatōsis, inflatio ventris, cum scilicet sit impotens excernendi flatum, vnde, Borborigmus nascitur, *mormorio di budella*.

Glabreſco, glabreo, glaber fio, & depilis, *Pelarſi*.
Glabretum, locus ſtirpibus nudus quaſi glaber. L. Phil.
Glabriōnes, glabri, qui corpus glabrum, & pilis nudum habent. Molles homines. *Huomini ſenza peli*. Colum.
Glabro, as, glabrum facio, pilos aufero, *Pelare*. Colum.
Glacies, ei, aqua concreta gelu. *Ghiaccio*.

Glacio

Glacio, as, in glaciem conuerto, *Ghiacciare*, Glaciale, in glaciem versum, *Ghiacciato*. Glaciāri, in glaciem verti, *Ghiacciarsi*.

Glacitare, gracitare, anserum modo obstrepere, *Far il verso all'oche*. Glacito, as. Lex. Phil.

Gladiare, gladijs dimicare, *Fare alla coltellate*. Digladior, in vsu. Vide.

Gladiatōres, serui, quos lanistæ armorum artem docebant, depugnaturos in ludis publicis, *Spadaccini, schermitori*. Gladiatorius, ad gladiatores pertinens, Gladiatorie. Aduer. Gladiatorius ensis.

Gladiatūra, congressus gladiatorum, *Abbattimento*. Gladiatus, gladiator. Salmas.

Gladiōlus, herba bulbosa, florifera. H.P.

Gladiōsus, scarius. Sup. *Micidiale brauo*. Gladiosè. Gladiatoriè. Adu.

Gladius, ensis; gladium, etiam, *Spada*. Item, piscis marinus. Gladiōlus, paruus gladius, *Spadina*.

Gladius anceps, duplici acie. Gladius Persicus, Acinaces, falcatus ensis, *Cimitarra*.

Glæba, vide, Gleba.

Glæni, ornamenta galearum splendida.

Glæuia, gleba. Sup. vide, Gleba.

Glacies, gelu. Glaciecūla, parua glacies. Cath. *Ghiaccio*.

Glamæ, oculorum vitia; Glama, lippitudo. Glami, lippi, qui vitiatis, & immundis sunt oculis, *Cispesi*. Sup.

Glamus, glamyrus, glamiōsus. Qui glamis, lemis, aut lippitudine laborat. Rh. *Cispeso*.

Glandatio, glandium collectio, pastio suum ex glandibus. Onom. Lex. Phil.

Glandarius, glandibus scatens, *Di ghiande*.

Glandeo, es, glandes habeo, emitto. Glandesco. Glandeo, glandes emitto, *Far ghiande*. Vnde, Glandaria sylua.

Glandifer, glandes producens, *Chi fà ghiande*.

Glandionica, suilla, caro suilla ex glandibus. Lex. Phil.

Glandium, glandula, pars glandulosa, quæ est circa ceruicem. Glandia, inflammatio glandium, Glossæ. Glandulæ, in sue: Tonsillæ in homine. Lex. Phil.

Glandūla, glandicula, parua glans, in sue potissimum. *Ghiandola*. Item, tumor ex pituitâ nascens. Item, suppositorium. Lex. m. *Suppostа*.

Glandulōsus, plenus glandulis, aut glandibus, *Che hà molte ghiande*.

Glans, fructus quercus, *Ghianda*. Item, summa pars pudendi. Item, plumbum iaculatorium, fundarum in modum glandis formatum. Item, balanus, suppositorium, *Suppostа*. Onom. m. Glans caduca, quæ cecidit. Glandicūla, parua glans.

Glanus, glanis, piscis, qui auersus mordet hamos, nec deuorat, sed escâ priuat. Onom. m. Item, hyena. Lex. Philol.

Glaphyrus, festiuus, iucundus, *Gioniale*. Quasi bene sculptus. Lex. Phil.

Glarea, sabulum scruposum, terra lapidosa, qualis in fluuiorum ripis, *Ghiara*. Item, pauimentum. Glossæ. A.L. Item, agger publicus. Buleng. Glareōla, dimin. Glareōsum, glareâ plenum, *Ghiaroso*.

Glaris, fabulator, Item, instrumentum, quo lapides expoliuntur. Sup.

Glastum, Isatis, herba fullonum pannis inficiendis, lutea, pastillus, *Guado ò pastello*. Vnde Glastinus color, *Di guado*. Brod. Iun.

Glaucēdo, corporum qualitas. Glaucōsis, oculorum affectio ex nimiâ siccitate. Lex. med.

Glaucinus, vide Glaucus.

Glauciolus, equus, qui felinis est oculis.

Glaucitat, catulus. *Ghiattisce*. Glaucito, latro.

Glaucium, auis minor anate. Item, herbæ genus syluestris; niagrum, paralium, Colum. N. Ang.

Glaucōma, ătis, glaucōsis, glaucēdo. p.p. vitium oculorum mutatorum, crystalloidis in glaucum. Glaucesis. Manar. Glaucoma, mæ, *Color d'occhi verdeggianti*.

Glaucōpis, p.p. quæ cæsijs est oculis, noctuinis, *Femina che hà gl'occhi verdeggianti*.

Glaucophthalmus, qui habet oculos cæsios, *Chi hà gl'occhi verdeggianti*.

Glaucus, Cæsius, color admistum habens viridi alborem, qualis in oculis noctuarum. Glaucinus color, p.c. Item, piscis genus, à glauco colore. Glauciscus, Glaucia, viridis. Isid. gloss.

Glaucus, piscis à colore dictus, quod albus sit. Item, qui est oculis glaucis, *Occhi bianchi*. Glauciscus, pisciculus. Lex. Phil.

Glaunus, tunicæ species. Poll.

Glaux, herbę genus. H.P. Item, auis nocturna, à qua glaucus color. Vlula. Lex. Phil.

Gleba, frustum terræ durius, quasi globus, *Cespuglio*. Glebosus, Glebosus, Glebis abundans. Glebarius, glebas frangens. Gleba fossilis. Glebulentum, glebosum. Glebūla, glebella, parua gleba, *Picciol cespuglio*.

Gleba senatoria, genus pensitationis quod possessionum suarum causâ senatores principi præstabant. Hinc, glebale aurum, glebalis possessio, glebæ iniectio. Lex. Schar. Lex. Phil.

Glebo, ōnis, rusticus, arator. Isid. gloss.

Glebulentum, glebōsum, glebis abundans, *Pieno di cespugli*. Vide, Gleba.

Glechon, pulegium. Glechonites, vinum è pulegio confectum.

Gle-

Glene, pupilla oculi, nitor pupillæ. Item, vitium oculi, vt gramiæ, lamiæ. Lex. med. Onom. med.

Glenoides, duo sinus leniter cani in inferiori summæ vertebræ parte. Lex. med.

Glessum, succinum flauum, vel electrum, ambræ species, à Glessariâ Insulâ, *Ambra gialla*. Plin.

Gleucinum, oleum factitium, habens mustum & aromata mista. Item, olcum mustum fluens ex oliuis priusquam calcentur, *Oleo vergine*. Rh. Gleucina, calefactoria, emollientia.

Gleucos, mustum, vnde, gleucinum. Vide.

Glidium, rigidum. Sup.

Glimerit, addit. Supp.

Glimon, aceris genus. Plin.

Glirarium, locus vbi glires aluntur, *Ghiraio*.

Gliriuori, gliros vorantes. Glirotrophia, nutrimentum ex gliribus. Stuch.

Glirius, gliricus, somnolentus. Isid. Gloss. torpens, stupidus. Gloss. vet. Pap.

Gli, ris, animal, *Ghiro*. Glis, ſſis, carduus. Glis, tis, humus tenax. Isid. Gloss. Fest. Scal. Glis, dis, mucor panis, & vini, *Muffa*. Cath.

Gliscĕræ, mensæ opimæ, copiosæ, à crescentibus ferculis dictæ. Turn. Gliscĕra, crescens, opima.

Gliscs, partes suis in edulijs preciosiores.

Glisco, is, cresco, augeor, *Crescere*. Item, pinguesco, ardeo, vehementer cupio. Perglisco, valdè cresco. Colum.

Glissosus, lapposus, glisse, seu lappla plenus. Cath.

Glitosus. Vide glitus.

Glitus, glittus, glutus, glictus, leuis, tener, subactus. Fest.

Gliteus, argillosus, à glis, itis, argilla. Cath.

Glix, equiselis. Sup.

Glo, sine pilo. Gloss.

Globa, iunctura. Gloss.

Globellum, à globo instrumentum. Pap.

Globo, as, globare, aliquid solidum in rotundum componere. Firm. Globāre, conglobāre, *Aggomitolare, far rotondo*. Globator, qui globat, *Aggomitolatore*. Globātum, *Aggomitolato*.

Globōsum, rotundum. Globositas, rotunditas, *Rotondità*. Globatim, cumulatim.

Globus, corpus solidum, vndequâque rotundum, *Globo*. Item, multitudo hominum. Globŭlus, paruus globus, *Globetto*.

Glocidat, glocit, gallina ouis incubitura, *Chiocciare*. Fest. Glocidare, glocire, est gallinarum, *Glutire*. Scal. Glocidans gallina, glocitans, quæ glocit, *Chiocchia*. Glocco, glocido.

Glogga, Clocca, campana. Gononus.

Glomeramen, catapotium, globulus, trochiscus, sphærium, Pastillus, *Pilola*. Item, atomi, Lucr. Lex. Philol.

Glomĕro, as, in globum filum duco, *Agghiomare, dipannare*. Glomeratio, glomeramen, pilula, cumulus, *Mucchio*. Glomerarius, qui glomerat. Glomeratim, adu. *A mucchio*. Onom. m.

Glomus, glomer, ex filo factus, *Ghiomo*. Glomicellus, paruus glomus. In sacris, crustulum rhombi figurâ ex oleo coctum. Fest.

Glora, terra. Gloss.

Gloria, fama. Gloriŏla, parua gloria.

Gloriabundus, qui abundè gloriatur, *Vantatore*. Gloriōsus, gloriâ dignus, & iactator, *Vantatore*. Glorioſè.

Glorifico, glorioſum facio.

Glorior, āris, iacto, *Gloriarsi*. Gloria, glorioſa prædicatio.

Gloriandus, gloria dignus. Gloriat, gloriatur. antiq. *Vantarsi*.

Glos, oris, mariti soror, vel vxoris, *Cognata*. Non. Glos, oris, flos. Glos, ossis, lignum putridum noctu lucens. Cath.

Glossa, æ, lingua, interpretatio. Glossæ, glossēmăta, voces obscuriores, & minus vsitatæ: secretioris linguæ interpretatio. Glossula, parua glossa. Gloss. Vide.

Glossalgia, linguæ dolor, siue morbus. Item, linguæ pruritus, loquacitas, *Voglia di parlare*. Athen.

Glossāre, glossas facere.

Glossaria, feretra mortuorum, conditoria. Gel.

Glossarius, qui glossas facit.

Glossaspis, qui se lingua, vt clypeo defendit, cui lingua clypeus est, *Chi si difende con la lingua*.

Glossemăta, glossematica, voces occultiores, & abstrusiores, quæ interpretatione egent. Glossemata tradere, impudicum. Palm. Glossematicum, peregrinum vocabulum.

Glossematarij, glossarij, qui glossemata legunt, aut notant.

Glossematicum, ad voces obscuras pertinens. Suid. Lex. Philol.

Glossocatŏchos, linguam continens. Item, instrumentum chirurgicum ad linguam comprimendam.

Glossocomīum, glottocomīum, glossocomum, tibiarum repositorium. Vas linguis recondendis aptum. Item, machina extendendis, & vinciendis membris fractis apta. Lex. med.

Glossocharitundes, linguæ blandimentis fallentes, *Quelli, che con belle parole ingannano*.

Glossogastor, lingua victum sibi quæritans, & loquens, quæ ventri conducunt.

Glossographia, interpretatio vocum abstrusarum. Glossogrăphus, interpres.

Glossographus, qui glossas scribit, seu voces peregrinas explicat.

Glosso-

Gloſſopetra, lapis linguæ formam referens. Iſid.
Gloſsotmites, p. p. qui linguam præciſam habet, *Chi hà tagliato la lingua*.
Gloſsula, dictio. Sup. Item, parua gloſsa.
Glotorat ciconia, clangit. Author. Philol.
Glotticum, ad linguam pertinens.
Glottis, idis, lingua aſperam arteriam operiens, quæ & Epiglottis dicitur, auis genus.
Glottis, lingula tibiæ. Glotta, lingua. Lex. Philol.
Glottiſmus, oſculum, quo linguæ baſiantium ſe mutuò contingunt.
Glouidenus, gurdonicus, rudis, imperitus. Sirm. ad Ennod.
Glubo, is, pellem, corticem demo, *Scorticare, ſcorzare*. Glubere ramos, ſtringere valdè. Varro. Gluo. Pap. Item, infamem libidinem exerceo. Lex. Philol.
Glucidatum, dulce, iucundum, quaſi, Glycidatum; quia, glycys, dulcis, vnde compoſit. Vide.
Gluma, hordei tunicula, & grani folliculus, *Lolla*. Item, ficuum. Feſt. Glumit, exoritur. Pap.
Gluo, is, conſtringo.
Glus, vis, aut, utis, Glia græcè gluten.
Glut, imitatio ſoni editi à liquore per anguſtias deſcendentis.
Gluten, glutinum, *Colla*. Glutinamentum, compactio, *Incollamento*. Glutinator, qui glutinat, *Incollatore*. Glutinoſum. Sup. glutine abundans, à verbo, glutino, as, coniungo, *Incollare*. Vnde compoſita, agglutino, conglutino, reglutino, Vide ſuis locis.
Glutiæ, paruæ nates, ſeu cerebri tenues, & prælongæ eminentiæ. Lex. med. glutinates, clunes.
Glutino, as, Vide gluten.
Glutio, is, deuoro. Glutere ſaliuam, glutire, deuorare, *Inghiottire*. Deglutio, Reglutio, &c.
Gluto, onis, guloſus, Glutto. Gloſs. ſaburra, gulo, ingluuioſus, mandūco, guloſus, Gnatho, *Ghiottone*.
Gluttus, guttur. Gluttit, gracillat, gallina. Sup.
Glutum, ti, gluten. Sup. *Colla*.
Glutus, benè vnctus, & compactus. Cato.
Glutus, glitus, à glus, vel gluten, quaſi glutine cohærens: glis, terra tenax: glutos, nates, coxa, clunis. Gloſs. Lex. Philol.
Gluuere, diſtinguere.
Gluuiæ, guloſi. Lucil. *Goloſi*.
Glux, ucis, quod tergora clypeis accommoda facit. Auſon.
Glycea, narium vlcera. Onom. med. Item, medicamenta, quæ aliquando purgant, & interdum acres humores indulcant. Lex. med.
Glycerium, à dulci amore dicta fœmina. Plaut. Ter.
Glycy, vinum paſsum. Item, dulce.
Glycycarpus, dulcem fructum ferens.
Glycymerides, oſtreorum ſpecies.
Glycimelon, melimelon, pomum dulce.
Glycynas, placenta cum dulci vino confecta, *Focaccia con mele*.
Glycyphōnus, dulciter canens. Glyciphonia, cantus ſuauitas, *Harmonia*.
Glycypicrus, dulciter amarus, habens, amaram dulcedinem, *Dolce amaro*.
Glycys, dulcis. Glycite, dulcedo. Euphor.
Glycythymia, animi ſuauitas. Glycythymus, placido animo præditus, *Piacenole*.
Glycyrrhiza, dulci radix herba, *Regolitia*. H. P.
Glycytrachēlus, p. p. dulce collum habens, & ceruicem.
Glycyſide, herba.
Glymma, ſculptura, cælatura, *Intaglio*.
Glyphion, ſcalptorium, inſtrumentum. Rh. *Scarpello*.
Glyphice, ars, quæ circa metalla verſatur. Rh. glypha, ſculptura. Pap. Glypho, is, ſcalpo.
Glyphis, crena in ſagitta, cui neruus inſeritur. Item columnæ caput. Cath.

G N

Gn, gens, genus. In notis.
Gnābat, natus, generatus. Iſid. Gloſs. Gnaba.
Gnæus, corporis inſigne, natiua macula, & prænomen à generando. Feſt.
Gnaphalium, herba tomentitia. Gnaphălum, Cnaphalum. Item, tomentum è pannis abraſum.
Gnaphus, carduus fullonicus.
Gnaphălus, auis genus.
Gnaphus, frutex ſpinoſus.
Gnarificationes, ſermones. Pap.
Gnarĭtas, ſcientia, *Dottrina*. Scal. Gnariter, gnaro, aduerb. *Dottamente*. Gnaritur, cognoſcitur. Gloſs.
Gnarrat, narrat. Gnarĭgat. Muret. Gnarigauit, gnariſset, narrauit, narraſset.
Gnarurat, cognoſcit. Sup.
Gnarurus, gnarus, certus. Antiq. Plaut.
Gnaruiſse, narrauiſse. Feſt.
Gnārus, narus, ſciens, peritus, *Dotto*. Prognārè, apertè. Suet. contra, Ignarus, indoctus.
Gnatāre, liberis operam dare. Gnaturio, liberis operam dare percupio. Digeſt.
Gnathus, maxilla. Gena, vnde Gnathon, paraſitus, bucco, impurus, gnatho, ōnis, *Scroccone*. Tetragnathus, aranеōrum genus. Plin.
Gnathicidium, filij occiſio. Parricidium, patris. Sup.
Gnatus, filius, natus, *Figlio*, à gnaſcor. Gnarus, ſcius, peritus. Gnatus, filius. Natus, pullus. Fronto.
Gnauat, fortiter exequitur. Iſid, Gloſs.

Gnaus,

Gnauus, Nauus celer, ſtrenuus. Gnauiter, accuratè, *Diligente*.

Gnephōſus, obſcurus. Feſt.

Gnelion, aquilæ genus, quaſi legitimum, verumque. Plin.

Gneſius, originem habens ſynceram. Legitimus, veriſſimum aquilæ genus.

Gneus, gnæus, corporis inſigne, & prænomen à gignendo. Feſt. Næuus, Vide.

Gnide, Cnide, piſcis genus, vrtica dictum.

Gnitur, gignitur, cognoſcitur. antiq. Gnotum, notum: Gnobilis, nobilis. Gloſſ.

Gnitus, gnixus, gnitur, à generibus priſci dixerunt. Feſt.

Gnixus, genitus, cognitus, nixus. Antiq. Gnitus. Feſt.

Gnobiles, noti. Acc. Muret.

Gnoma, ſententia memorabilis, dictum celebre? Item, inſtrumentum Geometricum, quo regiones, & agri cognoſcuntur, *Squadra*. Gnomon, etiam dictum.

Gnoma, forum in caſtris. Suid.

Gnomica, pertinentia ad ſententias. Item, periodus ſententioſa, arguta ſententijs.

Gnomoglypha, ſententiæ extantes, & eminentes ſculptæ.

Gnomologia, collectio ſententiarum, *Raccolta di ſentenze*. Gnomológus, ſententiæ prolocutor.

Gnomon, ŏnis, ſtylus horarius, in medio horologij Solaris, *Gnomone*; Vnde, Gnomonica. Item, regula, prudens, Proprie, cognitor. Dens pullinus.

Gnomones, p. c. prudentes. Gnomíci, gnoſtici, ſcientes. Rh.

Gnomon, machinula, quâ vtimur in deſignandis, & metiendis vrbium vijs ad auertendam ijs vim ventorum moleſtam. Lex. Philoſ.

Gnomŏnes, p. c. dentes iumentorum, quibus eorum ætas dijudicatur. Agnomŏnes verò, non habentes gnomones, cum præterijt ætas dijudicanda, *Che hanno pareggiato*.

Gnomonica, Aſtrologiæ pars, ſolis horas docens per vmbram gnomonis.

Gnoro, as, ſcio. Contra, Ignoro.

Gnorſima, indicium, & index, quo aliquid cognoſcimus, *Contraſegno*. Gnoriſtica, notitiam, præbentia.

Gnoſis, cognitio, ſcientia. Pap.

Gnoſco, cognoſco. Diom. *Conoſcere*.

Gnoſtæ, aruſpices, Pithones. Cerda. Gnoſtes, cognitor, ariolus.

Gnoſtici. Hæretici dicti ob inſignem eruditionem, quam ſibi vendicabant. Gnoſticus, cognoſcendi facultate præditus. Gnoſtici, cognoſcentes. Martyriorum refragatores hæretici. Tertul.

Gnot, nouit. Gnotu, cognitu. Gnotum, notum. Gnotus, notus antiq. Feſt.

G O

Gobella, gobèllum, vas potorium. Salm.

Gobius, gobio, piſcis notus, *Gobio*.

Goërare, gyrare. Palm. Goërus. Gyrus. Scal. girare. Delrius.

Goës, ētis, incantator, præſtigiator. Goëticus, præſtigiator, incantator.

Goëtia, p. p. incantatio præſtigioſa per Manium inuocationem. Impoſtura, *Incanto*.

Golgotha, caluariæ locus, vbi Chriſtus paſſus.

Golgothum, rapum.

Golora, teſtudo. Gloſſ. A. L.

Gomer, menſura vnius diei apud Hebræos, vti chœnix apud Græcos. Vide.

Gomeria, ſarcina, *Balla di lana*. Buleng.

Gomeriaticum, tributum pro ſarcinis lanarum. Buleng.

Gomor, menſura vini continens quinque ſeſtarios. Hebr. Græcis, Chœnix.

Gomphæna, ſymphonia, herba. Iun.

Gomphiaſis, gomphiaſmus, colliſio, dolor, ſtupor dentium maxillarium.

Gomphius, molaris dens; Gomphus, cuneus, clauus.

Gomphōſis, affectio cum ad inſtar claui, os oſſi inſignitur, vel cum quippiam ita eſt infixum, veluti dentes, vt ne tantillum quidem dimoueatur. Lex. med. Item, conglutinatio.

Gomphus, oculi affectus, tumor, clauus, dictus, cum pupilla egreditur pelliculas vuæ. Lex. m.

Gomphus, cuneus, clauus.

Gonăgra, genuum podagra. Onom. med. *Gotta nelle ginocchia*.

Gonarche, horologij Solaris ſpecies ab angulo, & genu dicta. Vitr.

Gonātus, qui magna habet genua. Rh. *Chi hà gran ginocchia*.

Gongri, rotunda internodia. Onom. med.

Gongron, gongrōne, broncocēle, gulæ tumor. Vide. Gorr.

Gongyla, congylis, rapum. Gorr. Gongylium, rotundum.

Gongylis, rotundus, bolus rapo ſimilis. Dalech.

Goniaſmus, concurrentium parietum angulus, *Angolo di due parets*.

Gonorrhœa, ſeminis innita, & aſſidua excretio vigilantibus, & aſſidua cole extento. Gonorrhœus, hoc morbo laborans; Onirogmus, dormientibus accidit. Manar.

Gonorrhœus, gonorrhœâ laborans.

Gonyclisia, genuflexio, gongylis, catapotia, vide; Glomeramina.

Gonypētes, qui ingeniculatus pedibus aduoluitur.

Gordius

Gordius nodus, indissolubilis. prou. à Gordio rege. vide Parœmiographum.
Gorgias, terribilis, velox. Bibl.
Gorgo, goreo, corgò, certè. Sup. prorsus, nimirum. Pap. *Certamente*.
Gorgon, gorgo, Medusa, terror. Item, animal quadrupes. Gesn.
Gorgonia, p.p coralium, quod ex aquis exemptum continuo lapidescat. Item, amatorium poculum quo epoto amantes lapidescunt. Casell.
Gorgophora, Pallas Gorgonis caput in scuto ferens.
Gorgōpus, aspectu truculentus.
Gorgus, indubius. Sup. Gorgos, agilis. Pap. facilè mobilis. *Agile*.
Gorgyeum, laciniosum dicendi genus à Gorgiâ inuentum.
Gorgyra, subterraneus carcer. Galeagra. Rh. canalis subterraneus, per quem aqua effluit.
Gorpiæus, November Macedonibus. Pap.
Gorrida, terribilia, metuenda. Gorriones, cum humore sonante. Pap.
Gorriones, cum errore sonantes. Isid. gl. B. Vulc.
Goruhtum, gorytos, corytus. Vide.
Gortyna, pharetra. Bibl.
Gossipium, gossampinus, xylon, frutex, laniger, linaque inde facta, dicta, xylina, *Cottone*, *bombace*.
Gous, lamentatio. *Guai*. Monos.

G R

Grab, fistula oculi, morbus. Onom. med.
Grabātus, p.p. lectulus, in quo meridiari solemus. *Letticello*. Grabatarius, grabatum faciens, vel ad grabatum attinens.
Grabium, lignum quernum, quod fractum, fissumue accensum iter facientibus lumen præbet: tæda.
Grabātum. p.c. gremium. Grabātum, p.p. lectus. Cath.
Grabatarius, qui grabatos facit.
Graceo, gracilis fio.
Gracila, gracilis, p.c. Gracilenta: Graclen, tenuis, macilenta, *Sottile*, *magro*. Antiq. Lucr. Gracilipes, ciconia dicta. Non. *Chi ha i piedi sottili*. Gracilens, gracilis.
Gracilitudo, gracilitas, corporis habitus tenuis, *Sottigliezza magrezza*.
Graciléfco, tenuis fio, *Diuenir scarno, magro*.
Gracitat, anser: glacitat. Vide.
Gracus, gracŭlus, auis minor cornice, ei verò persimilis, *Gracchio, tacola, cornacchia*. Item, pisces.
Gradālis pugna, quæ gradatim fit. Diom.
Gradāle, Graduāle, cantus gradatim factus. Cath. *Il graduale*. Vide, Graduale.
Gradāre, gradibus ornare, per gradus ducere. Cath. à Grado, as, *Far scalinata*. Degrādo, regrādo &c.
Gradaria tibia, qua vtebantur in itineribus. Poll. *Da viaggio*. Gradaria pugna, gradalis, quæ gradiendo peragitur: stataria, contra.
Gradarij equi, qui sine succussatione molliter incedunt, *Caualli di buon trotto Chinee*.
Gradarius, Daunius, pes, Iambus dictus, quia citus, & facilis. Gradarium, quod fit gradatim.
Gradātim, per gradus, *à passi, à passo*. Item per gradus, *Per i gradi*. Item, sensim, paulatim, *à poco à poco*.
Gradatio, Climax, figura, cum ex prima sententia secunda, ex secunda tertia &c. oritur. Item, graduum in theatro dispositio. Vitr.
Gradatus, a, um, in modum graduum formatus, *fatto in forma di gradi scalinato*.
Gradilis panis, qui viritim quotidie quibusdam è gradibus diuidi solebat in pistrina in quaque regione vrbis. Turn. Buleng. in amphitheatri, & fori gradibus. Salm.
Gradior, eris, gradum facio, *Andare*.
Graduāle, gradāle, hymnus cantatus ad gradus pulpiti, cum cantandum Euangelium. Gau.
Gradīpes, p.p. qui pedibus graditur. Pap. *Chi va à piedi*.
Gradiuus, Mars. Gradiuicola, qui Martem colit.
Graduale, gradale, quod gradatim canitur post responsorium.
Graduis, gradus. antiq.
Gradus, us, *Scaglione grado*. Gradus formicinus, testudineus, *Tardo*. Grallatorius, longus, *Lungo*. Item, gressus pedum gradientium, *Passo*.
Gradus per quos ascendimus, vt scalarum. Item, existimatio, honor. Item, linæ consanguinitatis, aut affinitatis. Item, mensuræ genus pedes duos & semis continens. Isid.
Græa, quod in lactis summa concrescit, & in iusculo spuma superna. Rh. Græ, nymphæ. Cerda.
Græcāri, congręcāri, pergræcāri. Lex. Phil. conuiuijs, & compotationibus indulgere, *Far banchetti*.
Græciensis, Hispaniensis, Italiensis, natus quidem in Græcia, &c. sed aliunde oriundus. Græcus verò natus. & oriundus in Græcia.
Græciensis Græcus, Græcŭlus, per contemptum. Græcātim, Græco more. Græca fides. Tertull. Fallax. Græcitas, Græcarum literarum studium.
Græcilens, gracilis. Non, *Magro*.
Græcitio, Græcos imitor, *Fare il Greco*.
Græcostăsis, p.c. locus Romæ substructus cœnaculo, vbi nationum legati subsistebant. Turn.

Græ-

Græcolõnus, Græcæ linguæ peritus. Luitpr. in Leg. Meurs.

Græcula, mala, à patriâ ita dicta. Plin. Græcula rosa, non nisi in humidis nascens, non excedens quinque folia. Plin.

Graiugẽna, p.c. genitus è Græco. Graicus, Graius, Græcus.

Grallæ, lignea crura oblonga, furcillas habentia, *Zanche*. Grallatõres, grullatores, pantomimi, ijs vtentes. Grallatorius gradus, permagnus. Contra, Testudineus, formicinus.

• Gramen, herbæ genus, *Gramigna*. Gramineus cespes, ex gramine. Gramen aculeatum, *Sanguinella*. Graminõsum, plenum gramine. Graminari, gramen mittere, *Metter gramigna*.

Gramiæ, gramæ, glamæ, oculorum vitia & pituitæ: vnde. Senes gramiosi, gramiâ laborantes. Cæc. *Cisposi*.

• Gramineo, es, gramine impleor. Cath. Gramineſco.

• Gramino, as, gramina colligo, gramine impleo. Cath.

• Gramma, æ, vide. Grammiſmus, linea.

Grammanæ, gemmæ, quæ per transuersum albâ lineâ præcinguntur.

• Gramma, atis, littera, tabula publica, liber. Gramme, linea, longitudo sine latitudine.

• Grammateia, commentaria, seu acta rei athleticæ. Faber.

• Grammatẽum, didascalẽum, ludus litterarius, *Scuola*. Item, syngraphia, codicillus, publicum cœnaculum. Athen.

• Grammateus, scriba, publicus Cancellarius, *Scriuano*. Grammatophylacẽum, vbi tabulæ publicæ seruantur, *Archinio, cancelleria*.

• Grammatias, gemmæ genus. Voss.

• Grammatica, grammatistica, ars rectè loquendi, & scribendi. Grammaticaliter. Adu.

• Grammaticum, ad grammaticam spectans.

• Grammaticus, qui litteras docet. Grammatodidascalus, grammaticè, *Grammatico*. Item, dicti, qui præerant cadaueribus condiendis. Item, criticus, & litterator. Tesserarius. Gloss. vet.

Grammatidipnus, cœnarum descriptor. Dalech.

• Grammatidium, epistolium, schedula testificantis, *Polizza*.

• Grammatistes, ludimagister. Grammatista, leuiter eruditus, litterator. Grammaticus, litteratus perfectè. Grammatistica, ars ipsa: litteratio, docens solum legere, & scribere.

• Grammatocyphon, abiectus litterator, *Grammaticuccio*.

• Grammatias, gemma ex iaspidum genere similis smaragdo. Polygrammos, dicta Plin.

• Grammatoisagogicus, qui ad litteras introducit, *Chi introduce alla Grammatica*.

• Grammatophylacium, locus, vbi tabulæ publicæ conseruantur.

Grammicus, a, um, linearis, per lineas factus. Vitr. Lex. Philol.

Grammiſmus, gramma, pædia, ludus tesserarius à lineis dictus, in quo sexaginta calculi partim albo partum nigro notati per grammas, hoc est lineas fritillo iaciebantur. Hermannus Hugo, *Giuoco di dadi*.

Granadilla, plantæ fructus peregrinæ, *Granadiglia*. H. P.

Granarium, locus, in quo grana frugum reponuntur, *Granaio*. Item, locus subterraneus situs, puteus, dictus.

Granatillus, flos Indicus, *Granatiglia*.

Granãtim, per grana. Apul. *A grano, à grano*.

Granãtum, malum punicum, *Granato*. Granata malus. Item, granis abundans, *Chi hà molto grano*. Item, pulmentum, è grano tritici cocto, frumentacea. Ptisana. Turn.

Granatza, vestis Constantinop. Imperatoris. Lapatza reliquorum Principum. Buleng.

Granãtus, us, vnde granatui ferere. Cato. non ad pabulum iumentorum, sed ad granum, vt perueniat. Turn.

Grandæuitas, granditas, senectus. Grandæuus, qui est prouectioris ætatis, senex, *Vecchio*.

Grandebalæ, p.li subalares. Iun.

Grandesco, grandeo, cresco grandis fio, *Diuenir grande*.

Grandias, ossas carnis. Isid. Gloss.

Grandicũlus, aliquantum grandis. Grandicũlus puer, doli capax, *Alquanto grande*.

Grandiloquus, qui sublimi dicendi genere vtitur, *Chi hà il parlar grande*.

Grandigro, as, grandi gradu eo, Grandigrans, qui grandi passu incedit. Plaut. *Chi fà i passi longhi*.

Grandio, is, grandem facio. Plaut. *Aggrandire*. Grandis, ætatis magnitudine præditus, *Grande*.

Grandino, as. Vnde, Grandinatum, grandine saucium.

Grandiscapiæ, arbores habentes capita grandia, id est, radices. Scal. Lex. Philol.

Grandiscapiæ, arbores habentes scapum grandem, *Di gran fusto*. Lipsi.

Granditas, granditudo, maior ætas. Grandæuitas, *Vecchiaia*. Veget. Granditer, valdè. Sid. *Grandemente*. Grandis, corpore magnus.

Granditus, enormis. Cl. Al. L.

Grandiuscũlus, aliquantum grandis, *Grandicello*.

Grando, tuberculum durum superiori fermè palpebræ innascens. Item, in suum ore nascens, & per totum carnem sparsa, vnde sues grandinosi.

Grando, ĭnis, pluuia in aëre gelu concreta, *Grandine*.

dine. Grandinōsum, abundans grandine, *Tempestoso*. Grandinat, grando cadit, *Tempesta gragnuola*.

Grandosum, grandinosum. Petr. Gell. *Gragnuoloso*.

Granea, cibus ex granis tostis.

Graneo, es, grana emitto, *Metter' il grano*.

Granifer, producens grana, *Chi fà il grano*.

Granitum, grana multa habens. Sup. *Granito*.

Grano, as, granis impleo. Vnde composita, Degrano, &c.

Grano, ōnis, pilus felis circa os, quibus abscissis ferociam perdit. Lex. Philol.

Granomastix, grani excussor. Isid. arboris lentisci gummi. Pap.

Granōsum, granis refertum, *Granelloso*.

Granum, semen frugum, *Grano, granello*. Granum vuæ, acinus. Ficarium, infectorium, tinctorium. Granŭlum, paruum granum.

• Granum tinctorium coccus baphica, *Grana*. Mesuë.

• Granum gnidium, thymelæa, fructus thymelææ. Mesuë.

Graosobæ, cum vetulis rem habentes.

Graphe, scriptura, pictura. Grapheus, scriptor pingendi peritus, ad vnguem factus.

Graphia, scriptura. Cod. Il. antiq.

Graphicè, eleganter, politè, diligenter.

Graphicè, es, ars pingendi, pictura, sculptura, *Pittura*. Item, stylus, cura elaborandi, quæ scribimus. Bud.

Graphiarij, tabelliones scribentes eleganter, & pingentes, *Scrittori buoni*.

Graphiarium, theca graphij, seu styli. Graphiaria theca, *Pennaiolo*. Graphiarius, gladiolus, *Temperino*. Iun.

Graphio, ōnis, præses, iudex fiscalis. Cod. Il. antiq.

Graphis, idis, stylus, penicillus. Item, lineamentorum ductus, delineatio, *Abbozzamento, disegno*.

Graphium, stylus ferreus, quo vtebantur in litteris exarandis, *Puntarolo, stilo*. Graphiarium, theca graphij, *Guaina*.

Graphicus homo, ad vnguem factus, *Ben fatto*. Graphicoterum, magis graphicum. Vitr.

Graphus, scriptor. Grapheus, *Scrittore*, à Grapho, ideſt, scribo, pingo.

Gras, gratia, grates. Sup.

Grason, teter ordor lanæ succidæ, & alarum sub brachijs. Item, hircus dicitur. Rh. Poll. *Puzzore sotto il braccio*.

Grassa, gressus. Sup.

Grassatio, grassatura, insultus, *Assassinamento*.

Grassator, prædo, viarum obsessor. Latro. Grassamus. Grassator, *Assassino*.

• Grassor, āris, cum impetu incedo, viam obsideo, *Assassinare*.

Grassio, as, incrassio. Sup. *Ingrossare*.

Grassus, setosus, pilosus. Isid. Gloss. *Peloso*.

Gratabundus, gratulabundus, qui lætus est de bono suo, vel alieno, *Allegro, baldanzoso*.

Gratanter, gratè. Symm. *Gratamente*.

Gratâri, gratulari, *Congratularsi*, à Grator, aris. Vide.

Grates, gratiæ, quæ referri debent, *Grație*.

Gratia, beneficium. Gratè, grato animo, *Gratamente*.

Gratificor, rem gratam facio, *Far cosa grata*. Gratificatio, *Piacere*.

Gratijs, gratis, vnde, Ingratijs, ingratis. Turn.

Gratilla, gratus cibus. Arnob. Lex. Philol.

Gratiola, parua gratia. Item, herba paluſtris, *Stanca cauallo*. Grateolus, grateolentia. Apul.

Gratiōsè, cum gratiâ, L. I. C. Gratiositas. Tertull. gratiōsus, qui gratia multum valet.

Gratis, gratuito, sine præmio, & prétio. Gratijs, gratis. Ingratijs, inuitus. Turn. Gratitudo.

Gratito, anseris est. Gracido. Lex. Philol.

Gratitūdo, actus grati. Gratitudo, naturalis obligatio.

Grator, āris, gratulor. Grato, as, gratum facio. Gloss. *Render grato*.

Gratuitum, carens præmio, & pretio. Tertull. gratis datum, *Senza premio*. Gratuita libertas, data sine præmio.

Gratuito, gratuitè, gratis. Cath.

Gratulabundus, valdè gratulans, *Chi molto si rallegra*.

Gratulor, lætor, gratias ago. Gratulatio. Gratulamur, de alieni: Lætamur de nostris.

Gratus, qui gratiam pro beneficio refert, *Grato*.

Grauasellus, senior, à grauitate dictus. Fest. quod terram grauet. Plaut.

Graucălus, auis cinerea. Arist.

Grauatè, inuitè, Grauātim, Inuitè, *Grauosamente*. Grauātus, oppressus, *Grauato*.

Grauēdo, is, coryza, capitis morbus, quo humor crassior ex cerebro in nares decurrit cum raucedine, *Freddura, grauezza di testa*. Grauis somnolentia.

Grauedinōsus, qui grauedine infestatur, *Catarroso, sfredito*.

Graueolentia, grauis odor, *Puzza*. Graueōlens, quod malè olet, *Che hà cattiuo odore*.

Grauesco, oneror, grauis fio, *Aggranarsi, farsi graue*. Graueo, ēs grauis. Cath.

Grauescens valetudo, quæ grauior fit. Grauesco, grauis fio, *Aggranarsi*.

Grauia, comitatus. Grauius, præses. Burgrauius, præses

præſes caſtri. Landgrauius, regionis præſes. Lex. Philol.

Grauicors; grauis cordis.

Grauidāri, grauidam fieri, *Ingrauidarſi*. Grauidāuit, impleuit. Cæcil. Grauiditas, grauidatio, *Grauidanza*.

Grauidus, plenus, *Grauido*. Prægnans.

Grauilŏquus, grauiter loquens. Graui loquentia, *Parlar graue*.

Grauis, ponderoſus, moleſtus. Grauitas, pondus, conſtantia, inclementia. Grauiter, moleſtè.

Grauiſtellus. Vide, grauaſtellus.

Grauius, iudex, vnde, Landgrauius, Prouinciæ comes, ſiue iudex. Marchgrauius, limitis comes. Burgrauius, &c. Lex. I. C.

Grauium, iligneum, quernum lignum, quod conciſum ſuccenditur iter facientibus. Rh.

Graulus, culeus. Sup.

Grauor, offendor, grauiter fero, *Aggrauarſi*. Plaut.

Graxo, indico. Plaut.

Grauo, as, onero, grauem reddo. Grauātus, grauatè, grauatim. Vide.

Gredibundus, qui facilè graditur: greſſuo, as. Gloſſ. Barb.

Gredinūda, ingrediens. Sup.

Gregalis, de eodem grege, ſocius. Gregarius. Lex. Philol.

Gregarij, eiuſdem gregis. Gregātim, per greges, coniunctim, *In truppa*. Gregare, vnire. Vnde, congregāre, &c.

Gregarij mulites, tumultuarij. Gregāle, quod ex grege eſt, *Del gregge*.

Grego, as, colligo. Compoſita in vſu; vt Congrĕgo, &c.

Gregorĕſis, vigilantia; vnde, Gregorius, vigilans; à Gregoreo, vigilo.

Gremia, ſurculi aridi minuti, quos ruſtici, quaſi gremio colligunt igni accendendo, Crenua, vide. Vlp.

Gremiāles, arbores ex quibus gremia colliguntur. Vide, Cremiales. Duaren.

Gremiale, quod gremium tegit, *Grembiale*.

Grenini, limites. Sup.

Gremium, *Grembo*. Gremium baſilicæ, maior nauis, templi, *Naue di mezo della Chieſa*. Gremio, pueri lactentes; ijdem grandiores, ſinu recepti. Gremio, as, in gremium accipio, loco. Cath.

Greſſus, us, progreſſus, *Andata auanti*. Greſſibile, quod eſt aptum ad gradiendum.

Greſsūtus, qui magnos facit greſſus. Cath. pedeſter. Pap. *Pedone*.

Greuus, denſus, ſpiſſus. Sup. *Speſſo*.

Grex, minutorum animalium, & pecudum multitudo: Armentum, maiorum, *Gregge*.

Gricenea, gricena, funis craſſus. Griconea. Feſt. *Canapo*.

Grifus. Vide griphus.

Grillus, gryllus, animal notum, *Grillo*. Grilletum, vbi grilli ſunt, *Grillaio*.

Gritmannus, præfectus pagorum. Prætor ruſticus. Lex. Philol.

Griphus, ſagena, rete, ænigma, ſermo implicitus, quæſtio conuiualis, *Indouinello*.

Gripus, ſuperbus, ceruicoſus, Grifus. Grippus. Gloſſ. vet. *Superbo, oſtinato*.

Griſeæ veſtes, preciolæ ex griſe, animalculo. Bleſen.

Groma, gruma, machinula ad regiones inſpiciendas, & menſurandas. Hygen. Gnoma. Gnomon. Scal.

Gromatica, diſciplina ad caſtrorum metationem, & agrorum menſuram ſpectans. Pith.

Gromatici libri, Hygenide limitibus.

Gromæ, petræ cauitas. Rh.

Gromphas, porca vetula, *Scroſa*.

Gronti, pugni, Monoſin, *Pugni*. Gronthon, primum rudimentum tubicinum.

Groppus, aridus. Sup. *Secco*.

Gros, orbis, circulus. Pap. Groſa, Raſoria argentarij. Pap.

Groſphophŏri, milites gladium, pila, parmam, geſtantes. Groſphomāchi, qui his pugnabant.

Groſphus, pilum, cuſpis haſtæ.

Groſſitudo, craſſitudo.

Groſſularia, frutex, *Groſſelier*. H. P.

Groſſum, annuus redditus beneficiorum. Diana.

Groſſus, ficus immatura, *Fico acerbo*: Seu quæ numquam matureſcit, vt ſylueſtris, *Saluatico*. Groſſulus, diminut. Groſſo, as, groſſum facio. Cath.

Groſſus, monetæ, nomen. Barb. A. Bonf. craſſus.

Grothōna, anus, emarcida, aut vetula aſina.

Grotta, ſpelunca vox Italica. Grotteſca, naturæ parerga eam imitantia, quaſi crypta, *Grotta*. Vnde, *Grotteſco*. Lex. Philol.

Gruarium, ius, à Gallis dictum ita. Vide. Lex. I. C.

Grua, grus. Cod. ll. antiq.

Grucarius, à gruibus dictus, municipalium legum interpres. Plin. L. I. C.

Grucula, parua grus. Vet. Dict. Lex. Philol.

Gruĕre, eſt gruum voces imitari. Feſt. *Far' il canto delle grue*.

Grullatores, bominatores. Sup.

Grulli, nauigium. Sup.

Gruma, menſura quædam, quâ flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt eſt agrimenſorum. Item, quadrantium. Non. Item, tartarum dolij. Cath.

Grumat, metitur. Vnde, degrumāri, menſurari gruma.

grumâ. Grumãre, dirigere, æquare. Vide, degrumari. Sup.

Grumæ, gromæ, loca media, in quæ conueniunt quatuor viæ, & in castris, gnoma, & mensura viarum. Turn.

Grumo, as, gruma metior, exæquo. Item, grumam facio, tumco. Cath. Grumatores, mensores, qui grumant. Lex. Phil.

Grumus, agger, terræ collectio, minor tumulo, *Mucchio*. Item lac, & concretus sanguis. Lex. m. Grumũlus. dimin. Grumius, *Mucchietto*.

Grunda, tectum, contignatio supra vestibulum, *Gronda*. Subgrunda, inferior pars tecti. Grundũla.

Grundatorium, quod grundat. Cath.

Grundire, grunnire, porcos imitari. Grunnitus, us, grunditus, vox porci.

Grundo, as, grundam facio. Lex. Phil. Grundit, grunnit. Vide grunnio.

Grundo, as, grundam facio, vel à grunda aquam emitto. Cath.

Grundũles, grundiles, Lares domestici, quos Romulus instituit in honorem scrophæ, quæ peperit xxx. porcellos, Iulio Ascanio viuente, & ibi Albam condidit, ita dicti à subgrundijs ædium, vel à porcorum grunnitu, vbi ipsi mactabantur. Delrius.

Grunnitus, us, grylle. Porcorum vox, *Grunimento*. Grunnio. Grunio, glunio. Cath.

Gruo, is, gruum more clamo, concordo, Inusit. Congruo, Vsitat. Vide.

Grupes, gryphes. Sup.

Grus, auis nota, *Grv*. Item, machina ad onera subleuanda, geranon. Vitr. Grucũla, parua grus. Gruinum, ad gruem spectãs. Cath. *Di grù*.

Grusus, grossus, ficus. Ingrusia, cibus venenatus in gruso. Item, serosus. Pap.

Grutaria, minuta quædam ad esum, vt nuces, poma, &c. Pall. Grutaria vendens.

Gry, vel, Phui, minimum quiddam: Res vilissima, aut vox sutilla. Abijt in prouerbium. Ne gry quidem. Sordes quæ sunt sub vngue. Lex. Phil.

Grylle, vox porcorum. Grylliſmus, grunnitus, *Grunimento*.

Gryllus, grillus, animal notum, *Grillo*. Item, ridiculus. Lex.

Gryphõma, ornamenta muliebra. Poll. Tiraq.

Gryphus, grype, gryps, animal quadrupes, pennatum, anteriori aquilæ figurâ, posteriori leonis.

Grypõsis, incuruatio.

Grypus, qui nasum aquilinum, incuruum habet, *Naso aquilino*. ceruicõsus, superbus. Pap.

Grytopõles, p.p. suppellectilia vtilia vendens. Grytaria, scruta, vtilia, scruta. Vide Bub.

Amalthea Onomast.

G V

Guadia, pignus. Vnde, inguadiare, L.I.C. debita constitutio. Guadiare, deguadiare. Cath. guadiam frangere, à vade dicta. Lex.

Guadum, herba, glastum, Isatis, *Pastello* dicta Hispanis.

Guaiacum, lignum sanctum, *Legno santo*. Gaiacum.

Guardia, custodia. Guardiani, custodes. Feud.

Guardia, feuda sunt quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini. Lex. Phil.

Guardio, cui talis custodia commissa est: vel dicitur Guardianus, vt est etiam custodiens conuentum. Lex. Phil.

Guarentisare, Guarentare, defensorem se profiteri. L. I. C. causam alterius suscipere. Gallice.

Guarnimentum, ornamentum. Cod. ll. antiq.

Guastaldus, præfectus, seu custos curtis, Lex. I.C. *Guastaldo*.

Gubellum, globellus, *Ghiometto*, quasi paruus globus. Isid.

Guber, gubernator. Gubernio, onis, Gloss. Isid.

Guberna, gubernacula. Lucil. gubernum, gubernaculum.

Gubernacũlum, clauus nauis, quo ea gubernatur. Gubernãtor, rector nauis. Gubernium. Gubernatio. Sup. Gubernator.

Gubernio, õnis, gubernator. Cath. *Gouernatore*.

Guberno, as, nauim rego. Gubernator. Gubernatrix. Gubernatio, *Gouernare, gouernatore*.

Gubila, gula. Gloss.

Guerra, bellum. Blesen. Barb. Cod. ll. antiq.

Guellellæ, vel, roserulæ, mures, quorum stercus redolet muscum.

Gufa, vestis genus, nos *Giubba*. Gloss. vett. Bigera vestis, gufa villata, Vngaris amphitaba, cilicium. Lex. Philol.

Guidagium, pedagium, quod alicui soluitur pro securo conductu transeundi per terram alicuius. Lex. I.C.

Guina, guna, vas vitreum, cucurbita, *Ventosa*. Cath.

Gula, fistula colli, interior, *Gola*. Gulõsus, Gulæ deditus, *Goloso*. Gulosè, adu. *Golosamente*.

Gulatores, gulones. Sup. *Goloni*.

Gulis, gulo, õnis, helluo. Sup. *Goloso*.

Gulliõcæ, nucum iuglandium summa, & viridia putamina. Fest.

Gulo, as, inusit. Degũlo, deuoro. Gulare, gulæ dedere, *Darsi alla gola*.

Gulõsus, tabernio, popinator. Isid. Gloss. *Tauerniero*.

Gulo, õnis, gulõnus, guloſus. Cath. Item, fera velocissima Moschouiæ. Olaus. Mag.

Gulûla, parua gula in ædificijs, *Golletta*. Leon. Bapt. Alb.
Gulus, nauigij genus.
Gumæ, gurgites. Lucil.
Gumba, cuneus. Isid. Gloss.
Gume, gummi. Gummatus. Non. *Gomma*.
Gumia, gulosus. Antiq. Lucil. ingluuies. Gluto. Gulo, saburra. Vnde, Degumiare, degumere, Deuorare. Gumiæ, gulosi. B. Vulc.
Gummi, lacryma arborum, *Gomma*. Gummi, benzoinum.
Gummînum, p. p. ex gummi confectum, *Di gomma*. Gummâtum, Gummosum, Gummâtum, gummi producens.
Gummitio, illinitio ex gummi. Picatio, ex pice. Colum.
Gummethetîci, saltus, quos homines quodammodò ascriptitij incolunt, nullam aliam expectantes mercedem, quàm ex ipso saltu. Alciat. Vide. Gunethetici.
Guna, vestis pellicea.
Gunâta, genua. Monosin.
Gunatus, gunâ amictus. Lex. Philol.
Guntfalonerus, vexillifer, dux, vox Barbara. Sirmon. Barb. *Gonfaloniero*.
Gundula, æ, nauigij genus, *Gondola*. Barb.
Gunethetîci, saltus, quos homines ascriptitij colunt. Lex. I. B. vide, Gummethetici.
Gurare, gyrare.
Gurdus, stolidus, lentus, inutilis, *Balordo*. Isid. Gloss.
Gurdonicus, à gurdo dictus, Glouidenus. Sirm. ad Ennod.
Gurga, inepta. Pap.
Gurges, gurgus, locus in flumine profundus, verticosus, *Gorgo*. Item, homo insatiabilis, helluo. Gurgitinus, ad gurgitem spectans.
Gurgustium, angusta, obscura habitatio, *Stanzetta*. Gurgustiŏlum. Diminut. tuguriolum, *Stanzino*. Apul.
Gugito, as, deuoro. Composita. Ingurgito, *Tracannare*.
Gurgulio, curculio, caruncula in fine palati ad fauces dependens, *Vgola*. Item, vermis corrodens frumentum, *Punfacchio*. Item, casula.
Gurgunco, gluto, gulosus. Pap. *Goloso*.
Guri, gyri. Salmas. Gurum, gœrum, gyrum.
Gurpire, Vuerpere, dimittere, & in aliam possessionem traducere. Fulber.
Gustatio, prima pars cœnæ. Antecœna: Gustarium, antecœnium, *Antipasto*. Gustus.
Gustatium, nauis parua. Cæsarius.
Gustatorium, crater, siue labrum, in quod aqua è fonte cadit. Item, vas gustationi destinatum. Item, locus, vbi antiqui cœnare solebant. Plin. Gustatoria cœna, quæ primò gustabatur. Suet.
Gustarium, bucciſmus, ientatio, ientaculum. Lex. Philol.
Gusto, as, libo, gustîto, sæpè gusto. *Assaggiare*. Gustatus, us, gustus, us, *Gusto*. Gustito, sæpè gusto. Cath.
Gustum dare, libamentum dare, *Dar saggio*.
Gustŭlum, oua, dicta ab Apuleio, quod in primo gustu darentur, Lips. paruus gustus, *Saggio*.
Gustulum, cupediæ gustui placentes à gustum diminut. Gustum, quod gustatur. Apitius. Lex. Philol.
Gustus, us, Gustatio, promulsis, ientaculum. Primus gustus. B. Vulc. Item, sensus, quo sapores discernimus. Gustulum, dimin. antecœnium.
Gutia, cucurbita. Gloss. guua.
Gutta, minima pars aquæ, *Goccíola*. Gutta, manat. Stilla, cadit. Item, guttæ, quæ Triglyphis subduntur ad inuersi turbinis speciem. Vitr. Iun.
Gutta rubea, malignus in facie tumor cum rubore.
Guttare, guttatim cadere, *Gocciare*. Cath.
Guttaria, dirus articulorum dolor. Vita S. Gund. Gutteria. Barb. *Gotta*.
Guttâtus, colorem macularum habens, *Pomellato, picchiato*. Salm.
Guttatim, per singulas guttas, *A goccia, à goccia*. Guttim. Cath. Guttôsum, plenum guttis.
Gutta rosacea, rosea affectio, rubedo impensa maxillarum, & aspectu iniucunda.
Gutta serena, affectio oculorum nil apparente exterius.
Gutto, onis. Vide, gutturnium.
Gutto, as, guttatim stillo, *Gocciare*. Guttans, *Che goccia*. Guttatio, *Sgocciolamento*.
Guttonarij, equi trepidarij, trepidantes, *Che ballano*. Colatorij, verò astureones, tolutarij, *Di passo, à portante*. Salm.
Guttŭla, parua gutta, *Gocciolletta*.
Guttŭlus, minutus piscis. Cath. *Pesciolino*.
Guttur, pars colli anterior, *Canna della gola*. Gutturem, pro, guttur. Plaut.
Gutturilla, locus, in quo corruptelæ fiebant, quod ibi gutturi daretur opera. Ganeum. B. Vulc.
Guttum, vnguentum repositum in gutto. Cath.
Gutturna, infirmitas gutturis. Cath. Gutturnia. Gutturis inflatio, *Enfiamento di gola*.
Gutturnium, Gutto, onis, vas, ex quo aqua guttatim effluit, & in manus datur. Gutturnium, *Mesci robba*. Fest.
Gutturôsi, qui magno, & tumido sunt gutture,

Gypsa-

Gogioſi. Item, guloſi. Sup.

Guttus, ti, poculi genus anguſto collo, in ſacris adhibitum. Item, vbi oleum aſſeruatum, *Orciolo*. Guttulus, paruus guttus, *Orciolletto*.

Guua, ventoſa cucurbita. Gloſſ. vet. Gutia, ventricoſa. Iſid.

Guuia, guina, vas vitreum, vel cucurbita, quod ventoſa dicitur. Lex.

G Y

Gyalon, Dinos, Ethanium, Hemitonus, Thericlium, vaſorum nomina. Rh.

Gyen, dentale. Rh.

Gygartus, lectus, in quo vincti paralytici, mente capti, Demoniaci detinebantur. Onom. med.

Gygerij, equi pumili, *Canalli nani*.

Gygos, auis clamoſa. Gyges.

Gyglymus, cardo, clauus retortus, *Ganghero, cardinetto*. Gynglymus, melius ſcribitur.

Gylius, militare vas, in quo cibos aſſeruabant, & ſecum ferebant, dictum, Opſotheca.

Gymnas, ădis, exercitium iuuenum nudorum.

Gymnaſium, exercitij locus. Paleſtra, *Luogo da eſſercitarſi; ſcuola*.

Gymnaſtes, gymnaſta, præfectus exercitiorum, *Maeſtro di ſcuola*.

Gymnaſtica, ars exercendi pueros nudos. Gymnaſticum, ad exercitium ſpectans.

Gymnaſiarchus, Gymnaſiarcha, gymnaſij præſes, gymnaſiorum Epiſcopus, Bidellus etiam dictus. Alciat. Gymnaſiarchia, præfectura gymnaſiorum.

Gymnaſium, locus, in quo fit exercitium. Ludus litterarius, *Scuola*. Gymnaſiolum, paruum gymnaſium, *Scuoletta*. Gymnia, gymnicia, exercitium.

Gymnici ludi, in quibus nudi exercebantur.

Gymnici agones, loci, in quibus Scenica; Muſica, Dionyſiaca, bellica, aliaque ſpectacula exercebantur. Heron. Gymnicia, gymnia, æ, exercitium. Cath. *Eſſercitio*.

Gymnicus, a, um, pertinens ad nudorum exercitium. Iſid.

Gymnologizo, nudus ratiocinor, concionor, *Parlare nudo*. Cath.

Gymnopędia, nudorum ludus, *Giuoco di nudi*.

Gymnopędica, ſaltatio puerorum nudorum.

Gymnopodium, calciamentum muliebre. Poll. Turaq.

Gymnopŏdes, qui nudis pedibus incedunt. Gymnopodiæ, chori puerorum Spartanorum, in laudibus Deorum ſaltantium nudis pedibus. Gymnopodia, ſaltatio nudis pedibus facta.

Gymnoſophiſtæ, ſapientes Indorum, qui nudi in ſyluis habitabant.

Gymnos, nudus, gymnus. Cath. *Nudo*.

de compoſita.

Gynæ, mulieres, vxores: gyna, gyne, mulier, *Donna*.

Gynæcēum, p. p. gynæconitis, locus in ædibus ſeparatus pro mulieribus, *Appartamento di donne*.

Gynæciarij, viles artifices, pannos curantes, *Stracciarolj*.

Gynæciarius, a, um, ad gynæceum pertinens. Gynæciaria ancilla, quæ ſeruit in genere. Lex. Philol.

Gynæciæ, mulierum paſſiones. Lex. med. *Indiſpoſitioni di donne*.

Gynæciſmus, actus muliebris, meticulus muliebris.

Gynæcocoſmi, qui petulantiores mulieres multâ afficiebant Athenis.

Gynycocrātia, dominatus muliebris. Gynæcocratumeni, mariti, in quos vxores dominantur, *Mariti, che obediſcono alle mogli*.

Gynæcomania, inſanus mulierum amor. Gynæcomānes, inſanientes amore mulierum, *Pazzia d'amor di donne*.

Gynycomaſton, mulieris mamma, pinguedinis auctio præter naturam. Lex. m. Onom. m.

Gynæcomimus, p. p. mulieres imitans.

Gynæconitis, mulierum domus, *Caſa di donne*. Rh. gynæcēum.

Gynæconōmi, mulierum cuſtodes, Oenoptæ, magiſtratus Athenis. Sigon.

Gynæconōmus, mulierum curator, & cui data cura conuiuas numerandi. Athen.

Gynæcophilus, mulierum amans, *Innamorato di donna*.

Gynæcophōnus, muliebrem vocem habens, *Chi hà voce di donna*.

Gynæcoſtratia, muliebris exercitus. Dalech.

Gynandrus, effęminatus, & qui vtrumque ſexum habet, *Effemminato, mezzo donna*.

Gypōnes, ligneis incedentes membris ſaltabant. Hypogypōnes, ſenum baculis innitentium formam habebant. Poll.

Gypſa, vultur, larua. Aldhel.

Gypſatæ manus, medicatæ, fucatæ induſtriâ. Cic.

Gypſochous, qui ex gypſo format, *Lauoratore di geſſo*.

Gypſatus ſeruus, gypſo illitus, cretatus dictus, *Ingeſſato*.

Gypſum, gypſus, nos, *Geſſo*. Gypsāre, gypſo linire, *Ingeſſare*. Gypſatum, gypſo illitum, *Ingeſſato*.

Gyraculum, inſtrumentum gyrans, *Giracola*.

Gyrata, veſtis in ambitum, rotunda, *Veſtè rotonda*.

Gyratōmus, in orbem ſciſſus, *Tagliato in circolo*.

Gyratilis cos, *Pietra d'arrotare*. Iun.
Gyrgathus, lectus, in quo insani, paralytici, demoniaci detinentur vincti. Girgathum. Item, canistrum è vimine.
Gyrgillus. Vide girgillus.
Gyrini, informes ranarum partus. Plin.
Gyris, farinæ pollen. Gyriti, panes autopyri. Rh. *Fior di farina*.
Gyro, as, in gyrum vertor, *Girare*. Gyrōsus, gyrātus, p. p. in gyrum factus, *Fatto in giro*.
Gyrodrōmus, in gyrum rotatus, *Aggirato*.
Gyrofalco, in gyrum volans falco. Onom. med.
Gyromantia, ex circulis diuinatio. Calcag.
Gyrouāgi, vagabundi. Petr. Dam. Gyrouagor, circum circa vagor, *Andar girando*.
Gyrus, ri, circumuolutio in orbem. Ambitus in vestibus, circuitus curuus, *Giro*. Gyrum.
Gyth, trifolium. Voc. Ecc. ligamen simile cumino nigri coloris.

Notæ Antiquorum.

G In notis antiquorum, gaudium, gens, Gaius, Genius, Gellius. G. AVG. Genio Augusti. GA. V. grauitas vera, vel vestra. G. B. gens bona. GD. gaudium. G.D. gens dolosa. GEN. CORN. gens Corneliorum. GENS. gentes. GERM. vel GER. Germanicus. G. F. gula filiorum. GG. vel GS. gesserunt. G. GEN. GER. gaudium gerens. Germanicus. GL. gloria. GL. S. H. INT. E. gloria sua hic intus est. GL. E. R. gloria exercitus Romani. GL. N. L. gloria nominis Latini. GL. P. gloria parentum, vel patriæ, vel populi. GL. P. R. gloria populi Romani. GL. R. gloria Romanorum. GL. S. Gallus Sempronius. G.M. gens mala. GM. F. germanus frater, germana filia, germani filius. GN.N. genus nostrum. GN. R. S. genus Romani Senatus. GOTHI. Gothicus. G. P. gula parentum. G. R. genus regium, vel rerum. GR. gerens, gerit. GRA. Gracchus. GR. AT. RS. B. genitor autem reseruator bonus, vel gerit rem Senatus benè. GRC. Græcus. GR. D. gratis dedit, vel datum. GR. E. gratia eius. GRT. gerit. G. RM. HI. RQ. genus regium hic requiescit. GS. gesserunt, genus, gessit. G.S. genio sacrum. GT. gentem, gentes. GV. genus. G. V. grauis Valerius. GX. grex.

H

H Non littera, sed aspiratio, aliquando abiecta apud antiquos, Triumpus, pro Triumphus, Aliquando præposita syllabis. Huber, harena, pro Vber, arena. Aspirantur sequentes voces in principio, aliæ in medio, in fine, Ah, Vah, interiectiones.

H. littera in varias mutata in B. Helena, Belena. in V. Hesper, Vesper. in F. Hamula, Famula. in S. Exsibeant, Exhibeant. H. non est littera, sed nota aspirationis.

H A

Ha, he, interiectiones.
Habe, haue, pro Aue. Inscr. Lex. I. C.
Habēna, corrigia frœni, retinaculum, & frœnum equorum: hac puberes serui cædebantur, *Redini della briglia*. Habenūla, parua habena, *Briglietta*. Habenatus, habena ornatus. Cath.
Habentia, æ, diuitiæ, & quod habemus, *L'hauere*, antiq. Non. Claud. Habēre, habitare. Afranauere. Salm.
Habeo, es, possideo, *Hauere*. Habere, pro habitare. Lipsi.
Habessit, habeat. Lex. xij. tab. antiq.
Habilitudo, corporis habitus, & constitutio. Habilitas, *Habilità*. Habiliter, aptè, *Commodamente*. Habilis.
Habitacūlum, habitatio, *Habitatione*. Habitabile, quod habitari potest, *Habitabile*.
Habitātor, incola, *Habitatore*. Habitāre, incolere, sæpè habere. Habitacūlum, habitatio, domus, *Habitatione*.
Habitator, qui residendi animo, siue in suo, siue alieno consistit. Hospes, qui temporis causa diuertit. L. I. C.
Habitio, habendi habitus, & actio. Gell. ab Habeo, es, possideo, *Hauere*.
Habitissimus, pinguissimus. Habitior, pinguior. Ter.
Habito, as, sæpè habeo. Item, incolo, *Habitare*.
Habitūdo, aptitudo habendi, habitus corporis. Fest.
Habitus, us, qualitas, forma corporis: habitus, a, um, affectus, acceptus, *Hauuto*.
Habitus, corporis qualitas non natura, sed industria comparata, pertinens ad gestum præcipuè Habitudo, membrorum compactio, L. I. C.
Habus, tenuis, splendidus. Sup. Plaut.

Habuuc-

Habuuerit, pro habuerit. antiq. Turn.
Haceldema, ager ſanguinis. Bibl.
Hactẽnus, p.c. hucuſque, non vltra, *Fin quì.*
Hadria, ſinus maris Hadriatici, *Golfo di Venetia.*
Hadrobõlum, p.p. gummi, ſeu bdellij genus.
Hadrochõrus, vberem regionem habitans. *Habitatore di paeſe fertile.*
Hadros, vber, plenus, maturus, *Pieno.*
Hadroſphæum, p.p. nardi genus à folij amplitudine dictum. Meſoſphærum, à mediocri folio. Microſphærum, minimo. Plin.
Hædilia, hædorum ſtabula. Hędile, ad hædos ſpectans, ſtabulum hædorum, *Stalla di capretti.*
Hædillus, agnellus: voces blandientum. Plin.
Hædones, œdones, vdones, calciamenta ex pellibus hædinis. Leop.
Hædulat, blanditur, vitulatur, laſciuit. Sup.
Hædus, capræ fœtus, *Capretto.* Hædulus, hædillus, dimin. hędicũlus, *Picciol capretto.* Hædile, hædorum ſtabulum.
Halix, ſulcus aquarius, melius Elix, ab eliciendo. Sup. vide. Elix.
Hæluole, vuę inſignes, purpureę nigricantes.
Hæma, atis, ſanguis, *Sangue.* Vnde compoſita ſequentia.
Hæmabõrus, vorator ſanguinis.
Hæmacorię, inferiæ, parentationes, *Eſſequie.*
Hæmachates, gemma ex Achatæ generibus, coloris ſanguinei.
Hæmagõgus, ſanguinem ducens.
Hæmalõpa, oboriens cruenta ſuffuſio ad plagas oculis illatas. Lex. med. Hæmalops.
Hæmantinum, vitrum rubrum, non pellucidum. *Vetro roſſo oſcuro.* Hæmatinum, ſanguineum.
Hæmaſium, ſeptum ſpinis contextum, quod ingredi cupientes ſanguine oppleantur. Rh.
Hæmatites, p.p. lapis ruboris ſanguinei, *Pietra roſſa.* Matita, *Lapis da diſegnare.*
Hæmatochăris, ſanguine gaudens, *Chi ſi rallegra del ſangue.*
Hæmatopõdes, aues Ægyptiæ muſcis veſcentes, habentes crura ſanguinea. Plin.
Hæmatõpus, auis, pedes ſanguineos habens.
Hæmatõſis, ſanguificatio. Exhæmatõſis, *Canatura di ſangue.*
Hæmimontus, mons Hæmus. Codin.
Hæmochăres, ſanguine gaudens. Mars dictus, *Chi ſi diletta di ſangue.*
Hæmodia, hæmodiaſmus, infeſtatio dentium, & gengiuarum ob acida, & auſtera: ſtupor, *Allegamento di denti.* Lex. med. Item, omnis dolor dentium.
Hæmophõbus, ſanguinis mittendi timidus. Lex. med. *Chi hà paura del ſangue.*

Amalthea Onomaſt.

Hæmoptoicus, qui ſanguinem ſputo eijcit. Lex. med.
Hemoptois, ſanguinis effuſio per os. Pap. Hæmoptiſis. Iſid. *Sputa ſangue.*
Hœmorrhagia, fluxus ſanguinis in qualibet parte corporis abundans, *Fluſſo di ſangue.* Hæmorrhois, verò diſtillatio, & delatio ſanguinis per diſſolutionem paulatim facta. Lex. med. Hæmorrhœa.
Hæmorrhoïdes, p.c. ſanguiſluæ venę in ano exiſtentes, mariſcę dictę, *Morici.* Lex. med.
Hæmorrhois p.c. ſerpens, cuius morſu ſanguis omnis è venis effluit. Lex. med.
Hæmorrhoiſſa, mulier ſanguinis fluxum patiens. Hęmorrhoicũs, qui patitur, *Chi patiſce fluſſo di ſangue.*
Hærba. Vide, herba.
Hærbiliſander, Paſtus, herba dicta.
Hæredipęta, p.c. qui blanditijs, & muneribus hereditates orborum captat. Hæredicãpa, quę căpit hęreditatem. Cath.
Hęrediſcinda, qui alterius hereditatem ſcindit. Cathol.
Hæreditacũla, parua hæreditas. Hæreditãle, Hæreditarium, ad hæredem pertinens. *Hereditario.*
Hæreditas, ſucceſſio, *Heredità.*
Hæreditas, pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit, teſtamento, aut lege. L. I. C.
Hæredĭto, as, frequentatiuum verbi Hæredo, as, hæredem facio.
Hæredium, patrium prædium, quod hæreditate nobis venit. Hæredĭolum, paruum prædium.
Hærem, hæredem antiq. Neu.
Hæreo, es, inſideo, & coniunctus ſum, *Appoggiarſi.* Item, dubito: compoſita adhæreo, inhęreo. Vide.
Hæres, qui defuncto ſuccedit, *Herede.* Cohęredes, ſimul hęres. contra Exhæres, hęreditate priuatus. *Sredato.* Hæreditarius, ad hęredem pertinens. Hęres fiduciarius, fidei commiſſarius. Iun. Anomalus, ſine certa qualitate. L. I. C.
Hæreſis, electio rei cuiuſpiam & opinio firmata de aliquo idiomate: ſumitur in malam partem, hęreſia; vnde Hęreticus, hæreſi infectus. *Heretico.*
Hæreſiarches, hæreſiarcha, hæreſis auctor, & princeps. *Hereſiarcha.*
Hæreſiomăchus, p.c. qui pro hęreſi pugnat, *Chi combatte per l'hereſia.*
Hæretẽus, capeſſendus, eligendus. *Da eleggerſi*
Hæreticus, qui eligit, & qui à ſana doctrina catholica aberrat, *Heretico.*

Hæretiſtes, qui ſectam aliquam eligit.
Hæriödes, lolio plenus, loliaceus. Ærodes, *Pieno di loglio*.
Hæſitatio, hæſitantia, hæſitudo, dubitatio, *Dubbio*. Hæſitanter, titubanter. Hæſitabundus, in morem hæſitantis. Sidon. Hæſitator, cunctator, dubitator, *Dimoratore, dubbioſo*.
Hæſito, as, frequenter hæreo, *Accoſtarſi ſpeſſo*. Item, dubito, *Dubitare*.
Hæſo, as, frequent. inuſit. à verbo Hæreo, pro hæſito.
Hæteriarcha, religionis alicuius Generalis. Item, dux ſub ſe habens Hæterias, ſeu cohortes ex ſocijs, & auxiliaribus non Romanis. Catacuz. *Generale dell'ordine*.
Hagiaſterium, ſanctuarium, Sancta Sanctorum.
Hagiographa, ſcripta ſacra, orthodoxa, *Sagra ſcrittura*.
Hagiographus, a, um, ſanctè ſcriptum.
Hagiographus, ſcriptor ſacer.
Hagios, ſanctus, *Santo*.
Hagnos, purus, caſtus, quaſi hoſtia pura, immolationi, apta, agnus. Vide, Agnus.
Hagyeus, lapis ſupremæ acumi natus, quem ante fores ſtatuunt, vel Apollini, vel Baccho, vel potius vtrique ſacer. Suid.
Haia, clauſura, ſepes, vallum, Sirm. *Siepe, riparo*.
Hala, ſiue Arala, quis dictus à fœdo halitu, Rh. *A chi puzza il fiato*.
Halabarches. Vide, alabarches.
Halapanta, halaphanta, halophanta, homo nequam, omnia mentiens. Feſt. *Menzognero*.
Halãres, alares equites. Sup.
Haiaſarches, Alaſarches, qui cenſui ſalino præerat. Vuolf.
Halatium, medicamentum ex ſale confectum. Gorrh.
Halcyon, halcẽdo, alcẽdo, auis in mari nidificans, cum futurum placidum, & nauigabile ęs vnde. Halcyonei dies, pacati, feriati, *Giorni di feſta, e pace*.
Halcyonides, dies cum halcyones nidificant, ſeptem dies ante, & poſt brumam.
Halcyoneum, medicamenti genus ex nidis halcyonum.
Halec, halex, Alec, Alex, ẽcis, piſcis ſolùm aquâ victitans. Item, halec, liquamen ex inteſtinis piſcium. Halecũla, diminut. Mænas. Mænicula. conditanea, fumo durata, *Infumata*. Paſſa, Iun. Item, muria.
Haleo, oſcitor, redoleo. Gloſſæ. AL. pro Halo. Vide.
Haliabus, Arabica vox, apoſtema intercutaneum. Manar.
Haliaëtus, p. c. aquilæ genus, quaſi marinæ, præcipitantis pullos è nido Soli conniuentes, *Aquila marina*.
Haliãdes, naues piſcatoriæ. Calcag.
Haliarches, ſalis præfectus. Lex. Philol.
Halias, ados, parua ſcapha. Haliadæ, piſcatorum filij.
Haliades, vaſa buxea, in quibus ſal teritur.
Halica, oratio, in qua Æſculapij continebantur medicamenta Epidauri in ſtelis. Rh.
Halica, potio, vide, Alica.
Halicacãbum, herba dicta veſicaria. Solani genus. Halicacabus, quaſi marinus cacabus.
Halicallios, herba, Dorion, Strychnis, dicta.
Halictus, auis genus. Voc. Ecc.
Halieutica volumina de piſcibus. Vide. Alieutica, captura piſcium.
Halieuticus, Alieticus, piſcator, *Peſcatore*. Halicus.
Halimẽdes, in mari agitans conſilia.
Halimus, frutex ſpinatus, clidone. H. P.
Halinon, amygdalinum. Onom. med.
Halipaſti, homines corpore affecti, & difficilè ſanabiles. Rh. deploratæ ſalutis. Leop.
Halipaſtum, caro, & piſcis ſale conditi. Leop. Item, terra ſale condita.
Haliphloeus, halicortex arbor glandifera, *Arbore, che produce ghiande*.
Halipleumon, marinus pulmo genus piſcis. Plin.
Halipedon, ſpatium, in quo equi circumaguntur. Rh. *Spatio done corrono i caualli*.
Haliplous, per mare nauigans, *Chi nauiga*.
Halyporphyros, marinæ purpuræ colorem referens, *Di porpora*.
Haliſpartum, in quo ſal ſeminatum, *Seminato di ſale*.
Halirrhous, circa mare fluens.
Halito, as, frequenter halo, ſpiritum emitto. Halitus, us, ſpiritus, *Fiato*.
Halituoſum, quod per cutem foras effluere poteſt. Onom. med. *Flatuoſo*.
Halius, marinus.
Halleluia. Vide, Alleluia.
Hallis, ſiccis ramis. Gloſſ. vet. Hallus, aula. Cod. Il. antiq.
Hallucinor, aberro. Vide, Allucinor.
Hallucus, digitus proximus pollici ſcandens. Alex. ab Alex.
Hallux, cis, hallex, allus, hallus, pollex pedis ſcandens ſuper proximum, dictus à ſaliendo. Feſt. *Dito groſſo*.
Halma, modus Gaditanæ ſaltationis, ſaltus. Scal.
Halma, ſaltatio Gaditana, à ſaltu, dicta chironomia à manuum agitatione. Lætiſima à calcitratione. Lex. Philol.

Halmo-

Halmades, propriè oliuæ muria conditæ Colymbades, suo oleo innatantes. Gorrh.

Halmădes, oliuæ confectæ, conditæ. Colymbades, *Olive indolcite*; ab halme, muria, *Salamoia*.

Halmas, herba, Polygonon, Calligonon, Carnioleum dicta.

Halme, salsugo, aqua salsa, muria, *Salamoia*.

Halmyrax, nitri species sua sponte ex terra efflorescens. Gorrh.

Halmyris, brassicæ marinæ cauliculus. Onom. med. Halmyros, salsus.

Halmyrodes, salsuginosus. Lex. Philol.

Halo, as, odorem spiro, *Spirare, mandar fuori odore*.

Halo, onis, hesterno vino languens. Onom. m. Vide, halos.

Halobarches, salis præfectus, *Sopraſtante al ſale*.

Halon, vide, halos.

Halonitrum, aphronitrum, spuma nitri, *Polueres di archibugio*. Iun. Nitratus puluis, alijs.

Halonum, Deum, vocarunt Pœni. Plaut.

Halophanta, holophanta, omnia mentiens, nequam. Plaut. *Furfantone*. Vide, Halapanta.

Halos, halon, area, corona meteorologica circa luminaria, & Stellas. Arist.

Halosachne, spuma arida maris. Iun.

Halosis, p. expugnatio, captio, *Presa*. Suet.

Halter, haltēris, p. p. Haltēres, plumbeæ pilæ, aut massulæ, quibus funambuli, & saltatores, vtraque manu se librant. Vide, Altēres.

Halus, herba medens lateri, & renibus. Plin. Item, circulus iuxta Irim oculi, qui albugini proximus est. Poll.

Hama, vas aquarium, rotundi oris, formæ, & ventris globosioris, quo vti ad extinguenda incendia, *Stromanto da ſpegnere il fuoco*. Melius, Ama. Vide. Item, vncinus ferreus, & magna falx ad arripiendum, aut deijciendum, potissimùm in incendijs. Lex. Philol.

Halmyrodes, salsuginosus. Lex. Philol.

Hamallus, qui mallatus est in iudicium. Cod. ll. antiq.

Hamamelis, frutex. H. P.

Hamamixis, arbustiuus racemus. Dalech.

Hamartia. Amartēma, peccatum. Amartōlus, p. p. peccator. Amartolōgus, voluptuarius: vt Epicurus.

Hamartigenia, peccatum originis. Prud. *Peccato originale*.

Hamatile, p. c. quod pertinet ad hamum, *D'hamo*. Hamis plenum. Piscatus hamatilis.

Hamatōres, piscatores. Isid. Gloss. *Peſcatori d'hamo*.

Hamatus, hamo instructus, *Hamato, pieno d'hami*.

Hamatrophia, associatus cursus. Rh. *Corſo accompagnato*.

Hamaxa, plaustrum onerarium, *Carro*. Sidus Septentrionale. Hamaxāri, palustrum trahere. Turn.

Hamaxagōga, qui vehiculis res portat. Lex.

Hamaxarius, carrucarius, hamaximus, *Carrettiere*. Suet. Gloss.

Hamaxedonia, clauiculi, qui obstant, ne rota curru exeat.

Hamaxia, via, quâ palustrum agitur, *Via da carro*.

Hamaxicum, ad plaustrum pertinens. Lex. Philol.

Hamaxopōdes, arbuscūlæ, in quibus versantur rotarum axes, conclusæ laminis ferreis. Turn.

Hamaxobītæ, hamaxobij, Sarmatæ, qui pro sedibus plaustra habent, in plaustro viuentes.

Hamaxopegus, hamaxurgus, hamaxopœus, curruum fabricator, *Chi fà carri*.

Hamaxor-āris, plaustrum traho, *Tirar la carretta*. Lex. Philol.

Hamaxotrochia, vestigium, quod rota terræ imprimit, *Carreggiata*.

Hamaxurgia, fabricatio currus; *Hamaxurgus*, qui fabricat currus.

Hamilla, certamen, contentio honoris. Poll.

Hamio, piscis, ita dictus, quia hamo solum capitur. Isid.

Hamiotæ, p. p. hamatōres, qui hamo piscantur. Varro. *Peſcatori ad hamo*.

Hamites, gemma ouis piscium similis. Plin.

Hammium, hammonius, color subrufus. Varro. Armenius, alijs.

Hammobātes, p. c. per arenam incedens, *Chi và per l'arena*.

Hammochrisia, vsus arenæ à Sole feruefactæ ad exiccanda corpora hydropicorum.

Hammochrysos, gemma, in quâ aurum videtur, arenæ mistum.

Hammoniacum, hammonitrum, resinæ species ex arbore stillans in arenam. Metopium, dictum.

Hammon, Vide hammos.

Hammonis cornu, gemma pretiosissima Æthiopiæ, auri fulgore. Plin.

Hommonium, coloris genus vergentis in rufum. Hamonium. Varro.

Hammos, arena. Hammon, Iupiter dictus, ab arena, vbi dicitur inuentus, Ammon.

Hamo, as, hamo traho, piscor, *Pigliar, ò peſcar con l'hamo*. Item, curuo, flecto, *Piegare, torcere*. Vnde, hamus, i: hamātus, hamo instructus. Hamatile, ad hamum spectans, *Pertinente ad hamo*.

Hamolgos, mulgendi tempus opportunum.
Hamotrahonica piscatio per hamum. contra_, Retiaria. Delrius.
Hamotrahones, piscatores, vel carnifices cadauera trahentes ad scalas gemonias. Fest.
Hamula, Vide Amula.
Hamus, instrumentum ad pisces capiendos, *Hamo*. Hamălus, dimin. paruus hamus, *Hametto*. Hamātum hamo instructum, *Hamato*.
Hamus, squamula loricæ, aller cum clauis. Hamatus. Cath. Item, opus pistorium, ita dictum à similitudine hami. Beroal.
Hansa, anla, concilium, regio, dominatus. Lex. Philol. vox Germ.
Hantelod, manus immissio. Cod. ll. antiq.
Hannula, parua delubra, quasi tanula. Fest. Lex. Philol.
Hanum, fanum. Hanŭlum, paruum fanum, pro fanulum, antiq. Fest. *Chiesetta*.
Hanus, barbarus, hanum, vas paruum, sed in latitudinem porrectum. Hanus melius, Calep. Lex. Philol.
Hapăla, oua recentia, quorum putamen nondum induruit. Onom. med. *Col panno*.
Hapalaria, apalaria, vasa, in quibus liquamine oua condiuntur. Turn. Vide, Apalaria.
Hapalum, tenerum, molle.
Haphe, tactus, & pulueris insperso luctatorum_, vbi ceromate vncti. Aliphe. Vide.
Hapsus, lanæ quantum manu capi potest, *Pennecchio*. Cels. globulus lanæ, conuoluolus, *Gomitolo*. Suet.
Hara, porcorum stabulum. Item, anserum, ouium, Porcile.
Harena, Vide Arena.
Harenarius, Arenarius, testis vilis, cui non credendum sine tormentis. Rh.
Harangus, piscis marinus. Rondel. *Aringa*.
Harenilodina, vnde harena foditur, *Cana d'arena*.
Harcolus, iucundus. Isid. Gloss. Pap.
Haringa, haruiga, hostia cuius adhærentia inspiciebantur exta. Haruga. Fest.
Hariŏlus, quasi fariŏlus, vates, diuinus, *Indouino*. Hariola, diuina. Hariolatio, diuinatio. Hariolor-āris, diuino, *Indouinare*.
Harmăla, ruta syluestris.
Harmatodromia, curule certamen. Harmatomachia, *Battaglia di carrozze*.
Harmamaxa, vehiculi genus clausi, mulierum_. Tertul. *Cocchio ferrato*.
Harmatotrochia, orbita rotarum. Rh. *Giro delle ruote*.
Harmatotrophia, curulium equorum nutritio.
Harmatium, lex tibiæ. Scal.
Harmel, ruta syluestris. Mesuë.
Harmiscara, grauior mulcta à Principe pro arbitrio extra ordinem posita. Sirmon.
Harmŏge, commissura, transitusque colorum_. Iun. *Imprimitura*. Item, compaginatio, commissura. Gloss. Lex. Philol.
Harmonia, apta coagmentatio. Item, concordia, concentus, *Concerto*. Harmonicum, ad harmoniam pertinens. Harmonicè, *Con harmonia*.
Harmos, spatium, seu caro media inter dentes. Gorr.
Harmosyni, moderatores, magistratus Spartanorum, mulieres in officio continentes. Hesych.
Harmostæ, Prouinciarum custodes Lacedæmone missi ad vrbes sibi subiectas. Suid. Item, dicti Aptatores, qui præerant arcibus efficiendis, & instaurationibus. Rh.
Haron, bulbi genus scyllæ simile. Colum.
Harum, spacium dentibus interlocatum. Onom. med.
Harpa, instrumentum musicum notum. Item, auis rapax, laris, & vulturis species. Plin. *Falcinello*. Item, pars nauis repagulo insistens. Harpophŏra, nauis dicta. Poll.
Harpacticum, rapax. Item, genus sulphuris, siue gummi à celeritate euellendi dictum. Plin.
Harpăge, p. c. coquinarium instrumentum, & extrahendis è puteo vasis, *Lopporo*. Rh. Harpago, ōnis, harpax.
Harpăgo, ās, harpăgor, āris, rapio, *Rapire, rampinare*. Plaut. effodio, rado. Harpagātum, effossum, raptum, *Rapito*.
Harpăgo, ōnis, p. p. Harpax, manus ferrea, telum aduncum, quo naues in bello apprehenduntur. Item, instrumentum extrahendis vasis e puteis, aut aquâ, *Stromento, è oncino da pescar la secchia nel pozzo*.
Harpaginetuli, quasi parui harpagones, ornamenti genus. Philand. Vitr.
Harpăgium, harpăgo, telum aduncum ad nauigia captanda. Item, vas aquale foraminosum irrigandis hortis aptum.
Harpalus, quasi, abundè rapax. Iun.
Harpastum, pila, grossior pilâ paganicâ, tenuior tolle, *Pallon del calcio*.
Harpător, qui harpâ, musico instrumento ludit, *Suonator d'harpa*. Cod. ll. antiq.
Harpax, ăgis, rapax. Item, electrum dictum, quòd ad se attrahat paleas, & festucas, *Ambra*. Vide, Harpăgo.
Harpazomene, fœmina, quæ rapitur. Dalech.
Harpe, ensis falcatus, quo vsus Mercurius, *Scimitarra*. Item, ex tiaua bile humor totum corpus carpens. Onom. med. Item, stella in summâ dextrâ Persei. Lex. Philol.
Harpedophŏrus, p. c. qui harpen gestat, ita dictus Mercurius, *Scimitarrato*. Vide, Harpa.

Harpe,

Harpe, aquilæ genus. Dalech.

• Harpedŏne, girgillus, instrumentum, quo filum rotando glomeratur, *Guindolo, arcolaio*. Item, laqueus, chorda arcus.

Harpexa, montis pars, pes. Rh. *Pie di monte*.

Harpides, calciamenta, crepidæ. Rh. Poll. *Pianelle*.

• Harpocrătes, p. c. Sigalion, Angerona, silentij Dij.

Harpyia, animal rapax vultu fœmineo, *Harpia*.

• Harūga, hostia dicta ab harâ, in quâ includitur. Haringa. Haruiga, Fest. vnde, Haruspices.

Harundo, *Canna*. Iun. Harundinētum, *Canneto*. Vide Arundo.

Haruspex, ab harugâ hostiâ, qui ab aræ seu harugæ conspectu futura diuinat, *Indouino*. Haruspica, diuinatrix, *Indouinatrice*. Haruspicina; ars diuinandi. Haruspicium, diuinatio. Haruspicinum, ad haruspicinam spectans. Haruspicor, āris, Diuino, *Indouinare*.

Hasdem, easdem.

Hasena, harena; Lases, lares, antiq.

Hasidæus, pius.

Hasla, ramus aridus, Cod. Il. antiq.

Haspum, vellus lanæ.

• Hasta, instrumentum oblongum cuspide præferratâ, *Hasta, picca, lancia*. Vnde, Hastifer, &c.

• Hasta, sariſſa, lancea. Hasta pura, amentata, præpilata velitaris. Iun. Centumuirālis.

• Hasta, in obscœnis. Item, venditionis signum.

• Hastaria, censio, pœnā militum, cum hastam dare cogebantur.

• Hastarium, venditio auctionaria, *All'incanto*. sub hastā. Hastana censio, militaris pœna.

• Hastati, primi in acie cum hastis, *Picchieri*.

• Hastatus, hastâ munitus.

• Hasticus, hastici, ludi, hastiludium. Vide.

• Hastile, p.p. lignum teres oblongum.

• Hastiludium, hastici: Xistici, seu Gymnici, ludi. Item, quos dicimus Gloſtra, seu Cloſtra, quod claustris temporarijs obsepiantur. Rh. hastarius ludūs, *Giostra, torne*.

• Hastifer, hastiger qui fert hastam, *Chi porta hasta*.

• Hastina, hasta telum. Gloss.

• Hastŭla, parua hasta: *Lancetta*. Hastŭla regia, herba. Hastula regia, asphodelus. Vide.

Hastuspices, haruspices. antiq. Gloss.

• Hatrubus, hatubus, blesus Gloss. *Scilinguato*. Atubus Vide.

Hau, interiectio conturbati. Ter.

Hauberticum tœudum, datum vasallo eâ conditione, vt ad edictum loricatus, & cataphractus præsto sit, Lex. I. C.

Haud, non.

Haue, Aue, salue, *Dio ti salui*.

Haustus, pro habitus. Brisson.

Hauribam, hauriebam. Lucr.

Haurio, is, extra traho humorem, vel aquam, *Attingere, cauare*.

• Hauritorium, haustum. Sup. Vide, Haustrum.

Haurītum, haustum, absorptum. Apul. ab haurio. Vide.

Haustus, us, sorbitio, *Sorso*. Haustŭlus, dimin. paruus haustus, *Picciol sorso*.

Hausio, nescio antiq. quasi haud scio.

• Hausorium, hauritorium, haustorium. Locus vbi aqua hauritur; vel instrumentum aquæ hauriendę. Cathol.

Hausto, as, frequenter haurio, *Attingere spesso*. Exhausto, as, frequent. sæpe exhaurio.

• Haustrum, austrum, hauritorium, Haustra, aquæ hauriendę tympanum, quod & girgillus, cadus rotarum, rota aquaria, anthion, dictum, *Stromento ò altro ter tirar sù l'acqua*.

Haustum, ius hauriendi aquam è puteo vicini. Lex. I. C.

Hayx, locus planetę, cum est masculinus, & diurnus. Argolus.

H E

Heana, fundamentum, vel saburra.

Heaut ontimorumēnos, seipsum excrucians, comœdiæ nomen Terentianę.

Hebomada, hebdomas, septimana, spatium septem dierum, *Settimana*. Item, septem annorum. Hebdomatĭcus annus, septenarius, sicut, Enneatĭcus, nouenarius, &c.

Hebdomarius, hebdomadarius, ad hebdomadam spectans, vel per hebdomadam officium faciens. Cathol.

Hebdomadarius, coquus monasterij. Item, quicumque per hebdomadam curam gerit, vel in cibis, vel in choro. Lex. Phil.

Hebdomas magna, quæ pascha antecedit, sancta. Lex. Philol.

Hebdomaus, septimo die prouenies, *Che nasce in sette giorni*.

Hebe, inuentutis Dea. Heba. Item, pubes, pubertas.

Hebēnus, p. c. fem. Hebēnum. p. c. arbor nascens in India, atq; Æthiopia, *Hebano*. Hebenaceus, hebenĕus ex hebeno. Hebenīnus.

Hebeo, es. hebesco, hebetesco, stupeo, *Esser ottuso*. Hebēto as, stupidum facio, *Far stupido*.

Hebeo, ōnis, pauper. Hebeon, Hebeonitæ hæretici. Cathol.

Hebes, ĕtis, stolidus, obtusus, *Grossolano, spuntato*.

Hebetatio, hebetudo, stoliditas, *Balordaggine*. Hebetior, hebetissimus. Hebetatrix, obscurans.

Hebeteria, sympoſia. Rh. ab Hebe dicta.

Hebete-

Hebeterium, locus, vbi iuuenes exercentur, ludus litterarius.

Hebẽto, as, p.c. obtundo, obſcuro, *Rintuzzare oſcurare.* Hebetãtus, ſtupefactus. Hebeteſcit, quod amittit aciem. Hebecit, quod naturâ obſtupeſcit. Front Hebeteſco.

Hebria, lorica. Gloſſ. Vett.

Hecademia olim, Academia, ab Hecademo dicta, Suid.

Hecales cœna, paupertina. Inn. *Cena da pouer huomo.* Hecatæ cœna. Manut. Vide.

Hecataea, terriculamenta. Rh. *Coſe che mettono paura.* Hecateum, ſtatua Hecales, Proſerpinæ.

Hecate, Diana, Luna, Proſerpina.

Hecateides, herbæ venenoſæ, quibus vtebatur Hecate venefica, ſeu in veneficijs Hecates.

Hecatẽris, ſaltatio, in qua manus alternatim mouere aſſueſcebant. Thermaſtris, ſaltatio tantùm. Rh. Poll.

Hecateſia, ſacrificia Hecatæ. Hecaton, centum.

Hecatombæa, orum, feſtum, quo hecatombe fiebat. Hecatombæon, menſis hecatombes. Iunius.

Hecatombe, ſacrificium centum boum, ſeu pecorum, ſeu centum victimarum. Item, ſaxyra Varronis. Item, collyrij nomen ex multis conſtans.

Hecatombæus, centum boum pretio æſtimabilis.

Hecatompẽdum, templum Athenis habens centum pedes ab omni parte, *Di cento piedi.*

Hecatompõlis, Creta dicta, ob centum vrbes, *Di cento Città.*

Hecatompylus, centum portas habens. *Di cento porte.*

Hecatompus, centum pedes habens, *Di cento piedi.* Item, piſcis hamum cum inteſtinis euomens.

Hecatomphonia, Centicidium, ſacrum Meſſeniorum à centum hoſtium cæde dictum.

Hecãton, centum. Vnde compoſita.

Hecatoncephãlon, liber Galeni: parua ars, conſtans centum capitibus, *Di cento capi.*

Hecatonchir, centimãnus. *Di cento mani.*

Hecatontadrachmon, emplaſtri viridis genus. Gorrh.

Hecatontaëtos, qui eſt centum annorum, *Di cento anni.*

Hecatontaclinos, centum lectis inſtructus, *Di cento letti.*

Hecatontarchon, collyrij genus conſtans centum drachmis. Gorr.

Hecatontarchus, Centurio qui præeſt centum militibus, *Capo di cento.*

Hecatontaphyllus, centum folia habens, *Di cento foglie.*

Hecatontocus, cum centeſimo fœnore reddens, *Cento per cento.*

Hecta, hetta, hẽcta, oſcitatio, res vilis, & minimi pretij. Item, puſtula, quæ in pane coquendo tollitur. *Veſſichetta.* Vide Ecta.

Hectemonij, Thetes, qui ſextam partem agrorum fructuum perſoluebant. Plaut.

Hectapãles, menſura ſex palmorum.

Hecthẽca, ſolarium. Cath. Vide, Echeca.

Hecteus, ſextarius medimni. Bud.

Hectica febris, ſolutu difficilis ſiue pituitoſa, ſiue melancholica: contra ſchetica, ſolutu facilis, Gorr. Lex. Phil.

Hectice, hectica febris, non à conſuetudine ſed ab habitu dicitur, quaſi habitualis lenta, *Febre etica.* Hecticus, hac febre laborans.

Hector, cuſtos, defenſor.

Heculanus, ſulcus Pap. *Solco.*

Hecura, ſulcus. Suppl.

Hecyra, p.c. ſocrus, quo nomine dicta Comœdia Terentij. *Suocera.*

Hedera, p.c. herba nota, *Ellera.* Hederaceus ex hederâ, *D'ellera.* Hedẽriger, qui gerit. Hederõſus, hederatus, plenus hederâ. Tertul.

Hedõne, voluptas. Tertul.

Hedra, ſella. Item, apud medicos, ſedes, anus, podex: vnde. Exhedra, locus vbi multæ ſedes.

Hedræi, ſedentarij. Rh.

Hedrodiaſtoleus, inſtrumentum chirurgicum ad anum compreſſam diducendam.

Hedybia, placentarum genera iucunda. Athenæus.

Hedycarpus, ſuaues gignens fructus. *Chi hà frutti ſoaui.*

Hedychroum, odoramenti genus, quod igne accenſum ſuauem reddit odorem, *Profumi.*

Hedycomus, iucunda comeſsatio.

Hedylogia, ſuauiloquentia, *Parlare ſoaue.*

Hedymeles, dulcè canens. Iuuen.

Hedyoniros, ſuauia ſomnia faciens, *Chi fa ſogni ſoaui.*

Hedyoſmus, menta à ſuauitate odoris dicta. Lex Philol.

Hedypathia, voluptas.

Hedypnois, Inrubus, ſylueſtris. Iun.

Hedypoton, ſuaue ad potandum. *Soaue da bere.*

Hedyſma, condimentum, & quod rem aliquam reddit ſuauem. Item, vnguentum odoratum, L. m.

Hedyſarum, ſecuridaca, herbæ genus in ſegetibus. H.P.

Hedyſoſmus, herba menta dicta, *Menta.*

Hegateus, admodum diuinus.

Hegeteria, ficus, dicti ab Athenienſibus; maſcu ficuum,

ſcuum, quod illis olim Athenienſes ante fruges inuentas victitarint. Rh.

Hegemon, dux qui alijs præeſt. Hegemonia, principatus, imperium. Hegemonicum, imperatorium.

Hegemonicæ, virtutes rectrices animalis, in capite, & ratiocinatrice. Lex. m.

Hegemonius, Mercurius dictus, quod vitæ ſit dux.

Hegemoſyna, ſacrificia alicui Deo perſoluta pro felici ductu itineris. Cerda.

Hegēter, piſcis, Muſculus, latinis. Calcag.

Hegio, ōnis, rector, ductor, *Guida*. Nomen Plautinum.

Hegira, epocha, æra Mahumetis, quaſi martyrium ſeu fuga illius, circa annum Chriſti 622. Scal. Lex. Phil.

Hegumenus, Præfectus monaſteriorum. Paul. Diac. Buleng. *Prior de monaſteri*.

Heiūlo, pro eiulo, Gloſſ. *Piangere*.

Hel, vide helius, Phœnicum lingua, ſol, qui mox Belus, dictus. Rh. Item, hel, mel, Parac.

Helane, calamorum faſcis. Phanos verò, lignorum conciſorum. Rh.

Helechiton, cui longa tunica, & talaris.

Helceo, traho.

Helciarij equi, trahentes nauim helcijs, *Canalli che tirano le barche*.

Helne, Ciſſampelos, folio hedera, vitea propagine. H. P.

Helcium, equorum, & aliorum animalium pectorale, & funis ab humeris pendens, ad nauim & onera trahenda, vnde equi Helciarij dicti.

Helcoſes, puſtulæ, bullæ nigræ, quib. fractis excoriatio apparet. Item, vlcero ſitas.

Helcopœus, vulnificus, *Piaga*. Helcos, vlcus: helcotica, exulcerantia.

Helctica, trahendi vim habentia, *attrattiui*.

Helcydria, puſtulæ vlceroſæ in capite natæ. Lex. med. Helcydrium, vlcuſculum.

Helcyſma, argenti ſcoria. Oribaſ. med. *Schiuma d'argento*.

Helcyaſtica, helctica, attractoria ex alto vehementius. Tiraq.

Helea, auricula canora.

Helenæ vas, ſacrorum arcanorum in Helenophorijs. Rh. Helena, fax, ſplendor. Lex. Plin.

Helenium, ſerta florifera, Enula campana, *Enola*. H. P.

Heleoſelinum, apij genus, ſatiuo maius in locis humidis naſcens.

Helepōlis, machina ab euertendis vrbibus dicta. Vitr. turris multiplex, & magno opere inſtructa. Ammian. l. 23.

Heliacus ortus, aſtri ſolaris, cum oritur, ſeu apparet ſole occidente, atque aere obtenebrato.

Heliæum, forum frequentiſſimum Athenis ſub dio, vbi iudicia capitis exercebantur. Heliaſtæ, iudices.

Heliante, helianthemium, flos ſolis. H. P. *Fior del ſole*.

Helica, Pſellium, armilla. Rh.

Hali, Heli, Lamazabatani, Deus, Deus, cur me dereliquiſti? vox Chriſti morientis, Syriaca.

Helice, p. c. ſeptentrio, ſidus iuxta polum Arcticum, Vrſa maior, *Orſa maggiore*.

Helices, crines mulierum implexi. Item, inaures. Item, vertebræ, helices, & ſtrigæ in torculari, *Viti*. Item, pampini. Item, mucrones ferrei in extremitate arietis bellici. Heron. Item, vitium capilli.

Helicoblepharos, cui palpebræ volubiles.

Helicoceratos, tortuoſa cornua habens.

Helichryſus, apij flos. Chryſanthemon, herba.

Helicon, inſtrumentum muſicum enneachordon. Item, filum, quod manu è colo ducitur.

Helicopis, puella nigricantibus oculis, amantium oculos ad ſe trahens. Rh. Helicops, cui oculi volubiles, & verſatiles.

Helictēres, p. p. inaures, à clauiculis, quos elices vocant. Poll.

Heliocaminus, p. p. ſolaris fornax, ſolare vaporarium, in aprico loco ſitum ad calorem ſolis excipiendum, quo antiqui vtebantur. Bud. Anemocaminus, verò ad ventos excipiendos calori temperando. Scal.

Heliocanthārus, ſolaris ſcarabæus.

Heliocauſtus, exuſtus, toſtus à ſole, *Arroſtito dal ſole*.

Heliochryſos, herba aureum florem producens. Plin.

Heliodōrus, ſolis donum.

Heliodrōmus, ſolis curſus. Item, auis in Indiâ ſolem ſequens.

Heliogabālus, ſolis patibulum. Item nomen proprium. Vide. Gabalus, ſolis ſacerdos. Lampr.

Heliomānes, ſolis ardore inſanè correptus.

Heliōpus, herbæ nomen, heliotropij genus, Dioſcor.

Heliophānes, ſolarem ſplendorem habens. *Chi hà lo ſplendore del ſole*.

Heliopolis, ciuitas Solis.

Helios, ſol, vnde compoſita.

Helioſcopius, ſolem ſpectans. Item, herbę genus.

Helioſcōpius, qui ſolē cōtemplatur, & ſpectat.

Helioſcopium, conſpicilium ſolare, ad ſolem indagandum.

Heliofelinum, genus apij ſponte in humidis naſcens. Plin.

Heliōſis, inſolatio, corporis in ſole apricatio. Lex. med.

Helio-

Heliotrapeza, ſolis menſa.
Heliotropium, herba ſolaris ad ſolem ſe conuertens, *Girasole*. Item, gemma viridis, & Solarium, in quod horæ ad ſolem denotantur. Helioſtrõphon, heliotropium maius.
Helitis, p.p. ſquama æris decuſſa ex clauis cyprio ære confectis. Dioſc.
Helix, is, hederæ genus folia minutiſſima habens, cum multis circumuolutionibus; vnde, Helices, ſtriæ, *Viti*, in torculari, Item, auris circuitus, ſub ala; contraria, Anthelix, ſub hac Concha. Poll.
Helix, inuolucrum. Item, clauicula vitis, qua intorta. Item, voluta in architectura. Lex. Phil.
Gellanodicæ, iudices ſacrorum certaminum Græciæ, *Giudici di giuochi*.
Hellas, Græcia. Helladica facultas, Facundia Græca. Capella.
Hellebõrum, hellebõrus, p. c. Veratrum album, herba vomitoria, & purgatoria; Melampodium, Veratrum nigrum, *Elleboro*.
Helleborõſus, qui plus hellebori ſumpſit, quam par eſt.
Helleboriſmus, purgatio, quæ fit veratro, *purga con elleboro*.
Hellenis, græco ſermone vtens. Dalech.
Helicia, ætas, annorum decurſus corporis temperamentum immutans.
Helleniſti, Græci. Petit.
Hellenotamiæ, Quæſtores, qui pecuniam tributorum exigebant, aſſeruabant, quam Græci in Delo reponebant. Suid.
Hellotia, ſacra ab Hellotide virgine dicta. Fab.
Helluo, vide, Heluo. helluonor, aris.
Helminthes. Vide, Elminthes, Elminthobotane, abrotanum, ſic dictum, à vermibus, quos ſemen eius perimit. Onom. m.
Helmon, conus. *Elmo*. Cod. ll. antiq.
Helodes, Typhõdes, humida febris cum ægroti ſtatim ſudant. Lex. med.
Helops, piſcis genus delicati.
Helorus, auis ſpecies, Heloris, cuius roſtrum incuruum nigri coloris.
Helos, clauus, callorum tuberculum, altum, rotundum. Lex med. Item, vitium oleæ peculiare, quaſi Solis inuſtio.
Helõſis, inſolatio, torrefactio à Sole. Item, curua palpebræ euerſio. Lex med.
Helotæ, ſerui publici Lacedæmonij bello capti, medij inter liberos, & ſeruos dicti. Mariandyni. Doriphõri. Melophõrij. Rh.
Heluaceum, genus ornamenti Lydij dictum à colore boum, qui eſt heluus, inter rufum & album. Feſt. Heluacea. Lex. Phil.
Heluari, per luxum conſumere. Vide. heluor.
Helucus, bardus ſtupidus, allucinator. *Balordo*. Tertul. Turn. Item, ſomnolentus, languidus heſterno vino. Elucus.
Heluellæ, minuta olera, Heluela. Feſt. *Herbetti*.
Helueus, ab hiatu & oſcitatione dictus. Feſt.
Heluecõlus, heluolus, ſubruber. Heluus, enim color medius inter rubrum, & nigrum, *Negriccio*. Heluoſa, neque nigra, neque purpurea.
Heluo, õnis, immoderate ſua bona vorans. Heluator. Heluatio, voratio. helluo. Gloſſ.
Heluor, aris, vorare, conſumere, *Diuorare*. Vnde. Heluatio, deuoratio.
Helus, heleſa, holus holera. Heluella, olera minuta. Heluela. Feſt.
Hēluus, & heluſæ, antiqui dicebant quod nunc holus, & holera. Feſt.
Heluus, color medius inter rubrum, & nigrum. Varro. Heluũlus, accedens ad colorem heluum; vnde. Heluolæ, vuæ. Colum. *Chiarelle*.
Helxine, p.c. herba parietaria Plin. perdicium vrceolaris, parthenium, *Vetriolo*. H.P.
Hēlymos, panicum. Onom. m. Siculus. Cerda.
Hem, interiectio ſe ipſum corripientis.
Hemanterium, domus, monetaria, vbi cuduntur monetæ. *Zecca*.
Hemera, dies. Hemereſius, diurnus, *Diurno*.
Hemereſium, merces diurna, *Paga del giorno*.
Hemeridion, diurnale, quodue diem paruum durat.
Hemerierga, opera diurna, *opere diurne*.
Hemerinus, circulus brumalis qui hyemem nobis facit. Pap. Chiuerinus, hiemalis, brumalis, tropicus.
Hemeris, quercus genus. Theoph.
Hemoro, harpax. Hemerocœtus fur nocturnus, qui interdiu dormit. Lex. Phil.
Hemerobaptiſtæ, hæretici quotidie veſtimenta, & corpora lauantes. Ind.
Hemerobius, vermiculus, vnum diem ſolum viuens. Item, mendicus in dieni viuens, ita dictus Diogenes.
Hemerocallis, lilium ſylueſtre. H.P. flos vno die vigens, *Fior che dura vn giorno*.
Hemerocœtus, die dormiens, noctu vigilans, raptor, fur. contra, Hemerocleptes, vide Interdiarius.
Hemerodrõmus, p. c. diurnus curſor à pedibus, qui vno die ingens ſpatium conficit apud Græcos, *Corriero*.
Hemerologium, calendarium, faſti, *Giornale*. Hemerolõgus, qui calendaria conficit.
Hemeroſcõpus, diurnus ſpeculator. Hemeroſcopium, locus ſpeculationis diurnæ.
Hemerouigilium, diurnæ vigiliæ, ſeu excubiæ, *Sentinelle di giorno*.
Hemiandros, ſemiuir, *Mez'huomo*.

Hemiar-

Hemiarton, panis ſpecies, hemycicli figurâ, ideſt lunatâ.
Hemicadia, vaſa dimidij cadi.
Hemichryſus, dimidiâ parte aureus, *Mezo d'oro.*
Hemiconus, mediatus conus. Euclid.
Hemicrania, morbus quo dimidium capitis infeſtatur. Hemicraneus, vermis capitis. Iſid.
Hemicranica medicamenta, huic morbo medentia.
Hemicrahici, hoc morbo laborantes.
Hemicranum, dimidia capitis pars.
Hemicyclius ſemicircularis. Hemicyclium, hemicyclus, ſemicirculus. Item, ſedile multos capiens, ſemirotundum, *Capitolo de frati.*
Hemicylindrus, dimidiatus cilyndrus. Vitr. *Mezo cilindro.*
Hemidodēcas, *Meza dozzina.*
Hemidūlus, ſemiſeruus, *Mezo ſervo.*
Hemidiploidion, ſemidiploidion, veſtis muliebris. Poll. Tiraq.
Hemiergon, opus dimidiatū, *Opera ammezzata.*
Hemiēlos, dimidiā tantum ex parte ſoli expoſitus, *Mezo eſpoſto al Sole.*
Hemimathes, ſemidoctus, *Mezo dotto.*
Hemihorium, horæ dimidium Rh. *Mez'hora.*
Hemina, menſura, dimidium ſextarij. Heminæum, media mina, ſelibra. Heminarius, heminam habens, aut capiens. Lex. Phil.
Hemiolidæ, hemiolia, nauigia. Calcag.
Hemiolius, totum cum dimidiâ parte. Seſquialter, vt tres ad duo, quindecim ad decem. Gell.
Hemiolium, nauigij genus.
Hemioliſmus, multa, vbi tota ſumma, & dimidia penditur.
Hemionium, hemionitis, herba, *Lingua ceruina.* Scolopendra.
Hemionum, herba, Aſplemon dicta.
Hemionus, mulus, mula.
Hemiōpus, hemiopæ tibiæ, puetiles, minores perfectis. Lex. Phil.
Hemiplethron, dimidium iugeri, *Meza coltrà.*
Hemiplerotos, p. p. dimidiâ parte plenus.
Hemiplexia, dimidiata apoplexia. Onom. m.
Hemiplinthion, ſemilatericium, *Mezo di mattoni.*
Hemiploidion, diplois, epiblema, veſtes muliebres. Calcag.
Hemiphōnos, dimidiatam vocem edens.
Hemiphorium, genus veſtis quaſi dimidiatæ; tantum caput, & paulo vltra humeros tegens. Herb.
Hemiphoſiū, reijculamētum panni linei cōcerpti.
Hemis, ſemis, dimidium, media pars, *Metà.* vnde compoſita.
Hemichilias, medius millenarius numerus D.
Hemiſextus, ſextariolus. Bud.
Hemiſia, Tremiſia, numi genera, vt Hypatia; vide Bulng.
Hemiſicla, dimidium ſicli, ideſt quinta pars vnciæ. Gonon.
Hemiſphærium, dimidiata ſphæra, media globi pars. Scaphium, horologij genus, orbiculatum.
Hemiſtrigium, media ſtriga, menſura terrę continens XXX. pedes. Rutgerſius.
Hemiſtichium, dimidius verſus, *Mezo verſo.*
Hemitarichon, ſalſamenti genus.
Hemithecarium, hemithecium, hemitheca, media theca, *Meza guaina.*
Hemithēus, ſemideus. Heros.
Hemitogium, dimidia toga, *Meza toga.*
Hemitonium, dimidium toni, ſemitonium, *Mezo tuono.* Item, nerui per foramen tenſi baliſtarum, & catapultarum. Vitr. Item, pegma totum conſtans catapultis: Paraſtate, & Antiſtate, neruis iam tenſis, & brachio Baldus ad Heronem.
Hemitritæus, ſemitertiana febris. Tertiana imperfecta, accedens ad quotidianam, quod citius recurrat tertianâ. Lex. med.
Hemitybium, peplum indumentum lineum, vtrinque fimbriatum. Sudarium.
Hemitymbium, paruum buſtum ſeu ſepulchrum, *Tomba piccola.*
Hermona, humana. Hemonem, hominem antiqui dicebant. Feſt.
Hemoroſcōpus, humerodrōmus, ſpeculator, qui antelucanis horis ex vrbe emittitur, & interdiù ſpeculatur. Turn.
Hemorrhois, vide, Hæmorrhois. Item, aſpidis genus, quod eo morſi ſanguinem ſudent. Iſid.
Hemoſus, odium. Iſid. gloſſ. Heimoſus, odioſus. B. Vulc.
Henarchia, monarchia, vnius principatus.
Henatini, gigantes, ſiue robuſti, ſiue potentes. Cath.
Hendecaſyllābus, verſus conſtans vndecim ſyllabis. Phaleucius, dictus, *Verſo di vndeci ſillabe.*
Hendyadis, figura cum vnum in duo diuiditur. Hendiadys.
Henetia, Venetia olim. Heneti, Veneti.
Heniocharātes, qui iuuenes docebat artem equeſtrem Spartæ.
Heniochus, qui habenas tenet, auriga, ſignum cæleſte.
Henioſthophus, habenas flectens.
Henotes, vnitas, Tertul. Hen, vnio: Item, *Vnità, vnione.*
Hennula, parua delubra, *Cappelletta.*
Heo, eho, interiectio. Plaut.

Hepar,

Hepar, atis, iecur, *Fegato*. Item, piſcis nomen. Plin. Hepatarium, ad hepar pertinens. Morbus hepatarius, *Mal di fegato*. Item, piſcis quidam. Lex. Phil.

Hepaticus, hepatis morbo laborans, *Fegatoſo*. Hepatica, vena ſubalaris, baſilica. Lex. m. hepatica, herbæ genus. Iecoraria, in fontibus, & ſaxis naſcens, *Herba, fegatella*.

Hepatia, gigeriæ, iecuſcula, *Fegatelli*.

Hepatites, gemma iecinoris figuram habens.

Hepatites, p.p. vena ampla, & caua omnes meſaræi venas excipiens, iecoraria dicta.

Hepatizon, æris temperamentum, iecinoris colorem referens.

Hepotorium, eupatorium, herba iecori medens.

Hepatoſcopia, obſeruatio hepatis, extiſpicium. Hepatoſcopus, extiſpex.

Hepatus, piſcis marinus. Rondel.

Hephæſtites, lapis gemma naturam habens ſpeculi. Plin.

Hepheſtides, lapidis genus ad ſolem aridam materiam accendens.

Hepiala, febris de genere quotidianę, quando ægri ſimul rigent, & febricitant. Hepialus, hoc morbo affectus. Lex. m.

Hepialus, papilio, *Farfalla*. Item, genus febris; vnde, Epiala febris, hepiala. Vide.

Hepſema, p.p. Apothermus, Siræum, muſtum plurimum coctum, Lex. med. *Sapa*.

Hepta, ſeptem; vnde compoſita, *Sette*.

Heptaboeum, ſeptem bubulis corijs tectum, Aiacis clypeus, *Fatto, ò coperto di ſette cuoij*.

Heptacaulos, ſeptem caules habens, *Di ſette gambi*.

Heptachordum, inſtrumentum ſeptem chordas habens, *Stromento di ſette corde*.

Heptaclinon, locus ſeptem lectos habens ad diſcumbendum. Hexaclinon, ſex, *Di ſette letti ò ſei*.

Heptaemĕrus, ſeptem dierum ſpatio durans, *Che dura ſette giorni*.

Heptagōna, ſeptangula, organa muſica, *Organi muſicali*.

Heptagrammātos, ſeptem literarum, *Di ſette lettere*.

Heptalychnus, candelabrum ſeptem lucernas habens. *Candeliere da ſette lumi*.

Heptamēnus, ſeptem menſium, *Di ſette meſi*.

Heptapachys, menſura ſeptem cubitorum. Achillis epitheton.

Heptaphyllum, ſeptifolium, *Tormentilla*.

Heptaphyllum, biſtorta, herba habens ſeptem folia. Lex. Phil.

Heptapleuros, cui ſeptem coſtæ ſeu latera ſunt. Item, plentiginis genus. Plin. *Di ſette coſte*.

Heptapōda, ſeptem pedes habentia, *Di ſette piedi*.

Heptapylos ſeptem portas habens, *Di ſette porte*. Thebę. Lex. Phil. Apul.

Heptaphthongus, ſeptem habens foramina, *Di ſette buchi*.

Heptaſtōmus, ſeptem habens ora, *Di ſette bocche*.

Heptateuchus, ſeptem habens volumina.

Heptatōnus, ſeptem habens tonos, *Di ſette tuoni*.

Heptemimĕra, cæſuræ genus, cum poſt tres pedes ſupereſt ſyllaba terminans partem orationis, quę etſi naturâ correpta, producitur tamen. Hephthemimĕris.

Heptēres, p.p. nauis, quę ſeptem ordinibus remorum agitur. Hexeres. ſex. Liu.

Her terra. Cath.

Hera, domina. Item, Iuno.

Heraclēon, heraclīon, p.p. panacis, herbę ſpecies ab Hercule inuenta.

Heptazōnus, ſeptem zonas habens.

Heracleon, qui ſe pro Hercule iactat. Argen.

Heracles, dominatricis gloria, ſeu Iunonis, Hercules. Bibl.

Heraclius, heracleus, heraclioticus lapis, Lydius, magnes, index, coticula ferrum attrahens, *Calamita*. Theamedes, repellens ferrum, illi contrarius.

Heræum, Iunonis templum. Herça, Iunonis feſta. Hera, Iuno.

Heratus, heriatus, vide.

Heraldus, caduceator, Verbenarius, clarigator. *Araldo*. Buleng.

Herba, vel hærba, quod terræ hæreat, pabulum viride pecudum, *Herba*. Herbŭla, dimin. *Herbetta*. Item, palma, & victoria. Herbam dare.

Herba Apollinaris, hyoſciamus. Herba venti, cymbalaria, vmbilicus Veneris. Herba vitri, vrceolaris, hebyine, parietaria. Meſue.

Herbando, herbam dando; ſe victum fatendo. Plaut. Herbam dare, ſe victum fateri. Herba victorię, palma, Non.

Herbarius, peritus herbarum, *Sempliciſta*. Herbaria officina, *Bottega d'herbe*.

Herbaceum, in herbam creſcens. Ex herbâ factum. Herbidus ager, *Herboſo*. Herbeus. Herbifer, Herbōſus. Herbatica animalia. Herbigrăda cochlea. Herbarium, ad herbas pertinens.

Herbāre, herbas producere, *Produr herbe*. Contra, Exherbare, herbas extrahere, *Leuar l'herbe*. Herbo, as. Inherbo, Exherbo, &c.

Herbaſco, herbeo, in herbam conuertor. Herbare, herbam paſcere, vel herbâ ornari.

Herbaſcum. ellychnium. Poll.

Herbatica animalia, herbis paſcentia, *Che ſi paſce-*

paſcono d'herbe. Salm.

Herbaticum, ad herbas pertinens, botanicum. Gloſſ.

Herbeſco, herba veſtior, herba vireſco. Lex. Phil.

Herbeus, color viridis herbarum. Item, ex herbâ factus. Herbidus, herboſus, herbâ plenus. Herbiditas. Cath.

Herbicaſiouum, *Tratta*. Pulmentum teſtaceum, torta. Beroal. verbum fictum.

Herbidus locus, in quo herba, & ſi alias aridus. Herboſus, qui herbam facilè gignit, Herbifer, herbas ferens.

Herbigrada, cochlea dicta per herbas reptans.

Herbilis anſer, herbâ paſtus. Lucil. Herbidium. Herbile, herbis, abundans, *Herboſo*. Herbiditas.

Herbitum, herbitium, quod vice herbarum, cum hæ deficiunt, paſtores armentis præbent Iſid. *Strame*. Herbitium, locus in quo herbæ naſcuntur. Gloſſ. Iſid.

Herbula, parua herba. *Herbetta*.

Herbulum, erigeron. Senecion. Dioſc.

Hercēus, Iupiter cuſtos penetralium. vide Ercius.

Hercos, penetrale.

Hercion, hercos, penetrale, clauſtrum, ſeptum, obex, paries. Hercites, horum cuſtos.

Herciſci, diuiſungi, diuidi. Vide Ercíſcor. Sup. herciſco, is, diuido, partior. Vide. Erctum. Vide, Erciſceo, ab Herco.

Herciſcundus, diuidendus. Herciſcunda familia, res familiaris.

Herciſcitus, us, diuiſio hæreditatum.

Hercitæ, ſerui in agris morantes. Hercetes, cuſtos, *Guardiano, guaſtaldo*.

Hercius, clauſtrum ferratum cadens, *Seracineſca*.

Hercle, Hercule, Hercules, Mehercle, Mehercule, aduerbia iurantis per Herculem.

Herculaneus, eunuchus. Iſid. Gloſſ. Pap. Eunticus. Lex. Philol.

Herculee, fortiter. Cic. Hercules, terræ gloria.

Herculeus, morbus ſacer, & comitialis, epilepſia, *Caduco*.

Here, pro heri. Veſpere, pro veſperi: I, in E mutato ãtiq. Plaut. Here, heriliter. barb. Lex. I.C.

Herĕbus, Erĕbus, p.c. profunditas inferorum.

Heredium, hæredium, prædium paruulum. Feſt. *Poſſeſſioncella*.

Heremita, vide, Eremita.

Heres, herus. Gloſſ. item medicamentum auriculis olim adhibitum. Cæl. Aur.

Heremodicium, eſt deſertum iudicium, ſiue quis apud priorem iudicem, ſiue ad iudicem appellationis cauſam deferat. Cuiac. vide, Eremodicium.

Herenica, antiqua. Iſid. Gloſſ. Pap. Hertica fort. B. Vulc.

Hæres, ab hero, non hæreo. vide Hæres.

Heribannum, eſt citatio ad delictum. Item, edictum, quo feudatarij ad militiam in diem certum euocabantur. Item, pœna non obtemperantis edicto eundi in hoſtes. L. I. C. Cod. ll. antiq.

Heri, heſterno die, *Hieri*. Vnde, Heſternus, pridianus, *Di hieri*.

Heriatus, us, herile imperium, *Comando del padrone*. Item, Heriatus, feriatus antiq. Lips.

Heribergium, hoſpitium paratum. Heribergare, exercitum, vel quemlibet viantem hoſpitari. Cod. ll. antiq.

Heribergum, hoſpitium, vbi exercitus ſe ad tempus tegit. Lex. Phil.

Hericius, herinaceus, echinus. Herix, animal ſpinis horridum, *Riccio*.

Heriſũga, p. c. qui herum fugit. *Fuggitivo*, *Chi fugge il padrone*, Heriſũgus. Plaut.

Herile, ad herum pertinens, *Del padrone*.

Herimonium, anathema, alienatio. Pap.

Herisitium, pœna deſertæ ſeu detrectatæ militiæ. L. I. C. Francorum lex.

Heriſtellum, locus caſtrorum. Cod. ll. antiq. Herisliz, depoſitio armorum. Idem.

Heritudo, dominatio, *Padronanza*. Cath.

Herma, fundamentum, ſaburra, lapis, ſtatua. Feſt. aurium ornatus. Poll. proditus, caſtratus. Iſid. Gloſſ. Item, capitellum, quod ſuper columnam ponitur, Hermulæ dimin.

Herma, ceſpitum munitio. Colum. ideſt, vallum ex luto, ceſpitibus & palis. Erhar. ad Petro.

Hermæ, ſtatuæ Mercurij, trunci eiuſdem, quorum capita permutari poſſunt in veſtibulis ædium, & publicis vijs: lapis quadratus in triuijs ſupra quem caput Mercurij. Item, ſtatuæ ſepulcris impoſitæ ſeu lapides quadrati. Turn.

Hermea, Adeſpota, quæ nullum dominum, & aſſertorem habent. L. I. C.

Hermeum, lucrum inſperatum. Prœmium datum inuentoribus rerum. Primitiæ ad ſtatuas Mercuriales in vijs poſitæ. Commune inuentum. Acerous lapidum in vijs.

Hermăces, lapides in honorem Mercurij cumulati Rh. Item, ſaxa in mari latentia.

Hermanubis, Anubis, & Mercurius ſimul.

Hermata, inaures. Tiraq. Item, Phalangia, quę nauibus ſubijciuntur. Rh. Item, ſcopuli ſub aquâ latentes. Turn.

Hermaphroditus, Androgynus, vir mulier, vtriuſque ſexus, homo aduerſus, & auerſus impudicus. Suid.

Hermateleuchus, inſtrumentum, quo ſcopuli latentes ſub aquâ deprehenduntur. Turn.

Hermathẽa, p. p. Mercurij. & Mineruæ ſtatuæ, coniuncta in Gymnaſijs cultra. Item, mulier

docta

docta & eloquens. Hermĕros. p.p. Mercurij, & amoris. Hermeracles, Mercurij, & Herculis ſtatua.

Hermedone, Mercurij delicium. Vitr. Item, effuſio ſtellarum in dextrâ aquarij.

Hermelion, gemma igneo colore radians.

Hermenia, interpretatio, expoſitio: vnde libri Ariſtotelis Periermenias, de interpretatione.

Hermeneuticum, munus arbitrorum vel interpretum. Interpretatiuum, ſeu narratiuum. Cath.

Hermeneuticum, continua oratio decurrens. Dramaticum in colloquijs. Didaſcalicum, inter doctorem, & diſcipulum loquendi genus. Lex.

Hermeracles, Mercurij, & Herculis ſtatua in Gymnaſijs culta. Hermerotes, Mercurij, & amoris.

Hermes, Mercurius, interpres. Lucrum, refugium: vnde compoſita.

Hermes, mæ, mis, metis, interpretatiuus, Mercurius. Herma, Hermŭla imago Mercurij, & quælibet ſtatua ſine manibus. Item, capitellum columnæ ſuperius, & inferius. Item, muſculus. Cath.

Hermetia verba, obſcura antiqua, & gloſſematica. Tur.

Herminium, aloè apud Dioſc.

Hermiobritis, mularis, ſplenium. Herba vmbroſis in locis naſcens. H.P.

Hermocopidæ, qui ſtatuas Mercurij obtruncauerunt.

Hermodactylus, herbæ ſeu bulbi genus. Iun.

Hermoglyphus, Mercurij ſculptor. Item, quiuis ſtatuarius, *Scultore*.

Hermogĕnes, Mercurij filius. Item, nomen proprium, lucri generatio. Bibl.

Hermolai, collyriorum genera. Gorr.

Hermones, ſerpentum genus. Pap.

Hermopolium, p.p. officina vbi Hermæ, ſeu ſtatuæ venduntur, *Mercato, ò bottega di ſtatue*.

Hermuchus, inſperato lucro ditatus. Dalech.

Hermula, parua Herma, ſigillariolum, ſtatua ſine manibus. vide, Hermes. Lex. Phil.

Hermuli, parua Mercurij ſigna ante carceres Circi funem tenentes ad equos retinendos ne erumperent ante ſignum datum. Panuinius.

Hermupoa, hermubotanium, herba mercurialis, *Marcorella*.

Herna, ſaxa. Hernici, ſaxei, ab Hernicis populis dicti. Hernia, durus, aſper, linguâ Sabinâ.

Hernia, deſcenſus omenti, aut inteſtini in ſcrotum, ramex, ruptura, enterocela, epiplocela, hidrocela, vide. Lat. *Rottura*. Vnde. Herniоſus, herniâ laborans.

Herniaria, herba in aſperis naſcens, Centograna. H.P.

Hernici, dicti populi Italiæ ab aſperitate loci, ſeu ſaxis, quæ Marci Herna, vocant. Lex. Phil.

Herodius, auis Diomedea. Erodius, Herodion, accipitris genus. Pap. Auis maxima aquilam vincens. Cath.

Heroides, p.c. fœminæ illuſtres. Heroina, Herois, Heroiſſa, *Principeſſa*.

Herones, centones, Lex. I.C. *Schiauine*. Sacci. B. Vulc.

Herophilus, heroum amator, *Amico di gran perſonaggi*.

Heros, Hercules, & quilibet vir fortis, *Barone*.

Herous. Heroicus, verſus. Heronicus, antiquus. Cath.

Herōum, fanum, monumentum quod ſolet erigi viro alicui inſigni propter virtutes heroicas. Cath.

Herpedon, herpes ētis animal: ſic dictum quod eo præcipuè ſanentur ea, quæ ſerpunt. Item, vlcus ex abundantiâ bilis natum, & paſtinationem faciens.

Herpes, ſerpigo, repens ſcilicet. Herpeta, ignis ſacri ſpecies, ſiue vlcus depaſcens ad oſſa vſque quod ſerpentis inſtar penetrat, & puſtulis cutem exaſperat more ſerpentium. Iun. Item, animal, quo vlcera proſerpentia ſanantur.

Herpĕta, pediculi capitis, & reliqui corporis. Gorr.

Herpices, vide, irpices. Herpicarius. Herpicare. Herpigo, Vide, Impetigo.

Herpillus, ſerpillus herba. Iun. *Serpillo*.

Herpis. Vinum quod faciat repere vinolentos.

Herthamon, præcordia. Cod. ll. antiq.

Herthus, hertha, ertha terra. Tacit. Lex. Phil.

Heruitium, locus vbi herbæ naſcuntur. Iſid. Gl.

Herus, dominus; familiare Comicis vocabulum. Lex. I.C. Hera, domina, *Padrona padrona*.

Heſychia, quies, tranquillitas. Dea quietis tranquillæ.

Heſi, heri: antiq.

Heſperis, idis, herba, quæ noctu magis olet, quàm die. Plin.

Heſpĕrus, Veſper, Veſperugo, ſtella veſpertina, ſerotinum tempus. *Sera*.

Heſternum, quod heri factum eſt, *Di hieri*.

Heſtia, hiſtia, conuiuium, focus domus. Heſtiuchus, Sympoſiarcha conuiuator.

Heſtiatorium, cænaculum vbi Olympionicæ epulabantur. Rh. Heſtiator, Heſtiuchus, conuiuator. Item, qui larem tuetur. Poll.

Heſtiopamnon, domus dominus, ac princeps. Heganŏmus, dictus. Rh.

Heſtor, clauus, ſiue paxillus, qui per iugum in temonem defigitur. Poll.

Heſus, Mars. Pap.

Heta,

Heta, pusula, panis pars superior. Inferior, Contosta. Poll. *Vescichetta nella corteccia del pane.*

Hetæra, amica, concubina, *Amica.*

Hetæria, sodalitas, *Compagnia.* Hetæriarcha, Hetæriarchus, sodalitatis princeps, & dux militum externorum, *Generale.* Hetæriarchia.

Hetæria, conuentus facti antelucanis horis Deo laudando. Rh. Item, cohors ex militibus externis. Hetæriarcha, dux hetæriæ.

Hetærus, sodalis. Hetæristes, scortator. Hetærismus, vita meritoria.

Hetæstrimythus, qui de suis malis diuinat, *Chi indouina il suo male.*

Hēteca, pauimentum. Voc. Eccl.

Hetelomysthus, qui perfectam mercedem accipit, *Chi è pagato à fatto.*

Heteobutadæ, familia illustris Athenis ex quâ sacerdotes lecti.

Heteralces, modò huic modò illi parti fauens. Victoriæ Epitheton.

Heteremēros, alternis diebus durans, *D'vn dì sì, vn dì nò.* Ita dictus Castor, & Pollux. Pont.

Heteroclita, p.c. nomina diuersæ declinationis, & insolitæ, *Straunanti.* Heteroclitus.

Heterocranea, Hemicranea, cum alteram cranij partem vel dextram, vel sinistram dolor tentat. Lex. med. cranion, caput.

Heterodidascalus, qui noua docet, & diuersa ab alijs, *Chi insegna diuersamente da gl'altri.*

Heterodōxus, qui est diuersæ opinionis, & sectæ. Heterodoxia, diuersa opinio, *Opinione contraria.*

Heterogenes, qui est diuersi generis. Heterogeneum, dissimilare, constans ex partibus dissimilibus.

Heteroglossus, qui est diuersæ linguæ, *Di lingua diuersa.*

Heterognomon, qui est diuersæ sententiæ, *D'opinione diuersa.*

Heterognāthus, vorax qui nunc in dexteram nunc in sinistram cibum linguâ conuoluit.

Heteromaschāla, Heteromalla, vestis seruitijs dicata, altera tantum parte villosa. Cui opponitur Amphimaschala, vtrimque villosa. Bayf. *Col pelo dentro è fuora.*

Heteronymus, diuersum habens nomen. Heteronymia, diuersitas nominis, *Diuersi nomi.*

Heterophonia, vocum diuersitas. Heterophōnus, diuersas habens voces, *Di voce diuersa.*

Heterophthalmus, qui altero priuatus est oculo casu aliquo. Monophthalmus, naturâ.

Heteroplon, cum commeatus periculum fœnerator tantùm suscipit. Amphoteroplon, cum etiam remeatus, *Assicurazione.* Vide, Amphoteroplon. Bud.

Heterorrhythmus, diuersis numeris constans. Pulsum heterorrhythmum, medici dicunt, qui alterius ætatis habet motum. L.m.

Heteroscij, vnius vmbræ homines quorum alterum latus vmbram facit in Zonis temperatis agentium. Amphiscij, vmbram habentes vtrinque vt in torridâ. Periscij, circulariter, in Zonis frigidis & polaribus.

Heterosis, alteratio.

Heterostomi, alterâ tantum parte perforati, aut, os habentes. Calcag.

Heterousius, diuersæ substantiæ, *Di sostanza diuersa.* Vnde, Heterusia, diuersa substantia.

Heti, folia quatuor de exemplari. Isid. Gloss.

Hetruscum, siue, Tyrrhenicum sandalium, crepida admodum edita, quales gestant matronæ Venetæ.

Hetrusca prodigia, portenta ad Hetruscos aruspices delatæ. Lex. I.C.

Hetta, vide, Hecta.

Heua, serpens, sine aspiratione. Eua, fœmina, Epith. Cerda.

Heulbo, guttur. Pap.

Heuoe, interiectio metuentis.

Heuretra, præmia data alienum fortuito inuenientibus. Lex. I.C. Item, ob indicium furis.

Heus, aduerbium vocandi. Fest. *Olà.*

Hex, sex, vnde composita, Vide. Hexas, adis, senarius Cath.

Hexaclinum, p.p. stibadium locus discubitorius sex lectulos habens. Heptaclinon, septem, *Luogo capace di sei à sette letti.*

Hexagōnum, p.p. sex angulos habens, *Di sei canti.*

Hexamenobius, qui sex mensibus viuit.

Hexamēnos, semestris, *Di sei mesi.*

Hexamēron, opus sex dierum. Hexameros, sex dies habens, *Di sei giorni.*

Hexamēter, versus constans sex pedibus, *Verso di sei piedi.*

Hexaphōrum, lectica à sex seruis portata, *Lettica portata da sei.*

Hexaplasius, sexcuplo maior, *Sei volte altretanto.*

Hexaptōta, sex casus habentia, *Di sei casi.*

Hexastichum, hordeum cuius spica sex ordines habet. Item, epigramma constans sex versibus. Tetrastichum, quatuor. Distichum, duobus &c.

Hexastylum, sexcolumnium, constans sex columnis. Vitr. *Con sei colonne.*

Hexecontalis, gemma quasi sexaginta colores referens. Isid. Lex. Phil.

Hexēdra, locus ad sedendum constitutus, *Capitolo de frati.*

Hexōres, p.p. naues habentes sex ordines re-

morum. Heptēres, septem. Liu. *Naue, ò galera da sei banchi.*
Hexeris, hyacinthus flos & gemma; nauis sex remorum.
Hexis, firma corporis dispositio quasi habitus. Schesis, verò incerta. Lex. m.
Hexton, sextum. Pap.
Heya, pro eia. Sup.

H I

Hiare, patentem esse. Hiscere, patescere, seu patefieri. *Spraccarsi.*
Hiari, mirari, Stupere. Varro. *Stupirsi.*
Hiascere, hiare, hiscere, aperiri, stupere, *Star astonito per stupore, aprirsi.* Hiabundus, more, hiantis, mirantis, *Pieno di ammiratione.*
Hiasco, patesco, os aperire incipio, *Sbadacchiar.* Cato. Hisco, is.
Hiatantur fores, aperiuntur, *Si spalancano le porte.* Hiatanter Laber.
Hiāto, as, frequenter aperior, *Aprirsi spesso. Boccheggiare.*
Hiātus terræ, vorago. Iun. *Voragine.*
Hiātus, us, apertio oris, *Apertura.* Item, chasma, seu terræ apertio, *Voragine.*
Hiberis, idis, herba pratensis *Valeriana di prato.*
Hiberna. Hibernacula, castra siue loca, in quibus hyeme stant milites. Vide. Hyberna. Iun.
Hibernium, hibernacio. Sup. Hibernò, adu. *Vernareccíamente.*
Hibiscus, hibiscum, herba maluæ non dissimilis, *Maluauischo.* Item iunci, & viminis genus. Virg. Althea, Vide.
Hibrīda, hybridas, hybris; natus ex placido, & fero. Semiferus. Item, quodlibet animal è diuersis parentibus natum. Hybris, adulterium, contumelia, *Nato di genitori diuersi.*
Hibus, his. Enn. antiq.
Hicce, hic. Hæcce, hæc. Fest. antiq.
Hiceterium. Expiatorium numinis, lustratio. Loen. Hiceteria, ramus oleæ lanâ circumuolutus supplicantium.
Hidrinis, serpentinis. Isid. Glos.
Hidroa, sudamina, papulæ ex sudore. Intertrīgo; papulæ æstiuæ genitalium. Lex. med. *Riscaldamento sobollimento.*
Hidros, sudor. Hidrōsis, sudatio. Vide. Hydros, melius per y. Scribuntur.
Hidroticus, sudare qui solet, Vide. Hy.
Hiems, vide. Hyems.
Hiera, Iera, confectio, compositio sacræ pretiosæ, apud medicos à iuramentis, & valore. Onom. m. Hiera, item, via quædam, quâ ibant sacerdotes ad Eleusinam Cererem.
Hieracia, lactucæ, genus. Onom. m. Hieracium, herba accipitrina. H. P.
Hieracites, gemma à colore accipitris sic vocata Plin.
Hiera, epilepsia, lepra, comitialis, sacer morbus. Vide.
Hierangēli, Deorum panegyres nunciantes, *Quelli che annunziano cose diuine.*
Hieranosos, sacer morbus, quod non medicaminibus sed incantationibus curetur. Comitialis, *Caduco.*
Hiera picra, confectio amara purgandæ bili, ita dicta ab amaritudine aloes quam multum recipit. Medicamentum sacrum amarum.
Hieratica carta, tenuis sacris voluminibus destinata. Hieraticæ literæ, sacerdotales.
Hieratici, peregrinantes. Pap.
Hierarchia, sacrum imperium. Hierarches, qui sacris præest ordinibus; *Prencipe delle cose sacre.* Hierarcha. Hierarchicum, ad hierarchiam pertinens.
Hiereus, Presbyter, sacerdos. Archiereus, sacerdotum princeps. Salm. *Prencipe de Sacerdoti.*
Hierobotāne, p. c. verbena, herba verbenaca, quia illâ olim vsi in lustrationibus.
Hierocomium, p. p. locus vbi leprosi aluntur, *Lazzaretto.*
Hierocomus, qui sacrorum curam gerit, *Chi cura cose sagrate.*
Hierodidascālus, qui sacra docet, *Che insegna cose sagre.*
Hierodūlus, p. p. sacris inseruiens, ædituus, *Chi serue all'altare.* Item, monachus. Bud.
Hierofalco, hierax, falco sacer, ex genere falconum accipiter. Item, piscis genus.
Hieroglossus, sacram linguam habens. *Lingua sagra.*
Hieroglyphica, sacra Ægyptiorum non solum litteris, sed picturis, & sculpturis efficta.
Hierogrammateus, scriba rerum sacrarum, Ægyptius sacerdos, vates, *Scrittor di cose sacre.*
Hierographia, rerum diuinarum adumbratio per quædam signa. Hierographa, ipsa signa.
Hierolantia, mœrentia. Pap. *Dispiacere.*
Hierologia, sacri sermones, & qui in Ecclesiâ recitantur, *Ragionamenti sacri.*
Hieromenia, dies mensis in quâ festum aliquod celebratur vel sacra stata aliquo mense. *Calendario, ò feste d'ogni mese.*
Hieromonāchi, sacerdotes monachi. Monachi verò cæteri monasticam vitam agentes. Leng. b.
Hieromnemon, onis, sacrorum rituum memoriæ præfectus.
Hieromyrtus, myrtus acuta. Sylvestris, *Mortella saluatica.*
Hieromysta, qui sacris mysterijs initiat, *Chi ordina chierici.*

Hie-

Hieron, ſacrum ſacrificium.
Hieronīcus, p. p. victor in ſacris certaminibus. Hieronices Hieronica.
Hieronōmus, ſacræ diſciplinæ magiſter.
Hieronymus, cui nomē ſacrū, *Chi ha nome ſacro.*
Hierophanta, ſacrorum antiſtes. In ſacris Hecatæ páter ſacrorum. In Mithriacis qui cicutæ ſorbitione caſtratus, Ægyptiorum ſophiſta. Tertul. Hieroſophanta, ſacrorum antiſtes, & docens.
Hierophantiæ, ſacrorum ceremoniæ, *Sagre ceremonie.*
Hierophōrus, ſacra ferens, *Porta coſe ſagre.*
Hierophylacium, ſacrarium vbi ſacra ſeruantur, *Sagreſtia.* Hierophylax, cuſtos ſacrorum, *Sagreſtano.*
Hieropōlis, ſacra vrbs. *Città ſagra.*
Hieropſaltes, qui ſacra canit, *Cantore de coſe ſagre.*
Hieroſcopia, ſacrorum inſpectio, aruſpicina. Hieroſcopus, aruſpex.
Hieroſarchus, princeps ſacrorum. Lex. I.C.
Hieroſylēma, quod ſacrilegio eſt raptum. Hieroſylia, ſacrilegium, *Sacrilegio.*
Hieroſyna, præcipua quæ ſacerdotibus dabantur.
Hierothēca, vbi aſſeruantur res ſacræ, *Giborio.*
Hierotelētes, ant ſtes qui ſacris initiat, *Veſcouo.*
Hierotypus, cui ſacra effigies impreſſa eſt, *Chi porta effigie ſagra.*
Hierurgia, rei diuinæ peractio. Hierurgus, ſacerdos, *Sacerdote.*
Hiēto, as, Hiato, ſæpius hio, *Aprir ſpeſſo.* Plut.
Higra, radix piperis. Onom. m.
Hila, hilla, inteſtinum tenue, ab hirâ, ſiue hilum, vnde nihilum. Hilla, diminut. Farcimina, inteſtinum ieiunum. Item, lucanica. *Salſiccia.* Itē, inteſtinum rectum in anum deſinens.
Hilæ, inteſtina farta, lucanica, *Salſiccia.*
Hilarāmen, hilaritas, *Allegrezza.*
Hilāris, hilārus alacer, *Allegro.* Hilarulus, aliquantulum hilaris, *Allegretto.* Hilarator, qui hilarat, *Chi rallegra.*
Hilaritas, gaudium. Hilaritudo, *Allegrezza.* Hilārē, hilariter. Hilaritus, lætè, *Allegramente.*
Hilareſco, lætus fio, *Rallegrarſi.* Var. Hilareo, es, lætifico. Hilāro, as, lætitiam affero, *Allegrare.*
Hilaria, orum, feſta læta. Item, feſtum æquinoctij verni; Saturnalia, Feſta matris Deum. Bud. Macr.
Hilariana, Pſalmodia, cantus. Te Deum. Nou.
Hilāro, p. c. as, lætitiam affero, *Allegrare.*
Hilarōdus, laſciui, & delicati carminis cantor. Feſt. *Cantor laſciuo.* Qui hilaria carmina canit.
Hilārus, hilaris antiq. *Allegro.*
Hilla, æ, hilla, orum, hilli, inteſtinum porcinum farctum aliis inteſtinis. Hira. Turu. *Salſiccia.* Hilla, parua hira. Vide, Hira.
Hilam, hillum, hilum, res nihili vel paruum, nigrum fabæ, Lucil. medullā pennæ. Cath. *Negro della faua.*
Hillas cædere, in obſcœnis. Palu. Præcidere.
Hilo, aquilo. Gloſſ. Vett.
Him, hinc. Illim, illinc. Plaut.
Himæon, melos cantatum ab aquæ hauſtoribus. Rh.
Himantopus, pica marina auis genus.
Himas, affectus gurgulionis, cum longior, gracilior ſicciorque euaſerit. Lex. med.
Himation, veſtis muliebris. Poll. Tiraq. amiculum.
Himilzorum, indumentum ſuper genuculum. Cod. ll. antiq.
Himatōpus, loripes, *Zoppo.*
Himonia, funis putei, *Fune del pozzo.*
Hin, menſuræ genus Hebraicæ. Item, pro hinc: illin, pro illinc. Plaut.
Hinnibundè, hinnorum more. Non. hinnienter.
Hinnire, eſt equorum, *Annitrire.* Hinnilito, frequenter hinnio. Var. ab Hinnio, is.
Hinnitus, hinnus, vox equi, *Annitrimento.*
Hinnus, ginnus, innus, fœtus ex equo, & aſina. Burdo etiam dictus. Mulus, verò ex aſino, & equa, *Mulo.*
Hinnulus, fœtus capreolorum, caprarum, damarum, &c. *Polledro.* Hinnuleus. Hor. Item, paruus, *Moletto.* Item, res chara. Item, piſcis. Lex. Philol.
Hio, as, ore aperto ſpiritum emitto. Hiaſco, hiſco, *Spirare à bocca aperta, aprirſi.* Sponte aperiri, dubitare, &c.
Hipatæ. Vide, Hypatæ.
Hipiſcum, trimitum, tunicarum ſpecies. Poll.
Hipnoplaſti, qui ad caminum verſantur, ſeu operantur. Hipnopœus, furnorum fabricator.
Hipnos, furnus, caminus. Hipnolēbes, lebes ad aquam in furno, ſeu teſto calefaciendam. Hipnitos, furnaceus.
Hipoctōnus, qui vermiculos vitium oculos infeſtantes occidit.
Hippăce, p. c. caſeus ex lacte equino coagulatus, edulium Scytharum, *Caſcio caualle.* Hippax.
Hippāco, as, celeriter animam duco, ab equi halitu vehementi dictum. Feſt.
Hippacontiſtæ, equeſtres iaculatores. Leo Tac.
Hippadas, genus luſus puerilis.
Hippădes, ſacrificia, quæ equites Athenis peragebant. Rh.
Hippæ, cancrorum genus. Plin.
Hipparius, aurigarius. Iſid. gloſſ. *Carrozziere.*
Hipparchiæ, equitum præfecti. Hipparchia, equitatus. Agema, peditatus præfectura.

Hippardium, animal quadrupes ad equi similitudinem. Gesn.
Hippagōgus, hippagetes, quorum ductor, *Caualiaro*. Hippagium, equorum ductio. Hippagius, armiger. *Huomo armato*.
Hippagines, hippagogi, hippegi, naues quibus equi vehuntur, vel quæ equis ducuntur. Hippagōgæ. Hippago, inis.
Hippagri, equi siluestres, *Caualli saluatichi*.
Hippagogeus, instrumentum quo lapides exponuntur.
Hippagium, hippagōgum, nauigij genus ad transuehendos equos, alijs hypagum, sed male.
Hippalia, equitatio.
Hippelăphus, equicruus, animal quadrupes. Gesn.
Hippelasia, equorum agitatio. Item, via qua currus, & iumenta agi possunt, *Maneggio de caualli*.
Hiperastes, equorum amator, *Amator di caualli*.
Hippĕros, equorum morbus. Item, equorum amor.
Hippiădes, statuæ equestres mulierum, *Statue di donne à caualio*.
Hippiatria, medicina equorum. Veterinaria. Hippiatrus, medicus equorum, veterinarius, *Maneschalco*.
Hippice, herbæ genus. Plin.
Hippicum, mensura, & spatium IV. stadiorum, aut quatuor cubitos continens. Heron.
Hippicus, equestris. Item, Neptunus.
Hippitāre, oscitare, *Badare, sbadachiare*. Isid. Gloss.
Hippius, equester, Neptuni epitheton. Fest.
Hippobotæ, gloria & diuitijs excellentes. Rh. Item, qui equos alunt.
Hippobrōtus, ab equis deuoratus, *Deuorato da caualli*.
Hippobucōlus, equorum pastor, *Chi pascola caualli*.
Hippocampus, marinus equus, animalculum, animal marinum exiguum. Hippocampa, equus marinus in piscium caudas desinens. Hippocampinus, ad hippocampum pertinens.
Hippocamptus, passerculus quidam.
Hippoceleuthos, equo iter faciens, *Chi fà viaggio à caualio*.
Hippocentaurus, equi stimulator.
Hippocharmæ, dicti olim principes qui ad pugnam equos alerent. Gualt.
Hippocharmes, qui gaudet equis, *Chi si diletta di caualli*.
Hippocōmi, mangones equorum, equisones, stabularij, *Cozzoni*. Item, veredorum curatores, *Maestri di posta*. Pancirol. *Palafrenieri*.
Hippoconturos, veredus. Suid. *Corriere*.
Hippocoum, vinum ex insula Coo. Fest.
Hippocratia, equestris victoria, Ludi Consuales Neptuno. Hippocrates, equitatu pollens.
Hippocraticum scamnum, machina præparanda in magna vrbe curandis ægrotis, Hippocratis inuentum.
Hippoclastæ, fossæ tectæ decipiendis equitibus Mauric.
Hippocosmi, phaleræ, equorum ornamenta.
Hippocrenides, Musæ, à fonte Hippocrene nato ex percussione vngulæ equi Pegasei.
Hippodămus, equorum domitor, *Cozzone*.
Hippodromus, locus vbi equi currunt, *Luogo done corrono i caualli*. Hippodromīa, cursus equorum. Catadrōmus, vbi decurritur, *Luogo da correre, corso*.
Hippoglossia, hippoglossum, lingua equina, vel linguam equinam referens.
Hippoglottion, hyppoglottion, laurus Alexandrina, Iun. Item, sublinguium, *Sollinguore*.
Hippoglottis, lingula, inuolucrum linguæ, radix linguæ, abscessus sub linguam. Poll.
Hippoglossus, piscis marinus. Rondel.
Hippolapathum, herba lapatho satiuo maior, *Particella*.
Hippolustra, locus vbi equi lauantur, *Lauatoio per i Caualli*.
Hippolytus, ab equis discerptus, *Squarciato da caualli*.
Hippomānes, p.c. virus, quod equarum inguinibus defluit cum in amorem feruntur. Item, tumor, qui fronti equinorum pullorū innascitur.
Hippomania, insanus equorum amor, *Amor pazzo de caualli*.
Hippomachia, pugna equestris, *Combattimento della caualleria*.
Hippomarathrum, herba similis fœniculo, *Finocchio saluatico*.
Hippomyia, musca canina.
Hippomyrmēces, formicæ, quæ equites dicuntur.
Hippona, Dea quæ præest equis. Epona melius, Turn. Item, malagmatis nomen. Gorr.
Hippones, equorum emptor, *Cōprator di caualli*.
Hipponoma, merces ex equis, & mulis locatis, *Nolo vettura*.
Hipponōmus, qui equos pascit. Hippotrophus, hinc. Hippotrophia, equorum nutritio.
Hippopōdes, centauri pedibus equinis, *Chi hà piedi da caualio*.
Hippopēra, p.p. bulga scortea ad ferenda numismata, & necessaria itineri, *Bisaccia, bolgia, valigia*.
Hippophaes, frutex maritimus. Lappago, Hippophyes.

Hippo-

Hippophagus, qui equos comedit.
Hippophæſtum, ſpinoſa planta. H. P.
Hippopion, in oculis cornea pars.
Hippopola, equorum venditor, *Mercante di caualli*.
Hippopus, equinos pedes habens, *Chi hà piè di cauallo*.
Hippopotāmus, p. c. equus fluuiatilis, *Cauallo marino*.
Hippos, equus. Item, oculi ægritudo. Scal. Item, piſcis & pudendum hominis.
Hippos equus. Item, in compoſitione habet vim augendi, vt hippoſelinum, hippolopathum. Lex. Phil.
Hippoſelinum, petroſelinum ſatiuo multo maius, olus atrum. Dioſc. Apij ſpecies. Equapium.
Hippoſtaſia, hippoſtaſis, hippoſtaſium, ſtabulum equorum. Buſtaſium, boum. Rh.
Hippoſyne, equitatio, titulus libri. Var. Turn.
Hippotæmoſis, morbus equorum. Onom. m.
Hippothōrus, cantio ad equos inſilientes incitandos. Item, equas inſcendens, admiſſarius.
Hippotoxŏtæ, equeſtres ſagittarij. *Arcieri*.
Hippotrophia, equorum nutritio. Hippotŏphus, qui equos alit. *Chi alleua caualli*.
Hippuris, equiſetum, herba equinæ ſetæ perſimilis. Item, equina cauda, *Coda di cauallo*.
Hippūrus, p. p. piſcis ex genere locuſtarum maritimus. Rondel.
Hipus, fullonum inſtrumentum. Poll.
Hir, thenar, vola, & planta manus. Lucil. Item, vigil. Cath.
Hira, hilla, inteſtinum quod dicunt ieiunum: hiræ, inteſtina. Turn. Item, locus tenebrarum, & porcorum. Pap.
Hirceſcit vitis, cum ob pinguedinem ſterileſcit.
Hirciunt pueri, cum pubeſcentes alarum fœtorem emittunt. Bud.
Hircinum, p. p. ad hircum pertinens, & quod ex hirco eſt. *Di becco*.
Hircipili, p. c. homines dicti qui pilos habent duros vt hirci. Feſt.
Hircobos, animal quadrupes. Geſn.
Hircoceruus. Tragelaphus. Vide.
Hircōſus, p. p. hirci odorem olens. Hircoſi, qui oculos tranſuerſos habent. Lex. i. c. *Guarda trauerſo*.
Hirculus, herbæ nomen odoriferæ. Item, paruus hircus, *Montoncello*. Hirciŏlus. Cath.
Hircus, hirquus, caper, caprarum admiſſarius, non caſtratus. *Becco*. Item, fœtor alarum. Item, ſpurcus ore.
Hircus ſalius, qui capras ſalit. *Montone*. Palm.
Hirigis, funibus. Iſid. gloſſ.
Hirmus, figura ſententiæ, cum oratio continuatur. Iſid.

Amaltheæ Onomaſt.

Hirnea, hirnŭla, hirnella, vaſis genus in ſacris. Turn. Cirnea. Plaut.
Hirnia, ramex. Iſid. Hernia. Vide.
Hirquitalli. Vide, Hirquetŭli.
Hirquus, hircus, oculi angulus, *Canton dell'occhio*. Et fœtor alarum. Item, animal, *Becco*. Hirquulus, hirculus, puer libidinoſus.
Hirquetŭli, hirquitalli, pueri cum primum hircum incipiunt olere, eorumque vox hircinam imitatur. Hirquilire, illi dicuntur, cum primùm vocem mutant. Hirquitallire. Pomp.
Hirrio, riugo, rabio, in rabiem vertor, quod canum eſt, cum in rabiem aguntur. Feſt. Hirritus, us, canum rabies.
Hirſi, hirſuti, *Peloſi*. Pap.
Hirſiculus, piloſum habens culum. Sup.
Hirſutus, p. p. horridus ſetis, ſetoſus, *Peloſo*. Hirſutia, æ, horriditas. Solin.
Hirtus, ſqualidus; hirſutus, ſetoſus. Hirtæ ſepes, rubis, & ſpinis aſperæ. Colum.
Hirundo, inis, auis nota, *Rondine*. Item, piſcis, *Arondella*. Arundo, canna. Hirundinaria, herba, & Hirundinīnum, hirundinis. Hirundininus nidus.
Hirūdo, p. p. inis, ſanguiſuga, piſcis inſectilis. Rondel. *Mignata*. Hirundininum, ex hirudine.
Hiſce, his: hice, hicce, hic Ter.
Hiſciatus, frequenter oſcitans. Onom. Lex. Phil.
Hiſco, is, labra diduco loquendi gratia, trepide, loquor *Aprir la bocca*. Vnde, Dehiſco, ſatiſco. Vide.
Hiſcere, deſinere. Iſid. gloſſ. Hiſcitur, diuiditur, aperitur, *Sbadigliare*.
Hiſemerinus, circulus æquinoctialis. Pap.
Hiſpex, hiſpidus, ſetoſus. gloſſ. *Peloſo*.
Hiſpidus, p. c. hiſpidōſus, ſetoſus, horridus, *Setoloſo*.
Hiſplengium, flagellum, ſtimulus boum. Item, in oſtijs ferrum aſcendens, & deſcendens, *Saltarello, ſaliſtende*. Heron.
Hiſter, Ludius, Hiſtrio, *Comediante*. Item, Iſter Danubius.
Hiſterologia. Vide, Hyſterologia.
Hiſtoboeus, hiſtoboë, lignum ad iugum protentum inter boues. Hiſtoboëum, lorum quo lignum adnectitur iugo. Rh.
Hiſtodoce, lignum in puppi prominens in quod reclinatur arbor. Rh.
Hiſtoria, æ, hiſtorice, es, narratio. Hiſtoria, eorum quæ vidimus aut videre potuimus. Annales, contra, quæ annuatim facta. Vide Annales.
Hiſtriculus, paruus hiſtrio. Gloſſ. Lex. Phil.
Hiſtoricus, hiſtoriographus, qui ſcribit hiſtorias. Hiſtoricum, hiſtoriale, ad hiſtorias pertinens. Hiſtoricè, hiſtoriè: hiſtoriale, ad hiſtorias pertinens.

Hiſtorio, as, hiſtoriográpho, as; hiſtorias ſcribo, *Scriuere hiſtorie*.
Hiſtoriologia, tractatus hiſtoricus.
Hiſtrio, hiſter, ludio, qui perſonatus in ſcenâ comœdias, & tragœdias recitat, *Giocolatore, comediante*. Hiſtrionica, hiſtrica ars, *Arte di comediante*. Hiſtrionicum, hiſtrionale, ad hiſtrionem pertinens, *Comico*.
Hiſtrix, icis, animal ex herinaceorum genere, porcus ſpinus. Iun. *Porco ſpino*.
Hiſuium, methodium, via ratione inſtructa, Sabel. in Suet.
Hitta, hyems, & ciccum, pomi granati cortex. Sup.
Hittio, indago veſtigia alicuius vocis nictatione, quod eſt canum indagantium, *Giattire*. Iun. Vnde Hittus vox canum.
Hittus, vox canum indagantium, hirritus, *Giattimento*. Sup.
Hiulco, as, hiulcum facio, findo, *Fendere*. Hiulcus, fiſſus. apertus. Hiulca gens, auida, hiante ore prædam captans. Plaut. Hiulca oratio, quæ male cohæret: hiulcè, ineptè, *Con largo ſpatio, ſpaccamente*.

H O

Hoc aliquid, vnum & ſingulare: hoc ipſum, quod eſt, eſſentialiter.
Hoc noctis, hac nocte, hoc pro huc. Plaut.
Hodie, hoc die, *Hoggi*. Hodiernus, *Del giorno, di hoggi*.
Hodieque, etiamnum hodie.
Hodœdocus, viarum obſeſſor: hoduſus, hodidodocus, Feſt. *Aſſaſſino di ſtrada*.
Hodegetrix, viæ dux, Maria dicta. Codin.
Hodœporica, itineraria, quæ de itinere ſcribuntur, *Itinerarij*. Hodœporicus, a, um.
Hodeporicum, itinerarium, libellus aliquod iter deſcribens. Lex. Phil.
Hodœporium, conuiuium, aut merces data comiti, aut duci viæ.
Hodœus, viarum curator, *Curator di ſtrade*.
Hodœpõrus, viator. Hodœporici, Pompici, equi itinerarij. Rh. *Caualli da viaggio*.
Hodophylăces, viarum cuſtodes, *Guardie delle ſtrade*.
Hodoſtroſia, munus ſternendæ vrbis, *Cura di laſtricar le ſtrade*.
Hœdus, &c. Vide Hædus.
Hœlix, felix. Gloſſ.
Holcium, liquidorum & aridorum vas, *Vaſe*.
Holcas, adis, oneraria nauis ab helco, traho; quod trahi debeat. Item, vas vinarium. Poll.
Holcæum, lauacrum in quo pocula abluuntur. Poll. *Lauatoio di vetri*.
Holcea, vaſa vnguentaria. Dalech.
Holcimus, hepatis dolor. Rh. Onom. Med.
Holcoda, celox, nauicula velox. Sidon. *Nauicella brigantino*.
Holcimus, a, um, trahibile, tenax, glutinoſum, ab helco, traho.
Holcus, tractus. Item, herba ariſtas è corpore extrahens machina, tractoria, ſulcus, veſtigium.
Holerãre, oleribus conſerere, *Piantare herteglia*. V. Olus.
Holerorum, pro olerum. Hon.
Holitor, horticola. Iſid. Gloſſ. *Hortolano*. Vide Olitor.
Holmeus, lapis orbicularis, in quo legumina cæduntur. Holmus, mortarium.
Holmiſcus, mortariolum, & cauitates dentium molarium. Vide, Momiſcum.
Holmus, delphici tripodis tegumentum cui vates inſidet. Poll.
Holobẽræ, holoueræ, oloueræ, veſtes graues auro, aut totæ ſericæ aut conchyliatæ. Beri, enim veſtes Palatinorum, & honeſtiorum. Alciat. Turn. à birro, ſeu burrho, purpureòve colore.
Holobryzæ, veſtes ex auro ſolo & puriſſimo contextæ, *Veſti d'oro, di broccato*. Totæ ex obryzo.
Holmus, pars tripodis, in qua vates ſedebant. Rh. Item, mortarium. Holmos, cauum coxendicis.
Holocauſtum, ſacrificium, in quo detractis extis tota victima cremabatur; in alijs verò tantum exta.
Holocauſtõma, holocauſtomătum, victima, quæ tota comburitur detractis extis. Holocauſtõſis, hoc ſacrificium.
Holocharis, totus gratioſus, *Tutto gratioſo*.
Holochryſum. p. p. totum aureum. Greg. Tur. *Tutto d'oro*.
Holocleria, integritas omnium partium, & totius hæreditatis conſecutio. Holoclerus, qui eam conſequitur.
Holocotinum, integrum cotinum. Cotinum, oleaſter, & corona ex oleaſtro, & acinis. Lex. Phil.
Holochroa, tota eiuſdem coloris, *Tutto d'vn colore*.
Holodactylus, verſus totus ex dactylis. Dactylicus.
Holograммum, holográphum, autográphum, idiográphum, propria manu totum ſcriptum.
Holoſampus, totus flammeus, lucidus, *Tutto ſplendente*.
Holopachion, integer cubitus.
Holophanta, halophanta, vilis, totus mendax, conductus in omnibus ob mendacium.
Holopiſon, edulium totum ex piſis confectum.

Ho-

Holoporphyrum, totum purpureum. Holoſericum, totum ſericum. Rh. *Tutto di porpora, è ſeta.*

Holor. Vide, Olor.

Holos, totus: vnde compoſita varia.

Holoſathrum, vndique quaſſatum, *Tutto conquaſſato.*

Holoſchœnus, genus iunci paluſtris aſperius, calloſius. Lex. Phil.

Holoſericum, totum ſericeum, *Tutto di ſeta.* Subſericum, non totum, *Mezo ſeta.* Holoſerica veſtis.

Holoſteon, molle gramen. Holoſteum, totum ex oſſibus, *Tutto d'oſſo.*

Holoſtocalamus, ineptus inter ſonanda tibia.

Holothuria, inter Zoophyta recenſetur, & reperitur inter maris eiectamenta. Holothaurius.

Holouetæ, veſtes ex toto vero colore, id eſt, purpura tota, & vera: Holoſericæ, etiam dictæ illæ priuatis interdictæ, erant enim ſerica veſtimenta tota ex purpura.

Holouērum, tinctura ſerici, & color eſt, non ſericum. Procop.

Holus, holitor, horticola. Iſid. gloſſ. Vide, Olus. ſed melius cum h. Aldus.

Homagium, fidelitas, & obedientia iuramento aſtricta, hominium. Lex. I. C.

Homagium, bonum, quod occupat homo. homagium præſtare, iurare fidelitatem. Hoc vel obſequiale, vel feudale, vel ſociale. Lex. Phil.

Homericia, æqualium cœtus. Homelix eiuſdem ætatis, *Coetano.*

Homelium, pilei genus. Feſt. pro ſerenis diebus. Lex.

Homer, menſuræ nomen, continens decem ephas. Lex. Philol.

Homerda hominis, Succerda ſuis, Bucerda bouis, Mucerda muris merda. Lex. Phil.

Homereuma, pignus quod datur in ſubſidium.

Homeridæ, Homeri imitatores. Homericus, qui eſt Homeri.

Homerocentra, homerocentrones, homerocentones, carmina vel integra vel dimidiata ex varijs locis decerpta, & veluti in vnum conſuta ex Homero. Virgilio Centones, ex Virg.

Homeromaſtix, Homeri flagellum Zoilus dictus. Virgiliomaſtix. Ciceromaſtix. Virg. Cic.

Homicida, p. p. hominis occiſor, *Homicidiale.* Homicidium, hominis cædes. *Homicidio.*

Homilia, ipſa actio verſandi in cœtu hominum, colloquium. Item, concio in cœtu habita.

Homilia, congreſſio familiaris, colloquium. Item, concio ſacra. Lex.

Homiliatus, affabilis in congreſſu, & qui ſcit conuerſari cum hominibus, *Affabile, trattabile.*

Homilos, cœtus. Vnde, Homilia.

Hominium, hominatus, hominis ſeruitium. Cathol. Item, pro hominum. antiq. Lip.

Hominium, homagium, ab homo quatenus ſignificat clientem ſeu ſeruum. Vel hominis ſeruitium.

Homo, hominis, antiq. notę ſignificationis. Enn. *Huomo.*

Homoarithmus, qui eiuſdem numeri, *Del medeſimo numero.*

Homobomius, cui ara cum alio communis eſt, *Chi ha il medeſimo altare.*

Homocăpi, idem præſepe habentes, *Quelli che mangiano alla medeſima mangiatora.*

Homocapni, ad eundem fumum ſedentes, foco vtentes *D'vn medeſime fuoco.*

Homochętæ, Dij qui & in templi eiuſdem, & ſacrorum venirent participationem. Rh.

Homochœnices, qui eandem participant chœnicem ſeu idem dimenſum, & menſam, *Conuittori.*

Homochroa, quæ ſunt eiuſdem coloris, *Del medeſimo colore.*

Homochronia, contemporanea.

Homodēmus, qui eſt eiuſdem populi, *Paeſano.*

Homodoxus, qui eſt eiuſdem opinionis, *Della medeſima opinione.* homodoxia, conſenſus in opinione.

Homoduli, conſerui. Poll. *Conſerui.*

Homœobios, ſimilis victus ratione vtens.

Homœocarpos, ſimiles fructus habens.

Homœogenia, generis ſimilitudo. Homœogĕnes, qui eſt eiuſdem generis, *Della medeſima ſtirpe.*

Homœologia, verba ſimilia, ſimilitudo ſermonis.

Homœōmer, a, ſimilitudo partium, vt eſt in elementis.

Homœomera, quæ conſtant partibus ſimilaribus.

Homœon, ſimile, par.

Homœoſis, figura per ſimilitudinem rem explicans. Homœon, cum ex partibus aliqua ſimilitudo colligitur. Fig.

Homœoteleuton, ſimiliter deſinens, figura cum plura verba eodem modo finiuntur.

Homœopathia, ſimilis paſſio. Rh. Homœopathes, cui ſimiles ſunt perturbationes.

Homœoſtomi, os ſimile habentes.

Homœopteri, quibus ſimiles pennæ.

Homœoptōta, p. p. ſimiliter cadentia, cum diuerſæ ſententiæ eundem caſum habent.

Homœos, ſimilis, par.

Homogalactus, collactaneus, *Lattato inſieme.*

Homogambri, qui ſimul generi ſunt vnius ſoceri. *Generi del medeſimo ſuocero.*

Homogaſtor, vterinus, *Del medeſimo ventre*.
Homogenea, quæ habent partes ſimilares, vt elementa. Heterogenea, diſſimilares, vt animalia. Homogenia, communio generis, cognatio.
Homogenes, gentilis, conſanguineus. Lex. Phil.
Homogloſſus, qui eſt eiuſdem linguæ, *Della medeſima lingua*.
Homognomones, eiuſdem ſententiæ, *Del medeſimo parere*.
Homogona, quæ ſunt eiuſdem generis. Homogoni, germani.
Homogramma, iſdem literis conſtantia, *Delle medeſime lettere*.
Homographa, quæ ſunt eiuſdem ſcripturæ, *Della medeſima ſcrittura*.
Homohypni, familiares eodem fumo vtentes, contubernales, *Camerate*.
Homolectros, conſors eiuſdem lecti, conſors thori, coniux.
Homologare, approbare, confiteri: vnde, Homologia, confeſſio, conſenſus. Homologēma, i. de quo conuenitur. Homologare arbitrium, ratam habere ſententiam arbitrorum, eamque approbare. Rebuf.
Homologatum, arbitri ſententia à partibus acceptata. L. 1. C.
Homologia, conſenſus. Homologi, homodoxi, qui in eadem ſunt ſententia: homologus, colonus, dedititius.
Homologus, eandem rationem, vel eundem ſermonem habens. Item, dedititius. Item, homo ligius, vaſſallus. Vide, Ligius.
Homomeres, homœomeres, homogeneæ, partes ſimilares.
Homomētor, eadem matre natus. Homopatrius, eodem patre, *Della medeſima madre è padre*.
Homonœa, concordia conſenſus. Homonœum, concordiæ templum. Homonœus, concors, conueniens.
Homonoetica. ad concordiam pertinentia.
Homonecros, ſimul mortuus, eiuſdem conditionis cum mortuis.
Homonyma, p. c. eiuſdem nominis, *D'vn'iſteſſo nome*, vniuoca, & æquiuoca. Homonymia, vna voce multa ſignificatio. Homonymus. Vide.
Homonyma, vnimonia, æquiuoca.
Homonymus, cognominis, idem nomen habens. Homonymia, vna voce cum multa ſignificantur. Synonymia, cum multis vocibus vnum ſignificatur. Lex. Philol.
Homonymia, ſiue Æquiuoca, quæ nomine tantum conueniunt: Synonyma, vniuoca, quæ nomine, & re. Paronyma, analoga. Ariſt.
Homopathes, eiuſdem paſſionis, ſimul patientes.
Homopathia, *Compaſſione*.
Homophagia, rerum crudarum eſus. Caſſian. *Mangiar coſe crude*. Vnde, Homophagi, populi.
Homophōnus, eiuſdem vocis, *Della medeſima voce*.
Homophorium, Omophorium, pallij genus. Vide.
Homophylus, eiuſdem tribus, & generis, *Della medeſima contrada*.
Homoplatæ, ſcapulæ quæ tolluntur in thorace. Lex. med.
Homoplœa, nauigationis ſocietas. Homoplous, nauigationis ſocius.
Homopōlis, qui eſt eiuſdem ciuitatis, *Paeſano della medeſima Città*.
Homoptōta, homœoptota, eundem caſum habentia.
Homorrhithros, qui ex eodem riuo cum alio ducit aquam, *Corriuale*.
Homoſitus, qui cum alio cibum capit, *Chi mangia con altri*.
Homoſcēnus, in eodem tentorio habitans, *Camerata ſotto il medeſimo padiglione*.
Homoſpōrus, ſimul cum alio ſatus. *Seminato in compagnia*.
Homoſticha, in eodem verſu locata, *Del medeſimo verſo*.
Homoſtorgus, eodem amore proſequens, *Chi ama vgualmente*.
Homoſyncraſis, ſimilis commixtio. Tertul.
Homotechni, qui ſunt eiuſdem artis, *Della medeſima arte*.
Homotimia, æqualitas honorum: homotimi, eiuſdem honoris participes, *Del medeſimo honore*.
Homotitthus, eadem vſus nutrice, *Medeſima nutrice*.
Homotœchus, communem habens parietem, *Chi hà il medeſimo muro*.
Homotōnus, eundem ſemper tenorem ſeruans, æquè tenſus. Vitr. *Del medeſimo tuono*.
Homotrapezi, commenſales, eiuſdem menſæ participes.
Homotrōphus, ſimul educatus, *Alleuato inſieme*.
Homotropus, iſdem vtens moribus, *Di medeſimi coſtumi*.
Homouſius, conſubſtantialis, eiuſdem ſubſtantiæ, *Della medeſima ſoſtanza*.
Homozona, ſigna æqualiter ab æquinoctijs, & ſolſtitijs diſtantia. Scal. ad Man.
Homuncio homunculus, homulus, homullus, paruus homo. *Huomicino, huometto*.
Honorificabilitudinitatibus Hermes gaudet, dixit Fabius irridendi gratia longas dictiones. Alciat.
Honeſto, as, honoro, decoro, honore afficio, *honorare*.
Honeſtamentum, Apul. honeſtitudo, honeſtas, an-

antiq. honeſtas, honeſtum, dignitas, honeſtè.
Honeſtas publicæ iuſtitiæ, conſtitutiones Eccleſiæ factæ propter honeſtatem publicam. L.I.C.
Honor, honos, decus; honorcŭlus, paruus honor.
Honor, Dei ſacrum. Virg.
Honoraria pœna, quam Prætor introducit. Honorarium ius, Prætorium: honorarius arbiter, à Prætore datus, &c. L.i.c.
Honorarij ludi, facti in honorem alicuius Liberalia Honorarij tutores, ludi, tumuli. Lex.i.c.
Honorarium, numus, quod honoris gratia in aliquem conferebatur, vt olim à Decurionibus Conſulibus in prouincijs, & Rectoribus prouinciarum aduenientibus, merces data Iuris conſultis, medico, alijſque loco beneficij. Iun. *Preſento d'vna Città à vn Prencipe, ò donatiuo.*
Honorāti, qui Palatinam dignitatem habent, adminiſtratione abſtinent. Alciat.
Honorāti, qui dignitatibus erant præditi, contra Plebeij. Salm.
Honoripēta, honores appetens, ambitioſus. Apul. *Ambitioſo.*
Honorificum, honorem conferens. Honorificè: honoriger. Tertul. honorem gerens.
Honoro, honeſto, honoribus afficio. Honorare: honorus, decorus, honorificus, *Honorato.* contra, Inhonorus, inglorius, *Diſonorato.*
Honos malus, iniuria, antiq. honos, honor. Honoroſus pluſquam honoratus. Iſid.
Honuſtus, onuſtus, ab honore quaſi honore oneratus. Seru.
Hopia, veneni genus, quod ex inciſis capitibus papauerum, ſucco expreſſo conficitur. Lex. i.c.
Hopiſthophylăces, qui in prælijs terga cuſtodiunt, *Retroguardia.*
Hopiſthotonus. Vide Opiſthotonus, &c.
Hoplitagōgæ, naues milites armatos vehentes.
Hoplites, armatus grauiter, miles, cataphractus, *Soldato tutto armato, corazza.*
Hopliticus ad militem grauis armaturæ pertinens.
Hoplitides, ſtatuæ fœminarum armatæ, *Statue di donne armate.*
Hoplitodromi, p.c. qui armati, in curſu cum aliquo certant, *Soldati armati che combattono in corſo.*
Hoplitopăles, qui armatus luctatur. *Chi lotta armato.*
Hoplitopoĕus, homines ad capienda arma impellens.
Hoplochriſma, arma aurea.
Hoplomachus, p.c. bellator armatus ſcuto potiſſimum, *Soldato tutto armato.* Hoplomachia. *Battaglia di huomini d'arme.*
Hoplophŏrus, armiger, *Chi porta arme.*
Hoploplyia, Pyrrhica ſaltatio, *Moreſcha.* Dalech.
Hoploſcopia, armorum inſpectio, *Riniſta delle armi.*
Hora, diei, & anni pars. Item, iuuentutis Dea. Item, tempus in cuius medio oritur Canicula. XI. dierum, inde ſequitur Opōra. Vide.
Horarium, vnius horæ, *D'vn'hora.* Item, inſtrumentum quoduis diei horas deprehendens, horologium.
Horæum mel, æſtiuum, tempeſtiuum, & cæteri fructus fugaces æſtate collecti. Item, ſalſamentum è pelamide. Horæus, a, um, tempeſtiuus: hora, tempeſtiuitas.
Horæa poma, ad horam quaſi durantia, fugacia, vel ita dicta ab æſtate, & à pulchritudine.
Horæſmus, decoratio ad venuſtatem formæ oſtentandam.
Horcena, ſepta ſpinis communita, Rh. *Serraglio di ſpine.*
Horcinus, thymnus grandior. Cete, maximus. Rh. Item, Ircinus. Vide.
Horciſmus, iuramenti exactio, & obſtrictio: *Obligatione del giuramento.*
Horcius, Iupiter dictus, quod iuramento adhibeatur. Horcus, iuramentum, *Giuramento.*
Horcomoſia, ſacrificia, in quibus fiebant fœdera.
Horcomotes, iuramento aſtrictus, *Obligato con giuramento.*
Horcotæ, legati qui ad exigendum iuſiurandum mittuntur.
Horctum, Forctum, pro bono dicebant. Feſt. Horctos, incluſus, munitus, fortis. Lex. Phil. vnde Hortus.
Horctum, forctum, bonum antiqui dixere. Feſt.
Horcus. Vide, Orcus, horcinus, orcinus.
Horda, forda, vacca prægnans. Taura, ſterilis. Ter. Var. vnde, Hordicidia, dies, quo hoſtiæ granidæ immolatæ. Feſt.
Hordales dies, hordicidia. Vide Horda.
Hordearium, æs, quod pro hordeo equiti perſoluebatur. Feſt. Hordeaceum, ex hordeo *D'orzo.* Hordearius hordeo viuens *Chi viue d'orzo.* Hordeacia, hordeorum fuſiones. Lex. Phil.
Hordearius Rhetor, inflatus, ſordidus, Ciceroni; gracilis, & ſtrigoſus. Suet. Caſaub.
Hordeatio, morbus equorum. Poll.
Hordeia, genus piſcis.
Hordeolus, crithe, apoſtema naſcens in extremitate palpebræ, *Orzaiolo.* Lex.med.
Hordeum, frux nota. *Orzo.* Hordeum diſtichum

Poly-

Polydiſtichum, duos, vel plures ordines habens.

Hordica, hordicidia, hordicalia, ſacra quibus hoſtiæ, ideſt, prægnantes immolabantur.

Horectica, medicamenta, quæ faſtidium auferunt. Lex. med.

Hori, annales. Horus, annus, quia horas continet.

Horia. Vide, Oria, maturitas, vetuſtas.

Horia, horiŏla, nauicula piſcatoria. Plaut. Item, ſtellarum fines. Rh. Oria. Bayf.

Horiſmus, figura, cum definimus aliquam rem noſtræ cauſæ ad vtilitatem, nec contra opinionem.

Horipetæ, qui petunt horas.

Horitator, pro hortator, Enn. ſicut. Induperator, pro Imperator.

Horiſtes, finitor agrorum, menſor, qui limites agrorum conſtituit, *Agrimenſore*.

Horizon, ontis, circulus finitor, & terminans viſum in ſphęrâ.

Hormeſium, gemma igneo colore auro radians. Plin.

Hormeterium, incitamentum. Item, locus, è quo prodimus ad bellum inferendum, & ad quem perfugium habemus, *Piazza d'arme*.

Hormetica, incitandi vim habentia. Horme, impetus, incitatio.

Horminodes, gemma habens circulum aurei coloris.

Horminum, herba folio marrubij, *Saluia traſmarina*. Dioſ.

Hormos, monile corrigia calciamentorum. Hormiſcus, diminut.

Hormŭla, ſtatua ſine manibus. Iſid. Gloſſ.

Hormus, impetus, Epheborum ſaltatio. Rh. Apud.

Hornò, adu. hoc anno, *Di queſt'anno*. Horno curari, ideſt, frugibus, & vino huius anni. Tur. Lucil.

Hornotina, Annotina, huius, vel vnius anni. Hornus, horna, hornum, annuus prouentus. L. I. C.

Hornus, a, um, huius anni. Hornotinum, *Di queſt'anno*. Horno, hoc anno.

Horographus, qui res geſtas deſcribit per quatuor anni tempora, vel Annalium ſcriptor.

Horologium, horarium, horarum ratio, inſtrumentum, quo horæ deſignantur; dictum, & ſciatericum, ſolarium, *Horologio*. Horologetes, horas nuncians, horarum index. Horologicus, qui in horologijs colligit horas, vel pertinens ad horologium. Cath.

Horomonicum vas, clepſydra. Rh. Horomonium horologium.

Horos, terminus, finis cuiusque rei. Vnde, ora, finis, extremitas.

Horoſcopium, inſtrumentum ad horas indagandas. Item, ad natalem horam notandam. Horoſcopia, conſideratio, notatio horarum, & natalis.

Horoſcopus, p. c. omne id, quo horæ notantur: apud Aſtrologos, aſpectus planetarum in ortu cuiuſque dictus, Aſcendens. Horoſcopant, ſignum. Horoſcŏpa vaſa, in quibus horæ monſtrantur. Item, qui hæc notat.

Horoſcŏpo, as, horoſcopum facio. Vnde, Signa horoſcopantia. Manil.

Horothetes, finitor, finium deſignator. Tertul.

Horrea, æ, horreum antiq. Non. Hic rearius, cuſtos horrei, *Guardiano del granaio*.

Horrentia, aborrentia, horror. Tertul. *Horrore*.

Horreum, vbi demeſſę fruges reponuntur, ab hordeo: granarium, à grano: farreum, à farreo: horreum penſile. Iun. *Granaio*. Horreolum, paruum granarium, *Granaietto*. Item, Cimeliarchium. Vide.

Horreo, horreſco, horridus fio, frigeo, vel pauco, *Hauer' horrore, e freddo*. Horridulus aliquantum horridus. Horrificus, ab horrifico, as, horrifer, horriſŏnus, horricŏmus. Horret, corpus. Trepidat, animus, Fronto.

Horreum, repoſitorium rerum diuerſarum vſui humano deſtinatarum. Item, vbi reconditur hordeum, & frumentum.

Horriconus, horrentes comas habens, Apul.

Horridum, deſpicabile, Horrendum, admirandum. Horridus, horribile. Horridum, religioſum.

Horripĭlo, erectos habeo pilos: horripĭlant genæ, cum horridioribus pilis denſantur. Apul.

Horripilatur, horret. Iſid. Gloſſ. Horripilatio, quando pili capitis præ horrore eriguntur. Cath. horror.

Horror, tremor; Vide, Horreo, horridus, horridè, horriditas. Horridŭlus, aliquantum horridus, horribilis.

Horſum, verſus hunc locum, *Verſo quà*.

Hortat, contemplat: hortatur, contemplatur. Plaut. Hortatus, us, hortamen, hortamentum, celeuſma, hortatio, *Eſſortatione*. Symm. Vide, Hortor, hortatiuus, hortationi aptus.

Hortenſe gingiber, pulegium, Martis herba, *Dittamo*.

Hortenſi in lyra, in areola horti.

Hortenſis, hortenſius, quidquid in hortis naſcitur. Hortenſe, ad hortum ſpectans, *Che naſce nell'orto*.

Horti Heſperidum, in obſcœnis. Palm.

Hortŭlio, onis, horti cuſtos. Iſid. Gloſſ. *Hortolano*.

Horti penſiles, ſupra ædificia, & columnas erecti, Adonidis, imaginarij.

Horticolæ, horti habitatores. Pap. *Hortolani*.

Hortor,

Hortor, aris, voce ad agendum incito, *Essortare*.
Hortulanus, olitor, *Hortolano*. Hortulana auis, nos, *Hortolano*.
Hortulus, paruus hortus, *Horticello*. Hortus irriguus, &c.
Hortus, i, locus consitus arboribus, & oleribus, olim, villa, *Horto*. Item, in obscœnis. Lips. quasi Horctus, munitus, Vide, Horctum.
Horula, parua hora, *Horina*.
Horunc, horunce, pro horum. Plaut.
Horus, qui primus horas adinuenit. Cath.
Horuspex, horuspicus, qui horas inspicit. Cath. *Chi guarda l'hore*.
Hosa, caliga solubilis corrigijs retenta, Vuarnefridus.
Hosanna, salutem affer, acclamatio Hebraica. Lex. Lhilol. Vide, Osanna.
Hosij, Pontifices Delphis. Hositer, qui hostiam immolabat, Aphetor, qui edebat oraculum. Alex. ab Alex.
Hosnum, lignum. Sup. *Legno*.
Hospes, tàm qui excipit, quàm qui excipitur hospitio, peregrinus, *Albergatore, forastiero*.
Hospita, quæ hospitio excipit, aut excipitur, *Hostiera*. Item, peregrina, *Forastiera*. Hospitus, peregrinus.
Hospicatur, suspicatur. Diom.
Hospitale, hospitium, domus gratis excipiens hospites, *Hospitio, alloggio*. Hospitiolum, paruum hospitium, *Hospitietto*.
Hospitalis, quod est hospitis; seu ad hospitem spectans.
Hospitalitas, benignitas, in excipiendis hospitibus, *Hospitalità*. Hospitaliter, adu.
Hospitatura, hospitis recipiendi cura. L. I. C.
Hospiticida, qui occidit hospites. Hospitarius, hospitaria, custos hospitij. Hospitalarius. Cath. *Spedaliero*. Hospitabilis, qui libenter hospitatur.
Hospitium, domus gratis excipiens hospites, *Hospitio, alloggio*.
Hospitiolum, paruum hospitium, *Alloggiamento picciolo*.
Hospitor, āris, amicè in hospitium excipio, *Alloggiare*.
Hostimi, Arrhines, sine naribus, simi. Lex. Philol.
Hostem, hospitem, inimicum perduellem dictum antiquis. Enn.
Hostenditiæ, adiutorium datum à vasallis dominis euntibus contra hostes. Lex. i. c. Vide Ostenditiæ.
Hostia, sacrificium factum ab ijs, qui in hostem pergunt; victimæ post victoriam: sed confunduntur. Seru. *Hostia, vittima*.
Hostiarium, lignum æquatorium, quo sextarius æquatur. Glos. A. L. hostorium, melius, *Randa*.
Hostiatus, hostijs, siue sacrificijs onustus.
Hosticapax, inimica, hostilis, *Pace inimica*.
Hosticăpa, hostium captor. Hosticinda, Cath.
Hosticida, qui hostem occidit, *Ammazzatore dell'inimico*.
Hosticolum, hosticum, hostium locus. Glos. Hosticolus, habitans inter hostes, *Chi habita frà gl'inimici*.
Hosticus, hostilis, pertinens ad hostem, *Da inimico*. Hostiliter, in morem hostium, *Da inimico*.
Hostilij, Lares dicti, quod ab ijs arceri putabantur hostes.
Hostimentum, æquamentum, compensatio beneficij, *Agguagliamento*. Fest. Enn. lapis, quo exæquantur pondera. Pap.
Hostilitas, inimicitia.
Hostio, is, æquum reddo, compenso, *Compensare*. Item, fereo, offendo, retundo. Pac. Non.
Hostita, æquata, *Pareggiate*.
Hostire, recedere, defendere, æqua reddere.
Hostis, aduersarius cum quo publicè bellum geritur, *Inimico*. Item, peregrinus, olim hospes. Cerda.
Hostitor, ianitor, portitor. Isid. Glos. *Portinaro*.
Hostorium, Radius, lignum, siue radius, quo æquatur frumentum in modio, *Rando, ò bastone da radere il grano*.
Hostus, mensura in re olearia, tantum olei quantum ex vno facto conficitur. Factus, quod vno tempore conficitur. Varro. Vide, Factus olei.

H S

Hs, numismatis typus. Iun. sestertius.

H V

Hu, olfacientis gestus.
Huber, fœcundus, *Fruttifero*. Huber, ris, mamma, *Tetta*. Hubertas, abundantia. Hubertim, abundanter. Huberius, huberrimè. Hubero, as, fœcundum facio, *Far fecondo, e fertile*. Huberare, exhuberare, fœcundum esse.
Hubertus, abundans, *Abbondante, fertile*. Gell.
Hubiola, lupulus salictarius, vox Germ. Lex. Philol.
Huccine? huc ne? Huiusce, huiusmodi, huiuscemodi.
Hudum, sudum, quasi humidum, *Humido*.
Hui, interiectio admirantis.
Hulcus, Vide, Vlcus, Vlcusculum, melius cum H. Aldus, *Piaga*.
Humanitas, benignitas. Humanus, benignus. Humanè, humaniter, humanitus, *Benignamente*. Item, studium bonarum litterarum, Pœdia. Vide.
Hulula, Vide Vlula.
Humanitas, philanthropia, *Cortesia*. Item, cibus, potusque humanitati sufficiens, Cod. ll. antiq. Item,

Item, pędia, philologia, *Belle lettere*.
Humanitus, humano more, humaniter.
Humano, as, humanitate induo. Humanatio, incarnatio.
Humanus, benignus: humanè, humaniter, humano modo, *Cortesemente*.
Humarium, sacrificij genus.
Humatio, sepultura.
Humator, sepultor.
Humecto, humidum facio, *Bagnare*. Humectus, humidus, *Humido*. Humectè, adu. Var. *Humidamente*. Humectissimus, Macr. *Bagnatissimo*. Humens vmbra, aurora.
Humeo, es, humidus fio, humesco, *Inhumidirsi, bagnarsi*. Humectum.
Humerale, humerorum tegmen. Ephod. Humerosus; altos habens humeros, *Alto di spalle*.
Humerāle, arma quibus humeri teguntur. L. i. c.
Humĕrus, ri, pars, à qua pendent brachia, *Spalla*.
Humi in gumo, super humum.
Humidum, quod extrinsecus habet aliquid humoris. Vuidum, intrinsecus. Seru. *Humido*.
Humifer, humificus, humectans, *Che bagna*. Humigare, humectare, humidare: humidulus: humido, as, irrigo, *Bagnare*. Sup. humidum.
Humicuba, p. c. scortum, *Meretrice*. Humicubatio, actus humi cubandi.
Humicubæ, sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda. Cerda.
Humilio, as, humilem facio. Humilitas, humiliter, humilis, humile, abiectum, *Vile*.
Humilis, breuis, non altus, abiectus, contemptus.
Humilitudo, humiliatio. Sup. Humilitas, *Humiliatione*.
Humipes, sponsa dicta, quòd rhedâ non veheretur. Poll.
Humipĕta, humum petens. Bud.
Humo, as, sepelio, humo contego, *Sepellire, sotterrare*.
Humor, ōris, aqua, *Humore*.
Humorōsus, humidus, Innoc. *Humoroso*.
Humus, humo. antiq. Varro. Humus, terra humida. Humicŭba, scortum. Humistrata, recubitoria, scamna conuiualia. Poll. Humicubatio, *Dormir' in terra*.
Hurpices, Vrpices. Vide, Irpices.
Husо, piscis. Lex. Philol.

H Y

Hyacinthus, flos notus. Vacinium, Latinis. Item, lapis pretiosus, gemma cærulei coloris. Item, pars domus, vbi hyematur.
Hyacinthia, orum, festa nocturna in honorem Hyacinthi. Hyacinthĭnus, p. c. color purpureus. Hyacinthizon, lapis Indicus hyacinthum referens. Isid.
Hyades, stellæ septem, in capite, aut fronte tauri. Sucŭlæ, quod sint pluuiæ, & succo, seu pluuia plenæ.
Hyæna, animal ferum sermonem humanum simulans, lupo persimilis.
Hyænia, gemma, ex oculis Hyænæ. Plin.
Hyalus, p. c. vitrum, & color viridis vitreus.
Hyalurgus, vitrearius, *Vetraro*. Hyalinus, color varius, & vitreus.
Hyalothēca, officina vitrearia, *Bottega di vetri*.
Hyaloides, humor oculi medius vitreus, hyalinus, dictus. Lex. med.
Hyaloma, p. p. vitium in oculis equorum.
Hyalon, adeps suillus. Onom. med.
Hyanche, angina porcina, qua infestantur sues. Item, cum tumor exteriores partes faucium occupat.
Hyantea aqua, Hyppocrenea. Turn.
Hyas, Vide Hyades.
Hyatuli, hiatuli, synodontes, quorum venter in ore est, quod accidit laborantibus extremâ fame. Lex. med.
Hyberna, hybernacula, castra hyberna, vbi milites, & familiares hyberno tempore commorantur, *Guarnigione, luoghi da suernare*.
Hybernare, hyberno tempore commorari, *Inuernare*. Hybernum, ad hyemem spectans, *All'inuerno*.
Hybi, Cyrti, gibbi quorum signa extrorsum: cyphi, *Lordi*. Introrsum regibbi: scolioſi, cum spina in obliquum vertitur, obliqui, *Gobbi*. Manar.
Hyblæum, ab Hybla vrbe Siciliæ.
Hyboma, curuatura, gibbositas, *Gobba*. Lex. med. Hybos, qui collum habet obtortum. Onom. med. Hybosis, talis morbus, *Gobba*.
Hybridæ, quos adulteria gignunt, & incestus.
Hybris, hybrida. Ibrida, contumelioſa iniuria, ſus, & canis è diuerſo parente prognatus, fero, & domestico. Item, auis nocturna pugnans cum aquila, *Nato di saluatico, e domestico*. Item, qui natus è ciue, & peregrino.
Hybris, contumelia; vnde hybridæ, quasi per contumeliam nati.
Hybrystes, conuiciator, *Calunniatore*.
Hybristicus, pronus ad iniuriam faciendam, *Inclinato à far' ingiuria*. Hybristica, festa Argiuarum mulierum in maritos irruentium contumeliosè.
Hybristodicæ, qui criminum reos in iudicium protrahere nollent.
Hycca, piscis, Athen. Lex. Philol.
Hychthya, chirurgicum instrumentum ancllendis ex vtero embryjs. Rh.
Hydaticon signum, indicium futuræ pluuiæ. Hydaticum, ad aquam pertinens.
Hydatides, hydatidæ, vesicæ aquâ plenæ, & humidi-

miditates circa corpora vnctuosa,& viscosa adnascentes. Lex.Med.

Hydatismus, sonus veluti aquæ inclusæ.

Hydatochöla, excrementa permixta bile aquosa.

Hydatochroa,aqueo colore prædita,*Acquarella, colore*.

Hydatōdes,vinum quod multa aqua dilui potest. Lex.med. aut reuera dilutum,*Acquarello*.

Hydatotröphus, aquâ nutritus, *Nodrito d'acqua*.

Hydera,pro Hydra, natrix,Turn.

Hyderica, corpora plurimo aqueo humore referta.

Hyderici,hydropici, vtricularij.Lex.m.

Hyderos, hydros, aqua intercus, Hydropisis species aqueæ,Anasarca dicitur. Lex.med.

Hydor,aqua,mare, *Acqua*. Vnde compositæ.

Hydra, hydrus, serpens aqueus. Item, Lernæa multorum capitum, ab Hercule domita.

Hydragiologia, tractatus de aqua benedictâ: hydragiologus, de eâ tractans.

Hydragōga, medicamenta quasi Aquagia aquam intercutem educentia vtricularijs, & hydropibus. Lex. med.

Hydragogium, aquagium, aquæductus.

Hydragōgus,p.p. aquagius,cui aquæ aduehendæ cura demandata.

Hydrargyrum, argentum aqueum, viuum, aquæ modo fluens.

Hydraulax, sulcus aquarius, *Solco d'acqua*.

Hydraulæ,machinæ, quæ vi aquæ non hominum calcaturâ versantur.Philand.Vitr.

Hydraules, hydraula, qui hydraulico organo canit,ac tibijs aquæ immersis,hydraulicum organum. Item, artifex huius instrumenti.

Hydraulica, Pneumatica.

Hydraulum, organum aqueum. Item, instrumentum extrahendæ aquæ è profundo,machinâ aquam per fistulas educens, *Tromba di pozzi per trar acqua*. Hydrauliticæ machinæ.

Hydrelæum, compositio ex aqua, & oleo, oleum dilutum. Lex.med.

Hydremplastrum,liquidum,fluidum emplastrum, *Empiastro liquido*.

Hydrenterocele,herniæ species, composita ex humore aqueo, cum descendit in scrotum vna cum intestino aquosus humor. Lex.m.

Hydria, vrna ad capiendam aquam, *Vrna di acqua*. Hydriaphorus, qui hydriam gestat.

Hydrinus, p. p. ab hydra serpente, serpentinus. Prud. *D. Serpente*.

Hydroa,papulæ æstiuæ ex sudore. Intertrigines, in pudendis, *Riscaldamento, sobbollito*.

Hydrobaphes, vestis muliebris aquatilis, siue coloris aquæ. Poll.Tiraq.

Hydrocēle, p. p. hernia aquosa circa alterutrum testem Hydrocelicus,hoc morbo laborans.

Hydrocephalea,affectio infantilis,humore aquoso in capite concepto. Rh. Item, dolor capitis ex aqueo humore.

Hydrocephalum, tumor capitis aquosus. Lex.

Hydrocephalus, dolor capitis, aut tumor magnus ex aquoso humore, aut sanguine aqueo prouenens. Lex. med.

Hydrochoon, Aquarius, Vrniger, Nimbifer, signum cœleste, *Acquario*.

Hydrodōcos, aquam excipiens, *Che riceue, o tiene acqua*.

Hydrogarum, garum ex aqua, Lampr. Hydrogarata, hysitia, omentata, Apitij conditura, *Guazzetti*.

Hydrognomones, aquarùm repericndarum periti. Rh. hydrophantæ.

Hydrographia, aquæ descriptio. Geographia, terræ. Cosmographia, mundi.

Hydrolapathum, p. c. lapathum aquaticum.

Hydromantia, per aquam diuinatio. Hydromantes, hydromantici, diuinatores per aquæ inspectionem.

Hydromēli, p.c.aqua mulsa, seu mellita, *Acqua melata*.

Hydromēlum, p. p. potionis genus è malis cotoneis à Græcis dictæ, Mela.

Hydromyla, hydromylus, molendinum, seu mola aquaria,Iun. *Mulino à acqua*.

Hydromphālum, superuacui humoris circa vmbilicum collectio. Hydromphālus, hoc morbo laborans.

Hydromystes,qui aquæ lustrali in vestibulo templi præfectus ineuntes aspergebat. Buleng.

Hydroparastatæ,qui aquam pro vino ad communionem exhibebant.Aquarij. Lex.I.C.

Hydrophanta, qui aliquo loco latentes aquas deprehendit. Hydrophantica ars huiusmodi.

Incubitatus,ſtupratus, prædicatus. Plaut.

Incubatio,Incubitio,Incubitus,us,Incubatus,us, actus incubandi, *Couamento*.

Incudo, is, p. p. cudendo imprimo; vnde, incuſum, *Stampato*. Incudineum ad incudem pertinens.

Inculcare, frequenter proponere, conculcare. Tertul. Inculcator, qui ſæpe inculcat. *Chi repete ſpeſſo*.

Inculco,as,infercio calcando,immitto, *Inſaccare, inualigiare*.

Inculpatus, non culpatus. Item, culpatus, accuſatus. Lex. I. C. Inculpabilis, qui culpari non poteſt.

Incultus,non cultus. Inculte. inornatè.

Incumba, pars pulæ in fornicationibus, cui onus ædificij incumbit, *Impoſta*.

Incumbo,is,innitor, operam do, *Appoggiarſi, attendere*.

Incunabũla,p.c. cunabũla,cunæ,initia,& loca vbi pueri educantur, *Culle*.

Incunctanter,inſtanter. Cath. *Subito*.

Incuratus,p.p. non curatus, *Non guarito*.

Incurro,is,contra aliquem curro, *Correr contra*. In locum curro.

Incuria, negligentia, *Poca cura*. Incurioſus, negligens. Incuriosè, negligenter. Incurius,incurioſus.

Incurſax, crebrò faciens incurſiones. Sidon. curax,à currendo,qui ſæpe currit.

Incurſim, celeriter. Non. Incurſio, occurſatio rerum inter ſe. Incurſus,us, Incurſio, *Correria di ſoldati*.

Incurſo,as,currendo lædo, *Correr ſopra vno*.

Incuruiceruicum, pecus pronum. Incuruiceruicus, qui humeros ſurſum trahit, & contrahit collum. Inſidiator. Poll.

Incurueſco,incuruus fio, *Diuenir torto*. Incuruus, valde curuus, *Torto molto*.

Incuruiſcere, incurueſcere, curuari. Pacu. Incuruo,as, curuum facio, *Torcere*.

Incus, dis, p. p. inſtrumentum fabrorum, ſuper quod ferrum tunditur. Incudineum, ad incudem ſpectans. Intus,antiq. Cath.

Incuſo,mores factumve alicuius reprehendo, *Accuſare*. Incuſatio,expoſtulatio, *Accuſa*.

Incuſus,p. p. *Martellato battuto*. Incuſa mola, *Macina martellata*.

Incuſtoditus, non cuſtoditus, *Non cuſtodito*.

Incurio, is, impingo, cum quodam impetu, *Scuotere,conquaſſare*. Incuſſus,concuſsus, *Conquaſſato*.

Indãgo, inis, indages, inueſtigatio propriè venatorum eſt, *Cercamento, inquiſitione*. Item, ſeries plagarum, & retium ſuper perticas, *Diſteſa di reti*.

Indãgo, as, p. p. venatorum more inquiro, *Cercar la traccia*. Vnde, Indagator, inueſtigator. Indagatrix, *Chi cerca*. Indagatio,inueſtigatio. *Cercamento*. Indaganter, aduer. *Seguendo la traccia*.

Indamnus,indemnis. Sup.

Inde,de loco, *Di là*.

Indebitum, non debitum, non ſolum ſi omnino non debeatur, ſed, & ſi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poteſt. Lex. I. C.

Indebitò, aduer. *Contra il douere*. Indebitari,debitis obſtringi, *Far debiti*. Cod. II. antiq.

Indẽcens, non decens, *Sconueneuole*. Indecenter aduer. *Sconueneuolmente*.

Indẽcet,non decet, *Diſconuenire*.

Indeclinabile, quod non declinatur, & quod non flectitur.

Indeclinatus animus, conſtans, *Che non ſi piega*.

Indecor,ŏris,p.c. *Diſonore*. Indecor,p.c. ŏris,p.p. Indecorum,non decorum, *Diſoneſto*.

Indecorè, aduer. Inhoneſtè, *Diſoneſtamente*. Indecorum,p.p. turpe, *Diſoneſto*.

Indefatigabilis,qui non defatigatur. *Che mai non ſi ſtanca*.

Indefectus,qui non defecit. Apul.

Indefenſus,non defenſus, *Non difeſo*. Indefenſè, adu. indiſtinctè ſine defenſione.

Indefeſſus, indefatigabilis, *Che non ſi ſtanca*. Indefeſsè,adu. *Senza ſtancarſi*.

Indefinitus, non finitus, *Indeterminato*.

Indefletus, non deflectus, *Per cui non ſi è pianto*.

Indeflexus, non inclinatus, *Che non ſi piega*.

Indeiectus,non deiectus, *Non rouinato*.

Indelebile,quod non poteſt deleri, *Che non ſi può caſſare*.

Indelibatus,non delibatus, *Intiero non aſſaggiato*.

Indemnati, qui cauſam non dixerunt.

Indemnatus,non damnatus, *Non dannato*.

Indemnis,indemnus,ſine damno,immunis à damno, *Senza danno*.

Indemnitas, damni vitandi ratio, & immunitas, *Eſſentione di danno, ſaluocondotto*.

Indens,inferens, *Chi mette dentro*; à verbo. Indo, is. Vide.

Indeprauatus,incorruptus, *Non guaſto*.

In-

Indeploratus, cuius mortem nemo deflet. *Chi da niuno è pianto*.
Indeprecabilis, qui nullis precibus potest moueri, *Ostinato che non si può vincer con preghiere*.
Indeprehensibilis, qui deprehendi non potest. *Difficile da intendersi*.
Indeptāre, consequi, vnde. Indepta, adepta. Indepisci, assequi, *Conseguire*. Vide, Indipiscor, Indepto, as, consequor. Fest.
Indepsere, acquirere, inuadere; vnde, Indeptus, acquisitus, ab Indipiscor, *Per acquistare*.
Indefertus, qui nunquam deseritur, *Che mai non s'abbandona*.
Indefes, impiger, *Valente*.
Indefinenter, sine intermissione, *Continuamente*. Indefinens, non desinens.
Indetonsus, non tonsus, *Non tosato*.
Indeuotio, indeuotus, non pius, Iustin. *Poco deuoto*. Vide deuotio.
Index, cis, qui aliquid indicat. Item, digitus secundus manus. Item, Index libri, seu Apographa, catalogus, matricula, elenchus, syllabus, epigraphe. Iun. *Indice*.
Indicatio, indicatura, æstimatio. Indicatiuum, id quo aliquid indicatur.
Indicina, Indicinum, delatio criminis, Apul. *Indicio*. Item, signum, vestigium.
Indicinum, præmium indicantium aliquid, *Paga della spia*.
Indicium, detectio & accusatio criminis. Item, huius præmium. Apul.
Indicium, criminis nunciatio. Adminiculum probationis. Item, præmium indici datum: Indicina. Lex. I. C.
Indico, as, p.c. manifesto, palam facio, *Palesare*. Indico, is, p.p. denuncio, significo, *Denunciare*. Indicium. Indiculum.
Indictâ causâ, sine vocatione, & iudicio, *Senza citare*.
Indictio, collecta, collatio, symbola dicta, *Taglia* est nouum superadditum tributum Canon, ordinarium: Oblatio, voluntarium. Buleng.
Indictiones, cum tributa indicebantur aut tributa annonaria rerum. Item, spatium XV. annorum quo finito noua indictio fiebat, hæ à Constantino M. institutæ, sublatis Olympiadibus.
Indictionales, indictiones exigentes. Bud. Alciat. Indictionale, ad indictionem attinens. Lex. Phil.
Indictiuæ feriæ, funus, ad quæ populus vocabatur per præconem. Indictum, publicè pronunciatum. Item, non dictum.
Indictiuum, quod publicè indictum est. Fest.
Indictiuum funus, ad quod populus inuitabatur per præconem. Indictiuus senatus, à Cos. aut Trib. pl. *Intimato*.
Indictum, non dictum, denunciatum.
Indicum, coloris floridi, & medicamenti genus. Dioscor. *Indico*.
Indiculus, paruus index. Item, epistola absque sigillo. Marcel. Indiculum, paruum indicium.
Indidem, ex eâdem parte, *Del medesimo luogo*.
Indifferentia, similitudo, affinitas. Indifferens, res media. Indifferenter, indiscriminatim.
Indigĕna, æ, habitans in eo loco, vbi quis natus est, *Natiuo*. Indigenitus, Indigenitalis, Indigena. Sup.
Indigĕnæ, inde geniti, vt Aborigines, Autochthones, Aduenæ, de vno loco venientes. Conuenæ, è diuersis. Seru.
Indigentia, inopia, *Bisogno*. Indigus, p.c. egenus. Indigeo, es, egeo, *Hauer bisogno*.
Indigestus, confusus. Indigestè, perturbatè, *Disordinatamente*.
Indiges, Roma dicta veteri verbo. Æneas à morte vocatus. Front.
Indigĕtes, Indigītes, p.c. Dij ex hominibus facti, *Santi*. Item, Dij tutelares quorum nomina vulgari non licet. Indigenæ, indegeniti, opici.
Indigĕtes dicti, qui Dij indigetati, cum naturâ homines essent. vel indigenæ, quasi apud nos, & de nostro genere nati. Dij, quibus nomina mutata.
Indigito, as, nomino, indico. Indigitāre, Indigare, nominare, vocare, antiquè, *Chiamare*. Indigitare Deum, Indigetem diuinumque precando reddere.
Indigitamenta, libri Pontificales, vbi Deorum rationes, & ceremoniæ continentur, aut incantamenta. Fest. *Martirologio de santi*.
Indigitamentum, ab indigito. Vnde Indigitamenta, libri Pontificum, in quibus indigitantur nomina indigetum. Item, inuocamenta, vel indicia. Lex. Philol.
Indignor, aris, grauiter fero, *Sdegnarsi*.
Indignans; indignatio: indignabundus, indignans. Indignatio, ira. Indignatiuncula.
Indignus, non dignus, *Indegno*.
Indignitas, improbitas. Sym. *Indignità*.
Indigus, qui re aliquâ indiget, ab Indigeo, es, egeo.
Indiligentius, negligentius. Cæsar. Indiligentia. Indilĭgens, negligens. Indiligenter, negligenter.
Indipiscor, Indipiscor, assequor, peto, vsurpo. Plaut. *Conseguire*. Indeptus. Vide.
Indirectus, incompositus, inornatus.
Indireptus, non direptus, non dilapidatus, *Non saccheggiato*.
Indisciplinātus, malè instituendus, *Scostumato*. Lex. Phil.
Indisciplinōsus, indisciplinatus. Lex. Phil.

Indiſcriminatim, indifferenter, ſine diſcrimine. Var.
Indiſcretus, non differens, indiſtinctus, *Che non ſi può diſcernere*. Indiſcretè, ſine causâ. Indiſcretim, indifferenter.
Indiſertus, non diſertus, *Non eloquente*.
Indiſpoſitè, inordinatè. *Diſordinatamente*.
Indiſſolutus, colligatus non ſolutus. Indiſſolubile, quod ſolui non poteſt.
Inditus, impoſitus; ab, Indo, is, *Poſto dentro*.
Indiuiduus, qui non poteſt diuidi nec ſeparari, *Indiuiduo, che non ſi può ſeparare*.
Indiuiſus, non diuiſus. Indiuiſibile, quod diuidi non poteſt.
Indiuulſa, non conuulſa.
Indo, is, impono, immitto, inditus.
Indocilis, qui doceri non poteſt. Indoctus. Indoctè.
Indolatiles, rudes, non dolati. Sidon.
Indolentia, Indoloria, abſentia doloris. Indoleo, es, valdè doleo. Indoleſcendum, Sidon. Indolorius, ſtupidus carens dolore. Sup.
Indoles, ab indoleſco, incrementum, ſpes in puero, ſignificatio quædam in puero futuræ probitatis, aut malitiæ, *Natura, ingegno*. Generoſitas. Indoles innata vis, quæ ſe creſcendo oſtendit.
Indoletes, qui Indis cladem intulit Bacchus.
Indoletia, Indolentia carentia doloris. Gloſſ.
Indomabile, indomitum. Indomitus, qui domari non poteſt.
Indopleſtæ, in Indiam nauigantes. Indodromi, mercatores in Indiam currentes. Salm.
Indormio, dormio ſupra, vel negligo. Item, in aliquare dormio.
Indorſo, ſupra dorſum pono. Cath. *Metter in ſpalla*.
Indoſtrium, induſtrium, quaſi quicquid ageret, intro ſtrueret. Feſt.
Indotatus, non dotatus, *Senza dote*.
Indu, Endo, intus, *Dentro*. Antiq. Sup. Lucr.
Indubiæ, induuiæ. Iſid.
Indubio, adu. ſine dubio, *Indubitatamente*.
Indubito, diſſido, dubius ſum, *Dubitare*. Indubitatum, indubitabile, certum. Indubitatè, indubitanter, *Indubitatamente*.
Induciæ, Indutiæ, ceſſatio à bello per aliquod tempus inter hoſtes pacta, *Tregue*, Induciale tempus, in bello. Iuſtitium, in pace.
Induco, cis, introduco, *Introdurre*. Inductio, onis. inductus, us, ductio, *Condotta*. Item, argumenti genus.
Inductus, inductio, *Induzione*. Inductus, a, um, abductus, deletus.
Inducula, indumentum, veſtis interior breuior. Cath. *Camicetta*.
Induſorus, ſenatus, quaſi in foro verſans. Enn.
Indugrēdi, ingredi. Lucr. Indu, olim pro, in, vt Induperator, Imperator. Indupeditus, impeditus.
Indulgentia, permiſſio, obſequium, lenitas. Item, relaxatio pœnæ pro culpis debitæ de theſauro Eccleſiæ. Lex. I. C.
Indulgeo, es, obſequor, *Compiacere*. Vnde, Indulgens, obſequens. Indulgentia, obſequium. Indulgenter, adu. obſequenter, *Licentioſamente*.
Indulgentia, erat releuatio tributorum. Debitorum. Item, criminum ſolutio & vinctorum. Vnde noſtræ, indulgentiæ. Buleng.
Indulco, as, indulcoro, as, p.p. dulcem facio, *Indolcire*. Indulcitas, ātis, acerbitas. Cæcil.
Indulgitas, indulgentia, indultum, indultatum, indulgentia. Salmas.
Indulgitate, indulgentiā. Non.
Indultum, indulgentia, lex, ſeu conceſſio priuata. Gonzal.
Indumari, in mari. Lucil. *Nel mare*.
Indumentum, indumen, veſtimentum, *Veſtimento*.
Indumanus iniectio, pro Manus iniectio. Antiq.
Indumina, indumenta. Pap.
Induo, veſtio, *Veſtire*; vnde, Indumentum, veſtimentum.
Indupedire, impedire antiq. Lucr. Induperat. imperat. Sup. Indupeditus, impeditus.
Indūro, as, durum facio. Induro. Indureſco, durus fio, *Indurarſi*.
Induſiarij, veſtiarij. Iſid. Gloſſ. Induſio, as, induo. Cath. *Veſtire*.
Induſium, Induſiamen, intuſium, ſubucula. Induſiata veſtis, intus induta, *Camiciola*. Induſiarius, qui conficit induſia. Induſior, āris, induor, veſtior, *veſtirſi*.
Induſſarum, abundans. Sup.
Induſtriare, docere. Iſid. Gloſſ. Pap.
Induſtrioſus, induſtrius, diligens, aſſiduus, ingenioſus, *Induſtrioſo*. Induſtriè, ingeniosè. Induſtria, æ, ingenium.
Induuiæ, indumenta. Cath. Iſid. Gloſſ. tunicæ ſerpentium ab induendo. Exuuiæ, ab exuendo, dictæ.
Induuium, cortex arboris, quo induitur. Induuiari exuuijs, veſtibus indui. Capella.
Indyſtria, pro induſtria. Gloſſ. Salmas.
Ineber, quaſi inhiber, ab inhibendo, vnde Inebræ. Vide.
Inebræ, aues, quæ in augurijs aliquid fieri prohibent. Inebria, enim omnia dicta, quæ tardant, vel morantur agentem. Feſt. Inebra, enebra. Scal.
Inebrio, ebrium facio, *Imbriacare*. Inebrior, ebrius fio, *Imbriacarſi*.
Inedax, parū comedens. Sup. *Non molto mangione*.

Inedia,

Inedia, fames, & tempus, quo quis ab edendo abſtinet, *Fame, digiuno*.
Inefficax, debilis, *Senza forza, ò virtù*.
Ineffigiātum, informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem.
Ineffugibilis, ineuitabilis. Apul.
Inelaboratū, non laboratum, *Fatto ſenza fatica*.
Inelēgans, non elegans, *Non polito, non ornato*. Ineleganter, *Senza gratia*.
Ineluctabile, quod vitari, aut vinci non poteſt nec luctā ſuperari, *Che non ſi può ſchifar, ne vincere*.
Inemendabile, quod non poteſt emendari, *Incorrigibile*.
Inemorior, immorior, in re aliquā morior; *Morir in qualche impreſa*.
Inemptus, non emptus. *Non comprato*.
Inenarrabile, quod narrari non poteſt. *Che non ſi può narrare*.
Inenodabile, inextricabile, *Che non ſi può ſnodare*.
Inenormis, non enormis. Apul. *Non diſorbitante*.
Inco, is, ingredior, *Entrar dentro*. Initus, us, initio, onis, ingreſſus. Inito, as, frequenter ineo, *Entrarſi ſpeſſo*.
Ineopte, in eo ipſo. Feſt. *Nell'iſteſſo*.
Ineptio, is, facio, aut dico, neque loco, neque tempori opportuna, *Dire, ò fare coſe ſconcie*. Vnde. Ineptiæ, arum, *Gofferie*. Ineptitudo, Ineptia, Ineptiŏla, parua ineptia. Ineptè adu. *Goffamēte*.
Inergia, energia, Inerguminus, pro. Energumēnus, *Spiritato*. Cath. Inergumēna, Dæmonia. Pap.
Inequitare, inequito, as, non equito. Item, equito. Inequitabile, *Che non ſi può caualcare*.
Inermis, Inermus, qui ſine armis, *Diſarmato*.
Inermo, as, armis ſpolio, *Diſarmare*. Feſt. Inermatus, inermis, *Diſarmato*. Gloſs. Inermari, in armis eſſe. Inermus, inermis.
Inerro, in loco erro, *Vagare in qualche luogo*. Inerrans, non errans, immobilis: qui vagatur. Item.
Iners, tis, piger, ſine arte, *Senz'arte dapoco*. Inertiâ, pigritia, *Dapocaggine*.
Inerticŭla, vitis ferens vinum innoxium neruis, & iners, nullarum virium.
Inerticus, iners, grauis. Cath.
Inertioſus, piger. Pap. *Pigro*.
Inertitudo, inertia, ignorantia artis. Sup. *Pigritia, dapocaggine*.
Ineruditus, non eruditus, Ineruditè. Ineruditio, inſcitia.
Ineruum, incatenatum. Pap. ineruāre, eneruare. Salmas.
Ineſcatio, illectio. Ineſco, as, illicio, eſcâ decipio, *Adeſcare*.
Ineſis, iners, ſegnis, piger. Iſid. Gloſs. *Pigro*.
Ineuitabile, quod vitari non poteſt, *Che non ſi può ſchiuare*.
Ineuolutus, non irreuolutus, non explicatus, non lectus. Turn.
Inexaturabile, inſatiabile, *Che non ſi può ſatiare*.
Inexcogitātum, non cogitatum, *Impenſato*.
Inexcultum, non cultum, *Non ornato*.
Inexcuſabile, non excuſabile. *Ineſcuſabile*.
Inexercitus, inexercitatus, *Non exercitato*.
Inexhauſtus, qui exhauriri non poteſt, *Che non ſi può votare*.
Inexorabile, quod exorari non poteſt, *Che non s'inchina à preghi*.
Inexperrectus, non experrectus, *Non ſuegliato*.
Inexpertus, non expertus, *Non auezzo*.
Inexpiabile, quod expiari non poteſt, *Che non ſi può purgare, ò lauare*.
Inexplebile, quod expleri non poteſt. Inexpletum, *Non ancor finito*.
Inexploratum, non exploratum, *Incognito*. Inexploratè, inexploratò, adu. *Senza riguardo*.
Inexputabile, ſine numero, infinitum, *Che non ſi può annouerare*, Colum.
Inextinctum, non extinctum, *Che non s'eſtingue*.
Inexterminabile, quod exterminari nequit.
Inextinguibile, quod extingui non poteſt.
Inextirpabile, quod extirpari non poteſt, *Che non ſi può diradicare*.
Inextricabile, quod extricari non poteſt. Vnde, Inextricabilis error, labyrinthus, *Che non ſi può ſciolgere*.
Inextricata margarita, filo traiecta, *Infilzata*. Contra, Extricata, *Sfilzata*.
Infăber, inartificioſus, *Senza arte*. Infabrè, p.c. non affabrè, fœdè, *Senza artificio*. Contra. Fabrè. Vide.
Infabricatum, non fabricatum, *Non lauorato*.
Infæcatum, fæce conſpurcatum. Tertul. Infæcare, fæce conſpurcare.
Infacetiæ, inurbanitates, *Detti ſenza gratie*. Infacetè, inurbanè, *Senza gratia*.
Infacundia. Infacundus, parum eloquens, *Poco eloquente*.
Infamo, as, p.p. infamiâ noto, *Infamare*. Vnde, Infamia, probrum, ex ſermone multorum natum.
Infamatus, infamiâ notatus. Infames, proſciſſi, *Infami*. Gell.
Infames materiæ, inopinabiles. Gorr.
Infandum, quod dici non poteſt. Infandificus, qui facit infandâ, Infandus, Nefandus, Nefarius, Lucil.
Infans, tis, qui fari non poteſt; *Chi non può parlare; putto*. Item, infandum. Lips.
Infantaria, puerpera, *Donna di parto, ò grauida*. Item, quę infantem nutrit. Geraria, quę geſtat.

Infan-

Infantia, primus ætatis gradus intra septennium.

Infantile, quod est infantis, *Cosa attenente al fanciullo*.

Infanticidium, cædes infantum, *Strage di fanciulli*. Tertul. Infanticida, Herodes qui occidit infantes.

Infantiosus, plenus infantiâ, *Pieno di fanciullezza*.

Infanto, as, tanquam infantem nutrio.

Infarcio, is, impleo, inculco, *Empire*, *infaccare*. Infarcire verba, inculcare, & sine ordine inferre. Infarctus, us. Lips.

Infantulus, infantiŏlus, fanticulus, paruus infans, *Fanciulletto*.

Infaria, non fatua Isid. Gloss. melius, Infatua, *Non matta*.

Infarctura, Infarctio, Infarcimentum, infarcinatio, farctura, *Riempitura*, *imbottito*. Item, puls cœmentitia quâ parietes infarciuntur.

Infartum, impletum, *Infaccato*. Infarsum, ab, infercio. Tertul.

Infas, infans, infantulus. Iun. *Fanciullo*.

Infascinabilis, qui fascinari non potest. Lex. Cyrilli.

Infatuæ, fandi impotens, *Che non può parlare*.

Infatuare, fatuum reddere, & stultum, *Impazzare*.

Infatuus, non fatuus. Pap. *Non matto*.

Infatuatæ mulieres, Faunorum ludibrijs agitatæ. Dæmoniacæ, *Spiritate*.

Infaustè, infeliciter: infaustus, infortunatus, *Sfornato*.

Infe, incipe dicere. Infit, incipit, Gloss. *Cominciare*.

Infector, ōris, qui lanas imbuit, aut aliquo colore tingit, tinctor. Infectorculus, dimin.

Infectum, tinctum, non factum, *Tinto non fatto*. Infectum argentum, non signatum, *Non comato*.

Infectus, us, tinctura.

Infelicitor, infelix fio. Apul. Infelicitas. Infelix. Infelicare, affligere. Isid. Gloss. Infelicitare, infelicem reddere, Cæcil. *Far infelice*.

Infelixent, Infelicent, Infelicitent, è medio tollant. B. Vulc.

Infendere, increscere. Valde offendere. Cath.

Infendere, infindere. Infendo, defendo. Infenditor, defensor, Gloss. Lex. Phil.

Infenditor, defensor, patronus. Sup.

Infensè, inimicè, & amplius. *Inimichevolmente*.

Infenso, as, infensare, infensum habere, *Hauer per inimico*. Item, infestare. Tacit. Infensus, iratus aliis, plus, quàm inimicus, malè volens.

Infer, infra. Super, supra, antiq. Cato.

Inferenda, inlatio, tributi genus. Inferrendales vaccæ, quæ singulis annis inferebantur.

Infercio, repleo; Infarcio. Vide.

Inferi, Manes. Dii inferni. Inferæ aues, præpetes, inferiora petentes. Scal.

Inferiæ, ārum, sacrificia, quæ Diis Manibus inferebantur. *Mortorij*, *essequie*.

Inferilia, infernalia, subterranea. Sup. Inferi, qui infra alios siti sunt. Manes.

Inferium, inferum, vinum, intactum, quod eripitur ex humanis vsibus, & seruit sacrificio mortuorum. Arnob. vel quod in sacrificando infra pateræ labrum inferebant. Vel infra pateræ labrum libabatur. Fest. Inferium animal, intactum.

Infermito, farinam subigo, *Impastare la farina*.

Infernas, atis, ex infero loco: Supernas, è supero, aut qui inferum aut superum locum colit. Infernè.

Infernates, qui ex infero mari Thusco. Supernates, qui è supero Adriatico.

Infernus, locus interorum, *Inferno*. Item, qui infra nos est. Supernus, qui supra. Infernalis, ex inferno. Infernale, ad infernum spectans.

Infero, in locum fero, propriè de mortuis vt, Effero. Vnde Inferiæ.

Infertilia, fercula, missus. Buleng.

Infertor, structor, qui dapes infert, aut apponit. Lex. Phil. Item, qui illata carpit. vet. interp. Buleng.

Infertum vinum, quod altari offertur, aut libatur. Cath. Isid.

Inferueo, es, calesco, *Riscaldarsi*. Inferuefacio, caleo, calefacio, *Riscaldare*.

Infer, vicinus qui est infra te, super qui supra. Cato. Lex. Phil.

Inferus Deus, inferorum, infernus. Cath.

Infessus, non fassus. Cath. fortasse, non fessus, *Non stanco*.

Infestiuiter, illepidè. Infestiuus, infacetus, *Rustico*, *senza gratia*.

Infesto, as, diuexo, molesto, *Molestare*, *dar fastidio*.

Infestuminare, mare latrocinando infestare. Antiq.

Infestus, inimicus, iratus, *Inimico odioso*. Infestatio, molestatio, *Molestia*. Infestè, noxiè, *Con animo di nuocer*.

Infestus, qui malum infert & cui malum infertur. Gell.

Infibulatio, subligatio, *Affibbiamento*. Hæc fiebat, vel vocis seruandæ gratiâ, quæ à coitu mutatur, vel valetudinis. Diffibulatio, contra; refibulatio.

Infibu-

Infibulo, as, fibulis subligo, *Allacciare, affibbiare.*
Inficiare, negare. Inficiabile, negabile, Inficialis status, cum negantur obiecta. Inficiatio, negatio. Sup. Inficias ire, *Negare.*
Inficiatores, falsi criminis obiectores. Item, qui negant debitum aut crimen obiectum. Cic.
Inficere, tingere, maculare, *Tingere.* Inficio, is, p.c. Infectus, us. tinctura. Infectores, tinctores, *Tintori.* Inficio, is.
Inficetè, infacetè. Inficetissimè, spurcissimè. Solu. Inficetus, non facetus, rudis. Lex. Phil.
Infictum, infixum. Sidon.
Inficiæ, negationes.
Inficior, aris, abnego, *Negare.* Infitior.
Inficias ire, Inficiari, negare, non fateri. Lex. Phil.
Inficiatio, infitiatio, negatio. Lex. Phil.
Inficiator, qui negat se debere quod petitur.
Infidia, perfidia. Sup. Infidus, p.p. non fidus. Infidelis, qui promissis non stat. Infideliter. Infide, p.p. perfidè. p.c. *Perfidamente, pertinacemente.*
Infidibulum, instrumentum rusticum, cui infiguntur vasa angusti oris. Infundibulum. Turn. Cato. *Imbuto.*
Infiduciare, impignerare. Isid. Glos. pignori dare, obligare. Cod. ll. antiq.
Infigo, is, p.p. intus figo, *Ficcar dentro.* Infixus, insitus, *Piantare dentro.*
Infilare, amicire, velare; vnde, Infula. Vide, contra Exfilare. Vide.
Infimo, as, infimum reddo, deprimo, *Abbassare.* Infimates. p.p. infimæ sortis homines, *Di bassa conditione.* Contra, Summates.
Infimus, p.c. qui est infimo loco. Vltimo. Contra, Supremus, *Primo, ò sopra gl'altri.* Infimus, p.p. dicimus. Vide, Inst.
Infindo, is, findendo incido, p.p. *Fendere*, Item, intercipio, insero, interpono, Fest. *Interporre.* Trunco infisso arboris surculum insero.
Infinibilis, infinitus. Sup.
Infinitio, infinitas, infinitè, infinitè. Infinitivus modus.
Infirmaria fratrum, nosocomium, Petrus. Gellen. *Infermeria.*
Infirmare, debilitare. *Indebolire.* Vnde. infirmus, debilis.
Infirmitas, debilitas ex morbo, aut senio, *Debolezza.*
Infirmatio, confutatio, refutatio.
Infirmè, debiliter, *Debolmente.*
Infirmatus, debilitatus, *Indebolito.* Infirmus, non firmus, debilis.
Infiscor, applicor fisco regio. Flodoar. Infiscatum, confiscatum. Infiscare, in fiscum mittere. Cath.
Infit, incipit, inquit. Fest. Lucr. infimus, p.p. dicimus, ab infio, inusit.
Infiteri, non fateri, negare. Pap. *Negare.*
Infitiari, creditum fraudare. Infitior, vide. Inficior. Infitialis status, quo infitiamur obiecta.
Inflammatio, phlegmone, tumor præternaturam collectus calidus cum rubore prominens. Iun.
Inflammo, as, incendo, *Infiammare.* Item, vehementer appeto.
Inflatio, tensio inanium corporis spatiorum è flatuoso spiritu. Iun. *Gonfiamento.*
Inflecto, curuo, flecto, *Piegare.*
Inflectus, non flectus, *Non piante.*
Inflexibile, quod flecti nequit, *Che non si piega.* Inflexus, curuus.
Inflexio, inflexus, us, incuruatio, *Piegamento.*
Infligo, is, infero ictum, incutio, *Percuotere, dar colpi.*
Inflo, as, turgefacio, *Gonfiare.* Inflatus, superbus. Inflatus, us, instinctus, afflatus, *Gonfiamento.*
Influctuat, æstuat, fatigatur.
Influo, is, illabor, intro fluo, *Scorrere, inondare dentro.* Influentia, æ.
Infodio, is, terrâ obruo, humi defodio, *Cauare, sotterrare.*
Infœcunditas, sterilitas. Infœcundus, sterilis. Infœcundè, steriliter, *Sterilità.*
Infœlicitat, miserum facit. Infœlix, miser. Infœlicitas, Infœliciter.
Informatio, rudis forma ab artifice, *Informatione.*
Informe, sine formâ, turpe, *Sformato senza forma.* Informis, deformis, *Deforme.*
Informo, as, formam induco, instruo, *Informare.*
Informaceus, formarius paries, qui duabus tabulis circundatis, tanquam in formam infercitur. Pont.
Informo, rem aliquam inchoo, nec omnino perficio, & impolitum do.
Inforo, as, p.c. in foro traduco, fabulam facio, diuulgo, *Far fauola del volgo.* Sic, Incomitiare, per comitium diuulgare. Item, inforare, intus, forare, *Forar dentro.*
Infortiatum, vox barbara, ita inscriptus tomus secundus Digestorum. Alciat.
Inforciatum, quasi infercitum digestum inter vetus & nouum H. Vulteius.
Infortunare, infortunatum facere. Infortunitas, calamitas. Gell. Infortunium, aduersitas.
Infra, deorsum. *Da basso.* Contra, supra.

Infra-

Infractus, valdè fractus. Item, non fractus, ſtabilis, inconcuſsus. Infractio, ruptura, torpor. Animus infractus. Res infracta.

Infrænare, frænum imponere. Infrænus, infrænis, infrænatus, non frenatus, ſine fræno.

Infragilis, firmus, non fragilis, *Saldo*.

Infremo, is, p.c. fremo. *Fremere*.

Infrendeo, es, dentes iraſcendo concutio, dentibus ſtrideo. Infrendens, inter ſe comprimens dentes, *Stringere i denti per rabbia*.

Infrenedes, pueri ſine dentibus, qui frendere non poſſunt.

Infrĕquens, parum frequentatus, *Non frequentato*. Infrequentia, raritas.

Infrequentatus, frequenter non vſurpatus, Infrequentia, raritas, paucitas. Sidon. *Scarſità*.

Infrico, as, fricando contundo.

Infrigo, is, p.p. ſimul frigo in patellâ, aut alio inſtrumento, *Friggere inſieme*.

Infriatum; vide. Infrio.

Infringo, frango, corrumpo, *Rompere, ſpezzare*.

Infrio, as, rem friatim minutatim digitis imminuo, *Tritolare, ſminuzzare*. Infriata, minutatim inſperſa, *Sminuzzate, eſparſe*. Depſo, dicitur de cerâ. Vide.

Infronitus, Infrunitus; vide, quaſi ſine phronēſi; ſeu ſapientiâ, inſipiens.

Infrons, ondis, ſine fronde, *Sfrondato*. Ouid. Infrons, tis, ſine fronte, *Sfrontato*.

Infrontatè, impudenter, *Sfrontatamente*. Salmas.

Infudibulum, infundibulum. Vide.

Infrunitus, inſipiens, ſtolidus, nullius vſus. Infrunitè, imprudenter. Voc. Eccl. quaſi ſine numine. Vide. Frumen.

Infuco, as, p. p. fucō tingo, fallaciam ſtruo, *Imbellettare*.

Infucātus, tinctus, *Imbelletato*. Item, ſyncerus ſine fuco, *Sincero*.

Infŭla, æ, p.c. faſcia in modum diadematis, à quâ dependent vittæ ab vtráque parte, *Mitra*. Infulare, amicire, vincire. Iſid.

Infulatus, infulâ ornatus. Antiſtes. Infulat, propiciat. Iſid. Gloſſ.

Infulcīre, ingerere, *Imbottire*. Suet.

Infūmo, as, ad fumum ſicco, deprimo, in fumum facio. Apul. *Affumicare, ſeccar al fumo*.

Infumibulum, ſpiraculum, per quod fumus exit. *Camino, ciminea*.

Infundibulum, inſtrumentum per quod liquores in vaſa infunduntur, *Imbuto*, Infundere, ab infundo.

Infundo, is, introfundo, *Gettar dentro*. Macero.

•Infurnibulum, pala quâ panes in furno diſponuntur, *Pala del forno*.

•Infūrno, as, in furnum immitto. *Infornare*.

Infuruare, infuſcare, furuum facere, *Annegrire*.

Infuſare, fuſo inuoluere. Cath. *Infuſare*.

Infuſcare, fuſcum reddere, inquinare, *Offuſcare*. Infuſcare vinum, aquâ perfundere. Infuſcus, fuſcus. Colum, *Foſco*.

Infuſio, maceratio, dilutum.

Infuſorium, fuſorium, vas in quo aliquid funditur. Infuſio, onis. Infuſus, us, aſperſio, *Verſamento*.

Ingelabile, quod gelari non poteſt. Gell. Ingelidus, non gelidus. Apoll. *Che non ſi può gelare*.

Ingemino, as, geminum facio, *Raddoppiare*.

Ingemiſco, ingemo, p.c. vehementer gemo, *Gemere*. Ingemoſitas, gemitus priuatio. Næu. Gloſſ.vett.

Ingenero, p.c. gignendo inſero, *Ingenerare*.

Ingeniari, ingenio laborare. Plaut. Ingenia, machinæ, *Ingegni*. Nouar. Vnde, *Ingegniero*.

Ingeniatus, ingenuatus, ingenuè educatus, *Alleuato nobilmente*.

Ingeniculo, in genu procumbo, aut genu inclino.

Ingeniculari, genua flectere, *Inginocchiarſi*. Ingeniculare, in obſcœnis. Ingeniculans.

Ingeniculus, Engonaſis, Herculis ſignum cœleſte dextro genu nixi. Ingeniculatus, qui genua flexit, *Inginocchiato*.

•Ingenium, indoles, & natura, *Ingegno, natura*. Ingenioſus, acutus, *Ingegnioſo*. Ingeniosè, acutè.

Ingeno, ingigno, antique, Lucr. Ingenerari, innaſci. Ingenerascere. Lucr.

Ingens, valde magnus, quaſi incens, extra cenſum, & vulgus. Cerda, *Grande*.

Ingenuatus, ingenuis moribus dotatus, *Di coſtumi ingenui*.

Ingenuus, qui in libertate natus. Ex legitimo matrimonio ſuſceptus. Ingenuè, liberè, ſimpliciter. Ingenuitas, libertas, honeſtas.

Inger, ingere. Gloſſ.ab, Ingero.

Ingero, is, p.c. importo, *Portar dentro*. Ingeſtum, violenter oblatum. Ingeſtus, aggeſtus, accumulatus, *Ammucchiato*.

Ingeſtabile, quod geſtari non poteſt, *Non portabile*.

Ingignitas, indigitas, incitas, egeſtas, paupertas. Plaut. *Povertà*.

Ingitas, indigitas per ſyncopen Incitas: fortaſſe legendum neceſſitas. Iſid. Gloſs.Lex.Phil.

Inglomero, as, accumulo, in glomi formam inuoluo, *Dipanare, aggomitolare*.

Ingloria, dedecus, ignobilitas. Sup. Inglorius, ſine gloriâ. Inglorioſus, qui nullam gloriam ſuâ

ſuâ virtute promeritus.
Inglutus, infirmus, *Infermo*.
Ingluuies, inſatiabilis voracitas, *Ingordigia*. Ingluuies uium, veſica, in quâ aggeritur eſca. Ingluuioſus, vorax. Iſid. *Ingordo*. Inglubies.
Ingraminat, ager cum in gramen erumpit, *Si veſte di gramigna*.
Ingrandeſco, grandior fio, *Ingrandirſi*.
Ingratia, non gratia, ingratitudo. Tertul.
Ingratijs, Ingratis, inuitè, ingrato animo, grauatim, *Contra il volere*. Ingratè. Ingratificus, ingratus.
Ingratitudo, accepti beneficij non compenſatio, aut obliuio.
Ingratus, non gratus qui non meminit beneficii accepti, aut gratiam nullam habet.
Ingrauo, p.c. grauius facio, *Aggrauare*. Ingrauaſco, Ingraueſco, moleſtior fio. *Diuenir più moleſto*.
Ingredior, introeo, *Entrare*. Ingreſſio, actus introeundi. Ingreſſus, us, inceſſus, *L'entrare*.
Ingreſſa, pars Miſſæ. Vide, Pſallenda.
Ingreſſunt, ingrediuntur. Sup.
Ingruo, is, confertim, & cum clamore, more grutum irruo, *Aſſalire*.
Ingruſia, omnis cibus venenatus. Suid. Item, omnis cibus infirmis datus vitam nec mortem conferens. Ficus venenata.
Inguadiare, ignorare, vide, Guadia.
Inguen, inis, pars concaua iuxta pudendum, bubonibus obnoxia, vnde febris ex inguine, qualem ſenſit Inſubria, & Etruria anno fatali peſtifero 1631. *Inguinaglia*. Item, pudenda ipſa.
Inguinaria, herba inguinibus medens. Plin.
Inguiſatus, vulneratus. Sup. truncatus, mutilus, barb. Lex. Phil.
Ingurgito, as, p.c. auidius gulam infercio cibo, potuque intemperanter, *Trangugiare*. Ingurgitator, *Trangugiatore*.
Inguſtabile, quod guſtari non poteſt, Inguſtatus, non guſtatus, *Non guſtato*.
Inhabilis, ineptus, *Inhabile*.
Inhabito, as, in loco aliquo habito, *Habitare*. Inhabitabilis, qui habitari non poteſt, *Inhabitabile*.
Inhæreo, affixus ſum alicui, *Appoggiarſi*. Inhæreſco, adhæreo.
Inhālo, halitum inſpiro, redoleo, *Fiatare ſpirare*.
Inharundulario, ratio colligendi aliquid harundinibus. Var. N. Ang.
Inhibæ aues, aduerſæ quæ inhibent. Præpetes, proſperæ. Cerda.
Inhibeo, es, p.c. contineo, impedio ne pergas, ſed deſiſtas, Impedire. Item, habeo ſpem. Turn. Inhibere remis nauim, impetum eius remorum impreſſione retardare. Vide, Prohibeo.
Inhibēre remos, eſt mutato nautarum ſitu in puppim nauim auerſam impellere, non vt antea in proram. Lex. Phil.
Inhibi, inibi, in eo ipſo loco, *Nell'iſteſſo luogo*.
Inhibitor, exactor, quaſi inhibens lites inter eos Cath.
Inhio, as, aperto ore aſto, cibum appeto, *Star con la bocca aperta*. Inhiatio, magna auiditas.
Inhoneſtamentum, inhoneſtas, dedecus, turpitudo. Apul. Inhoneſtus, turpis, *Diſhoneſto*.
Inhoneſto, as, dedecoro, *Infamare*.
Inhonorus, ignobilis, & ſine honore. Inhonorātus, *Diſhonorato*. Inhonoratè, Inhonoro, as. Inhonorum, pomum eſui ineptum. Plin. Cerda.
Inhorreo, horridus ſum. Inhorreſco, valde horridus fio, *Arricciarſi li capelli, inhorridirſi*.
Inhoſpitus, inhoſpitalis, hoſpitio non aptus, *Chi non accetta foraſtieri*. Inhoſpitalitas, *Scorteſia verſo i foraſtieri*.
Inhuber, macer. Gell. *Magro*.
Inhumanus, crudelis, *Fiero*. Inhumanitas, *Fierezza*. Inhumaniter, crudeliter, *Fieramente*.
Inhumo, as, p.c. humo intego, *Sotterrare*. Inhumatus, inſepultus, *Inſepolto*.
Inibi, p.c. in eo ipſo loco, *Nel medeſimo luogo*.
Inginni, equi puſilli. Rh. *Cauallini*.
Iniclaris, fuſus, colus. Sup. ab Inico Vide. Lex. Phil.
Inicularis, Innicolaris, in quem ineunt fila, Intelaris, aliis. Lex. Phil.
Iniexit, iniecerit. Plaut.
Inicere, inigere, intus ducere. Inicere manus, rem nobis debitam, non expectatâ iudicis ſententia vindicare.
Iniectio manus, ius prehendendi abducendique. L. I. C.
Inignio, intus inflammo, vide Ignio.
Inigo, is, p.c. inigniere, pecus à paſcuis in ſtabula exigere, abigere, è ſtabulis in paſcua agere. Var.
Iniectio manus, ius domini in re capiendâ, & vindicandâ, quam ſuam agnoſcit.
Inicio, intro iacio, *Gettar dentro*. Iniecto, as, frequenter iacio, *Gettar ſpeſſo dentro*. Iniectio, iniectus, us, *Il gettar dentro*.
Inimicabilis, inimicus, inimicalis, aduerſarius, *Inimico*.
Inimicāre, inimicum facere: inimicāri, inimicitias exercere. Inimicè, inimiciter. Acc. *Inimicamente*.
Inimitabilis, non imitabilis, *Inimitabile*.
Ininde, inde, ex eo loco.
Ininterpretabile, quod interpretari non poteſt.
Ininuentibilia, quę inueniri non poſſunt. Tert.

Inion,

Inion, posterior colli nervus, vnde alij dependent. Item, capitis posterior pars, occiput. Lex. med.

Iniquat, iniquum reddit. Lab. Iniquus, iniustus. Iniquitas, iniustitia. Iniquè, iniustè.

Iniquītas loci, asperitas. Iniquītas, pravitas naturæ.

Inirascentia, longanimitas, patientia. Tilm. *Tolleranza*.

Inire nexum, dicti debitores non soluendo, addicti creditoribus. Bud.

Initialia, initia. Salmas. *Principij*.

Initiæ, amictus ligulæ, quæ annectuntur ante pectus. Bles.

Initiabunt, nomen dabunt. Isid. Gloss.

Initia, principia. Item, Cereris sacra mysteria. Initialia, sacra.

Ininde, ex eo loco.

Initialis, e, ad initium pertinens, principale.

Initiamentum, religionis primum rudimentum. Initiatio, onis, sacer ordo, initiandi actus.

Initiāri, sacris imbui. Item, inchoare, auspicari, *Principiare*. Item, incantare. Cod. Il. antiq.

Initiator, Episcopi vicarius, suffraganeus. Iun. ab Initio, as.

Initio, as, sacris imbuo, inauguro, *Ordinare alle cose sacre*.

Initium, principium. Item, in sacris; vnde, initiare, incipere consecrationem. Consummare, perficere.

Inito, frequenter ineo. Initus, us, coitus.

Iniucundus, non iucundus, *Ingrato*.

Iniudicatus, non iudicatus, *Non giudicato*.

Iniūges, hostiæ, quæ nunquam domitæ, aut iugo subditæ fuerunt. Fest. Iniuges versus, sine coniunctionibus.

Iniungo, impono, præcipio, *Imporre, commettere*.

Iniurātus, qui non iurauit, *Chi non hà giurato*.

Iniuria, iniquitas, semper iniusta. Lesio, aliquando iusta. Acc. *Offesa*.

Iniuriosus, qui iniuriam infert, *Ingiurioso*. Iniuriosè, *à torto*.

Iniurium, periurium. Fest. Iniurius, iniūrus, iniuriosus, iniquus, *Chi fà torto*. Iniurie, iniuriōsè. Næv. *à torto*.

Iniussus, non iussus. Iniusus, us, non præceptus. Iniussu meo, me non præcipiente.

Iniustitium, iniustitia. Sup. Iniustus, non iustus, *Ingiusto*. Iniustitia, iniustè, iniuriosè.

In ius vocare est ad Prætorem vel eum qui iurisdictioni præst vocare. Citare vero ad iudicem à Prætore vel magistratu datum, qui de causa cognosceret.

Iniuum, iniuria, vel contrarium. Isid. Gloss.

Iniux, iniunx, bos, nondum iugo iunctus. Isid. Gloss.

Inlaqueatum, vinctum: solutum. Fest. Illaqueatum.

Inlautum, insulsum, insipidum, non lautum. Salm.

Inlecēbræ, illecebræ, insidiæ. Illecebro, as, insidior. Sup. Inlecebrōsus, plenus illecebris. Plaut.

Inlegāre, immittere, inferre. Salmas.

Inletales, immortales. Isid. Gloss.

Inlex, qui legi non paret, Inlēgis p.p. Inlex, icis, p.c. inductor.

Inlex, vide illex: illexe, inlexisse. Plaut.

Inlices, elices, canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis ab eliciendo dicti. Fest. *Canali*.

Inlicitātor emptor. Fest. Inlicito, illicitè. Inlictum, apparatus. Sup.

Inlicium, inlicium vocare, dicebant antiqui, ad concionem vocare. Fest. Varro.

Inliquitur, inrorat. Sym. *Spruzzare*.

Inlitterata pax, quæ litteris non est comprehensa. Fest. Illiterata.

Inlix, illix, illex, qui blanditiis, fraudeque quemque allicit. Plaut. Vide. Illex.

Inludium, eludium, colludium, illusio, collusio, fraus. Isid. Inludia, illusiones. Tertul.

Inlugiem, in luctum. Isid. Gloss.

Inluna, illunis, nox in quâ Luna non lucet.

Inlustèr, vir illustris. Marcel.

Inlutibarbus, barbam fœdatus. Apul.

In morbo consumat, imprecatio veterum. Sen.

Innabile, quod tranari. Inauigabile, quod nauigari nequit.

Innato, as, intra nato. Inno.

Innātus, nunquam natus. Item, naturalis. Prud. Innascor, nascendo inferor.

Innecto, circumligo, colligo, *Ligare agroppare*.

Inneo, fila neta è colo ducta, iniicio, vnde Iniclaris. Vide. Lex. Phil.

Inneruis, eneruis, socors. Sidon. *Snervato*.

Innitor, eris, p.p. incumbo, inclino, *Appoggiarsi*.

Inno, as, innato, as, intus nato, *Nuotare dentro*.

Innōcens, innoxius, innocuus, innocens. Inculpatus, non nocens, *Innocente*. Innocentia. Innocenter.

Innocuus, innoxius, qui non nocet, *Innocente*.

Innodāti, vincti. Sup. *Annodati*.

Innominabilis, non nominandus, nefandus. Gell.

Innominatum, non nominatum, nomen infinitum.

Innotescĕre, notum fieri, aut facere. Salm.

In-

Innox, cis, innoxius, innocens, qui non nocet. Isid.

Innūba, æ, p. c. quæ nunquam nupsit: innupta, quæ nunquam nupsit, *Chi non s'è mai maritata.*

Innūbo, is, intus nubo, & nubendo alterius familiam illustrem intro. Contra. Enūbo, è patribus in familiam plebeiam intro. Innubĕre, transire, quod hæ quæ nubunt, ad domos maritorum transeunt. Luc.

Innubilus, innubilatus, sine nubibus, Innubis, clarus, serenus, *Sereno senza nubi.*

Innuitio, affirmatio. Cath. *Cenno di sì.*

Innumerālis, innumerabilis, ant. Luc. Innumĕrus, innumerōsus, innumerabilis, qui numerari non potest.

Innumĕri, prosa. Numeri, versus dicti. Turn. Item, libri militares. In numeris esse, militare. Vlp.

Innuo, annuo, signo capitis voluntatem significo, *Accennar di sì.* Contra. Abnuo. Vide.

Innuptus, non nuptus, Spado. Tertull.

Innus, Ginnus, Hinnus. Vide. Hinnus.

Innutrio, is, in loco aliquo nutrio, *Nodrir dentro.*

Inobaudire, inobedire. Tertul. *Non obedire.*

Inoblitus, perpetuò memor, *Che mai si dimentica.*

Inobrūtus, non obrutus, *Non sommerso.*

Inobscuro, as, obscurum reddo. *Oscurare.*

Inobsequens, refractarius, repugnans, *Disubbidiente.*

Inobseruatus, non obseruatus, *Non guardato.*

Inobseruabile, quod obseruari non potest.

Inocciduus, qui nunquam occidit, *Che mai non tramonta.*

Inocco, as, occando obruo semen, *Coprire la semenza.*

Inoculatio, insitionis genus.

Inocūlo, as, oculum vnius arboris in aliam indo. Inoculatio, *Inesto.* Inoculatus, *Inestato per occhio.*

Inodius, in viâ positus, inhabitans.

Inodōrâ, p.p. quæ sine odore sunt. Inodorus, qui sine odore est, *Chi non hà odore.*

Inodōro, as, p.p. Inodorare, odorem suum alteri addere, odore inficere aliquid, *Dar odore.*

Inoffensus, qui non offenditur, *Che non s'offende.*

Inofficiōsa donatio, & inofficiosum testamentum, quod contra rationem officii factum est.

Inofficiōsus, qui facit contra officium, aut nullum officium præstat amico, *Scortese.*

Inola, corrigia libri. Pap.

Inōlens, non olens. Lucr. *Che non hà odore.*

Inolesco, inoleo, superincresco, *Crescere aggrandirsi.*

Inolitum, naturale, insitum. Cath.

Inolitum, ad arbores pertinens. Obsitum, ad fruges, Lip.

Inominatus, malè ominatus, infelix. Inominalis dies, infausta. Gell. *Infausto.*

Inopāco, as, p.p. opacum reddo, & obscurum, *Oscurare.*

Inopertus, inuerecundus, quasi capite inoperto. Inoperto capite, inuerecundè, *Sfacciatamente.*

Inopinus, p.p. inopinātus, inexpectatus, improuisus, *Impensato.* Inopinatò, Inopinatè, Inopinanter, *Impensatamente.* Inopinabile, quod quis nunquam existimasset futurum, *Inaspettato.*

Inopiōsus, sine ope, *Senza aiuto.* Inopia, egestas, *Povertà* Inops, egens, *Povero, bisognoso.*

Inoppidāre, in oppido non agere. Inoppidātus, oppido carens, inhabitabilis, *Disabitato.*

Inopportunus, importunus, Apul. *Fuor di proposito.*

Inops, pauper, sine auxilio. Inopia, egestas. Inopiosus. Vide.

Inōra, animalia astoma, sine ore, *Senza bocca.* Inōrus. Inores.

Inorāre, in orâ coronis ornare. Tertul.

Inorāre calicem, ad oram vsque coronare. Tert.

Inorātus, non oratus, *Non pregato.*

Inordinatus, non ordinatus. Inordinatio. Apul.

Inōri, minores, sine ore. Inōrus, carens ore. Turp.

Inorior, nascor, orior, *Nascere.*

Inormis, enormis, antiq. Palm. Salmas.

Inornātus, non ornatus. Inornatè, *Senza ornamento.*

Inotalgicum, oculorum humor. Pap.

Inpalam, apertè, Isid. Glos. *Alla scoperta.*

Inpeccatus, ireprehensibilis. Sup. Impeccatus.

Inpendenti esse, incertum esse. I.C. *Star sospeso.*

Inphronitus, insolens, Imphronitus.

Inpopularis, inusitata, non popularis. Isid. Glos. impopularis.

Inporrectum, in longitudinem. Imporrectum.

Inpræsentiarum, in præsenti. Impræsentiarum, nunc, *Al presente.*

Inpræmia, adumbratio. Sup. In primis, in primo, ante omnia adu. Palm. In posterum, deinceps.

Inprocerata, humilia, facilia. Sup.

Inprocinctu, in ipso militum apparatu. Fest.

Inproloquibilis, inenarrabilis. Sup. Improloquibilis.

Inproles, sine prole, Improles, *Chi non hà prole.*

Inpro-

Improperium, opprobrium, probrum. Impropeꝛium. Sup. *Obbrobrio. villania*.
Inpuges, qui eſt tritis natibus. Sup. Impuges.
Inpurimum, impurum. Sup. Impurimum, melius.
Inquam, dico. Inquis, dicis. Inque, dic. Inquio, aio, affirmo.
Inquantùm, tantùm, quantùm, *Tanto, quanto*.
Inqueritus, indiſcuſſus. Sup.
Inquies, ētis: inquietudo, ſollicitudo, *Inquietudine*. Item, qui caret quiete. Inquietator, qui inquietat, *Turbatore*.
Inquietatio, inquietas, inquietudo. Rutg. Inquiētus, non quietus. Inquietātus, turbatus.
Inquieto, as, turbo, quietem agere non permitto. Inquietare. Inquietūdo, moleſtia, turbatio. Sup.
Inquilinus, p.p. qui in alieno, & priuato conducto habitat. Inquilinare, habitare domi alienæ. Inquilinātus. Incolatus. Sidon. *Chi tien caſa à fitto*.
Inquīno, as, p.c. inquināre, conſpurcare, *Imbrattare*. Inquinamentum, ſordes, *Lordura*. Inquinatus, conſpurcatus, *Sporco*. Inquinator, qui ſordidat, *Sporcatore*. Tert. Inquinatè, ſordidè, *Sporcamente*.
Inquio, dico. Inquam, dico. Inuſit. Inquit, dicit. Inquies, dices.
Inquiritus, indiſcuſſus, *Non eſſaminato*.
Inquiro, is, p.p. inueſtigo, *Cercare, far informatione, eſſaminare con tortura*.
Inquiſitio, delictorum inueſtigatio, vt boni mores conſeruentur, *Informatione*.
Inquiſitor, qui delicta inueſtigat, *Inquiſitore*.
Inradiat, denigrat, Gloſſ. A.L.
Inrectum, falſum, Gloſſ. A.L. non rectum.
Inrepoſcibile, Irrepoſcibile, quod repoſci nequit. Sidon, *Che non ſi può ridomandare*.
Inrigītur, inrigatur, Gloſs. Inrigitax, irrigator. Sup. *Adacquatore*.
Inriſus, inriſibilis. Sup. *Chi non ride*.
Inroſus. non roſus. Gloſſ. *Roſicato*.
Inſalūbre, p.p. non ſalubre, *Non ſano*.
Inſalſus, abſurdus, Sup.
Inſalutato, nullo vale dicto. Inſalutātus; non ſalutatus, *Senza dire à Dio*,
Inſanabilis, incurabilis, *Incurabile*.
Inſanctus, non ſanctus, *Non ſanto*.
Inſanitas, inſania, Tertul. Inſanio, is, inſanire, inſanum eſſe, *Impazzire*. Inſania, ſtultitia, *Pazzia*. Inſanus, ſtultus, *Pazzo*. Inſaniter, inſane, ſtultè, *Pazzamente*.
Inſanum, inſanè, valde magnum. Feſt. Plaut. *Molto grande*.
Inſanæ vites, valde feraces. Plin. Lex. Phil.
Inſapiens, inſipiens. Gloſs.
Inſatiabile, inſaturabile, quod ſatiari non poteſt, *Inſatiabile*. Inſatiabiliter.
Inſatiuum, quod non ſeritur, *Che non ſi ſemina*.
Inſcendo, ſupra ſcando, *Montar sù*.
Inſcenſor, miles claſſiarius, claſſicus, epibates, *Soldato di galera*, Ab Inſcendo, aſcendo. Iun.
Inſcidus, ſtridor vini. Sup.
Inſciè, inſcitè, inſcienter, imperitè, *Ignorantemente*.
Inſcitia, ignorantia, ſtultitia. Feſt. Inſcientia, ignorantia, *Ignoranza*.
Inſcitus, non ſcitus, inelegans, ſtultus. Lex. Phil.
Inſcius, in parte errat; Neſcius, in toto. Fronto. *Chi non sà*.
Inſcripta, inſcriptio. Salmas.
Inſcriptio, onis, titulus, nota, *Sopraſcritta*. Item, ſchedula pro febribus, & morbis. *Ricetta*. Cod. ll. antiq.
Inſcriptum, inſcriptio. Item, mandatum, ſubſcriptum, ſchedula, *Paſſaporto, bolletta, ſopraſcritto*. Inſcriptæ merces, quas inſtitor non profeſsus apud publicanum. Turn. *Non date in nota*. Feſt.
Inſcriptura, inſcriptio, nota impreſsa, *Inſcrittione*.
Inſcriptus, ſtigmatias, veſpillo. Martial. ſtigmātes, litteratus, ſtigmaticus, ſtigmōſus. Iun.
Inſcuria battere, tundendo purgare. Hincm.
Inſculpere, incidere, *Scolpire*.
Inſĕco, as, p.c. intus ſeco, *Tagliare*. Inſecabile, indiuiduum, *Che non ſi può tagliar più*.
Inſecta, non ſecta. Item, animalia imperfecta ſine ſanguine, vt apes, formicæ, tineæ, &c.
Inſectiones, perſecutiones. Gel. *Perſecutioni*.
Inſector, aris, inſequor, *Perſeguitare*. Vnde inſectatio, perſecutio, Inſectanter.
Inſĕcus, inſequens Sup. iuxta. Gloſs.
Inſedabilis, qui ſedari non poteſt, Inſedabiliter. *Che non ſi può quietare*.
Inſedatus non ſedatus turbulentus, *Inquieto*.
Inſemitatio, vbi non eſt ſemita, auia. Lex. Phil.
Inſeneſcens, in aliquo ætatem conſumens, *Inuecchiarſi in qualche coſa*.
Inſeneſcibilis, ſenectutis expers. Poll. *Chi non inuecchia*.
Inſenſibile, quod ſentiri non poteſt. Lex. Phil.
Inſenſus ſine ſenſu, Cath. *Chi non hà ſenſo*.
Inſeptum, non ſeptum, non ædificatum. Feſt.
Inſepultus, non ſepultus, *Inſepolto*.
Inſeque, die. Inſexit, dixit. Feſt. Inſĕquo, is, antiq.

tiq. inuſ. Narro, commemoro, Rutgers.
Inſequenter conſequenter. Inſequens, conſequens.
Inſĕro, is, erui, ertum, immitto, immiſceo, *Inſerir, metter dentro, ineſtare*.
Inſĕro, is, eui, ſitum, inſemino, *Seminare, piantare*.
Inſertim, inſerendo. Exſertim, exſerendo.
Inſerto, as, ſæpè, inſero. Inſertio, inſitio, *Ineſto*.
Inſertorium, lorum, quo ſcutum apprehenditur, *Bracciale dello ſcudo*. Cerda.
Inſerta inſertitium, quod inſeritur, ornamenta. Salmas.
Inſertum, ſurculus, qui inſeritur. Inſertus, a, um, innatus ingenitus.
Inſeſſor, Subſeſſor. Vide.
Inſeruāre, intus ſeruare. Suet. *Conſeruare dentro*.
Inſeſſores, latronis, qui circa vias inſidiantur ſedentes. Feſt. *Aſſaſſini di ſtrada*.
Inſĕto, filo ſetam adapto, Cath.
Inſicare, inſecare, Salmas. *Segare*.
Inſicia, inſicium, iſicium, obſonium, ſeu pulmentum ex inſectâ carne confectum. Inſiciale ius, *Carne minuta in guazzetto*.
Inſiciarius, qui inſicia parat.
Inſicium. Vide, Iſicos.
Inſibilo, as, p.c. ſibilum emitto. *Fiſchiare*.
Inſiccatum, non ſiccatum, *Non ſeccato*.
Inſicium, quod miculis inſectis carnium cum aruinâ farctum. Vide Iſicos.
Inſideo, es, in aliquo ſedeo, inhæreo, *Seder, fermarſi ſopra qualche coſa*. Inſidere, obſidere, *Aſſediare*. Liu.
Inſidiæ, ſallaciæ. Inſidior, āris, inſidias tendo, *Inſidiare*. Inſid ātor, qui tendit inſidias. Inſidiōſus, qui ſæpe inſidiatur. Inſidiosè, Fraudulenter.
Inſido, is, p.p. inſideo, *Sedere*.
Inſignia, notæ, ſigna, *Inſegne, arme*. Inſignio, is, ſignis noto, *Ornare, ſegnare*. Inſignitio, Inſignitas, dignitas, nobilitas. Inſignes boues, habentes in cruce, aut pede album ſignum. Feſt. inſignitus, vitio aliquo notatus, *Segnalato*.
Inſignis, eximius, egregius, *Segnalato*. Inſigniter. Inſignitè, *Segnalatamente*.
Inſignio, is, ſignis noto, diſtinguo, *Ornare, raccamare*; Vnde Inſignītus, notatus, &c.
Inſile, p.c. inſilis, ſuſpendiculum, quod telam demiſſam examinat, vel inſilia, anſilia, inſtrumenta lignea, pedibus textorum ſuppoſita, quibus alternis motis licia mouentur, *Calcole*. Salmas.
Inſilio, is, p.c. ſaltu ingredi, *Aſſalire*. Inſilire equilam, inire fœminam. Varro.
Inſimul, ſimul, vnà, *Inſieme*.

Amalthea Onomaſt.

Inſimŭlo, as, p.c. accuſo. Inſimulatio, falſi, vel veri criminis accuſatio. Inſimulans, accuſans. Inſimulo, non ſimulo, *Non fingere*.
Inſinuātus, inflexus, complicatus, *Rinolto, torto*. Item, latenter introductus.
Inſinuo, as, latenter introduco. Inſinuatio, latens auditoris conciliatio, *Inſinuatione*. Item, figura.
Inſipiat alterando fiat inſipidum. Varro. Cato, *Diuenir inſipido*.
Inſipiens inſipidus, inſuauis, *Scipito*. Inſipienter, ſtultè. Inſipientia, dementia, *Pazzia*.
Inſĭpo, ās, inſitio, contra. Diſſipo. Cato. Inſipare, inſipĕre, initere, *Metter dentro radunare*.
Inſipiti, ſtulti. Inſipidi, inſuaues ſine ſapore, *Scipiti*.
Inſiſto, is, in re aliquâ conſiſto, *Star fermo*. Inſiſtĕre veſtigia. *Fermare*. Item, operam dare. *Reſiſtere*.
Inſititius, inſitiuus, non naturalis, inſitus, qui inſeri poteſt, *Ineſtato*. Inſitor, qui inſerit. Inſitio, inſerendi actus. Inſititius ſomnus, meridianus.
Inſitium, iſicium, pulmentum è conciſis carnibus minutatim. Vide, Inſicia, Hyſytium.
Inſitum, ſurculus, calamus ex arbore reſectus, in aliâ implantandus, *Ineſto*. Colum.
Inſitus, innatus, ingenitus, *Ineſtato*. Inſitus, us, Inſitio, *Ineſtamento*.
Inſobrea, Inſubria. Antiq. Scal.
Inſociabilis, qui coniungi non poteſt, *Solingo*.
Inſolabiliter, ſine conſolatione, *Senza conſolatione*.
Inſŏlens, p.c. non ſolitus, *Non ſolito*. Item, arrogans, *Inſolente*. Inſolentia, nouitas, arrogantia. Inſolenter, nouiter, arroganter, *Inſolentemente*.
Inſoleſco, inſolens fio, *Diuenir inſolente*.
Inſōlo, as, p.p. ad ſolem ſicco, apricor. Sup. *Seccar al Sole, ſoleggiare*. Inſolātum, in ſole ſiccatum, aut calefactum, *Seccato al Sole*. Inſolatio, ad Solem exiccatio, *Soleggiamento*.
Inſolĭdum, inſolido, p.c. integrè, *Intieramente*. Inſolidum obligantur, cum ſinguli ad rem totam præſtandam tenentur.
Inſolitus, non ſuetus, *Inſolito*. Inſolidè, præter conſuetudinem, *Fuor del ſolito*.
Inſolubile, quod ſolui non poteſt, *Che non ſi può ſciolgere*.
Inſolum, inſolitum. Afran. Inſōlus, inſolitus, *Inſolito*.
Inſolūtum accipere, in ſatisfactionem, aut certè deductionem rei debitę, *In pagamento per eſtintione del debito*. Ideſt, in ſolutionem.
Inſomnia, æ, vigilia, *Veglia*. Peruigilium.
Inſomniōſus, qui multū ſomniat. *Chi molto ſogna*.

Lexidium, parua lexis, leue dictio.
Lexipyrētæ, febrem tollentes medicinæ. Lexipyrētes, medicus. Lexipyrētos, alijs. Plin.
Lexis, lexeos, dictio, elocutio, *Voce*. Vn-

de, composita.
Lexopyretos, lexipyretos, medicamina febribus abigendis facta, ardorem placantia. Tiraq.

L I

Lia, æ, complanatorium à Lio, as, Vide. Lex. Phil.
Liacūlum, vitiligo, maculæ asperæ in corpore. Sup. Instrumentum leuigandi. Liater, leuigator. Lex. Phil.
Liare, ligare. Tertul. *Legare*. Item, complanare, Vide Lio.
Liasthe, Agnythes, lapides, à telâ suspensi. Poll.
Liæ, foramina, quæ in summo mali recipiunt funes.
Labadium, herbæ genus, centaurium minus. Item, locus irriguus. Libas, gutta.
Libæum, vasculum in sacris, quo oleum effundebatur, *Vaso dell'oglio santo*. Iun.
Libamen, libamentum, libatio, degustatio, *Saggio*: & quicquid liquidi in sacris libatur. Sacrificium, de animalibus: oblatio, de cæteris, pane, &c. labaunculus. Tertul. paruum libum.
Libanium, inter buglossæ nomina censetur. Lex. Phil. Item, collyrii genus.
Libanomantis, qui è libano, seu thure incenso vaticinatur. Libanus, thurifera arbor & mons.
Libanōchros, gemma quę thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. Plin.
Libanotis, p.p. rosmarinus, thuris odorem referēs. Item, herba vmbellifera. Libanōtus, p.c. ventus medius inter Africum, & Notum. Libonotus, aliis, fœniculus porcinus.
Libantopōla, p.p. qui thus vendit, *Vende incenso*. Libanus, thus. Mesue.
Libanōtus, thus, liquor arboris thuriferæ. Lex. Phil.
Libanus, thus, arbor thurifera, thurea planta.
Libare, sacrificare; vnde, libo, as.
Libarius, qui liba vendit, *Cialdonaro*.
Libatio, est vini effusio, in id, quod immolatur. Io. Gram. quæ mero facta.
Libatio, libamentum, degustatio in sacris fieri solita. Libatus, decerptus, sacrificatus, gustatus.
Libatorium, coxale, Isid. gloss. Item, locus, vbi sacrificatur. Cath. Conchale. B. Vulg.
Libatorium, crater, quo funditur libamen in sacris. Lex. Phil.
Libella, parua libra, *Libretta*. Item, statera, quâ ponderamus, duas lances habens, *Bilancia*. Item, nummus argenteus. Item, fabrile, instrumentum, *Livello*, *archipendolo*, *squadra*. Hæc explorat altitudines; norma, angulos; regula, longitudines. Item, piscis. Lex. Phil.

Libellāre, thecula facta ex panno. Greg. Turn.

Libellaria, similis emphyteusi; illa renouatur statis, certisque temporibus, etiam non mutato possessore, datâ certâ pecuniâ; emphyteusis renouatur, mutato possessore; hæc contrahitur cum obligatione meliorandi, illa non. Lex. Phil.

Libellarium, cista in quâ seruati libelli. Cic. *Cesta da libri*.

Liberarii, glebæ adscripti. Glos. vet. Libellenses, vide. Libellarius, Cod. ll. antiq.

Libellarium ius, per libellos acquisitum. Sirm. Libellarium, quod libello, seu scripturâ interueniente contractus certo pretio, sub certâ illatione annuâ, & lege peragebatur. Cod. ll. antiq.

Libellarius, libellus positionalis, aut articulus, qui singulas facti circunstantias paucis complectitur. Libellensis, qui eis libris præest.

Libellisius, à libellis. Iustin.

Libellatici, vel qui Christum repudiarunt, vel qui Christianos se profitentur, & solum pecuniam obtulerunt, ne cogantur Christum abnegare. Baron. Cypr.

Libellatici, dicti qui non incendissent thura idolis, sed quod per libellos tantum dedissent nomina. Sacrificati verò, qui metu mortis idolis sacra faciebant. D. Cypr. Lex. Phil.

Libellio, ōnis, librarius, qui libros minutos scribit, & vendit. Item, tabellio, *Portalettere*.

Libellŭlus, libellus, paruus liber, *Libretto*, epistola, supplicatio, memoriale, scheda intimatoria.

Libellenses, qui libellis, aut suscipiendis, aut recitandis præerant. Lex. I. C.

Libellus, certificatio, citatio, libellus famosus, memorialis, supplex, &c. Iun.

Libens, volens; Libenter, sponte, *Volontieri*. Libens, entis, qui libenter facit, *Chi fà spontaneamente*.

Libentia, voluptas, illecebræ. Libentīna, Venus, Dea libidinis.

Liber, ĕri, qui est sui iuris, immunis, *Libero*. Bacchus. Liber, bri, codex, & cortex, in plures phyliras diuisus, *Libro*: interior cortex, ligno adhærens.

Liberale iudicium, cum quis aliquem vindicat in libertatem.

Liberalia, festa Liberi patris, bacchanalia: Liber, Bacchus. Item. Eleutheria. Vide.

Liberalis causa, in quâ de libertate agitur: libertatis iudicium. Lex. I. C.

Liberalis, e, ad liberum pertinens, seu ad libertatem. Vnde, Artes liberales, humaniores literæ Mathem. pictura, palæstra.

Liberarij depositorum, qui perscribebant, quod quisque apud signa deposuisset. Vuolf.

Liberarius, librarius. Sup.

Libero, as, p. c. manumitto, libertatem do, *Far libero*. Liberātor, qui liberat. Liberatio.

Liberta, mulier facta libera.

Libertāre, libertate donare. Cod. ll. antiq.

Libertas, tis, potestas viuendi, vt velis: opponitur seruituti, *Libertà*.

Libertaticum, libertinium, libertati obsequium. Vet. ll. Lex.

Libertini, qui ex iustâ seruitute manumissi sunt, aut post manumissionem nati. Liberti, verò ipsi soli manumissi: quamuis confundantur hæc nomina. Libertaticium, libertinium, libertinitatis obsequium. Cod. ll. antiq.

Liberata, affata antiq. Fest.

Liberi, orum, filij, etiam filius. Item, nepotes.

Liberti, dicti antiquitus serui manumissi, libertini ætate posteriori.

Libertus, qui cum esset seruus, factus est liber: Opponitur, patrono, Libertinus, ingenuo. Libertinus, enim significat, qui ex iustâ seruitute manumissus, sicut, & libertus. Libertinitas, ipsum ius libertinorum.

Libes, pro libens, libentes. Inscr. vet.

Libet, placet. Illibet. Cas.

Libēthron, incilis, fossa, aquæductus, riuus, vnde. Libethrides, à fonte dictæ Musæ.

Libēum, libasium, vasculum in sacris, quo oleum effundebatur. Lex. Phil. Libatorium. Vide.

Libidinări, voluptati indulgere. Libido, libidinosus, libidinōsè, libidinitas, libido. Non.

Libitīna, Venus, aut Proserpina. Dea in cuius templo omnia ad funus spectantia asseruabantur. Item, mors, apparatus, & sumptus funeris. Libitinarius, curator funerum. Libitinensis porta, quâ efferebantur mortui, Lamper. Item, officium in curando funere.

Libitonarium; vide, Leuitonarium.

Libitŭdo, libīdo, aut libitum. Flod. libitus, us, voluntas. Pap. vnde. Ad libitum. Libitum, placitum.

Libo, as, leuiter gusto, *Assaggiare*. Item, sacrifico vino, lacte, aut liquore alio, colligo. Libātus, decerptus. Libāmen, libamentum. Item, diminuo, Lucr.

Libonŏtus, p. c. libs, Africus ventus Iun. Africo auster.

Libor, fluxus. Sup. Libos, distillatio oculorum, fluida. Hipp.

Libra, æ, instrumentum, quo res cum lancibus ponderantur. Libra Mercālis, siue, Zygostatica, mercatorum. Romana XII. vnciarum. Numularia, constans viginti solidis, *Lira*. Item, signum cæle-

excelſe. Item, As, XII. vnciarum pondo. Item, inſtrumentum explorandæ aquarum altitudinis. Item, libella. Vide, Bilanx.

Librâle, p. p. quod eſt vnius libræ. Modiolus. Sup.

Librarium, vnius ponderis libræ. Cato, *D'vna libra*.

Libramentum, Æquilibrium, Æquamentum, cum neutrò inclinat examen, ſed æquum eſt, æquatio, *Pareggiamento*. Libramentum tormentorum, lora, ſeu fines, quibus ea torquentur. Libramentæ plumbi, maſſæ plumbeæ in ariete coniectæ, & vibratæ.

Librare aquam, eam ponderare. Item, librâ explorare aquæ altitudinem, & loci vnde deducenda. Lex. Phil.

Libraria, taberna librorum, *Libraria*. Item, lanipendia, ancilla; quæ præficitur partiendi penſis aliarum. Item, quæ exſcribit libros dominæ. Lex. Phil.

Librariõlus, vilis ſcriba libellorum, *Scriuano librarietto*.

Librarium, theca, ſcrinium librorum, *Scanſia di libri*. Item, quod pertinet ad librum.

Librarius p. longa à libra, habens pondus vnius libræ.

Librarius p. breui, ad libros pertinens. Lex. Phil.

Librãrius, libellio, librorum, & contractuum pactorùmque ſcriptor. Item in Caſtris qui rationes ad milites pertinentes in libros referebat. Lex. Philol.

Librarius, librorum ſcriptor, & qui eſt vnius libræ. Gell. Colum. Item, ſeruus ad libram viuens.

Libratio, libramentum. Vide.

Librãtor, menſor, & qui in ducendis aquis, & librandis peritiam habet, & qui lapides iacit in bello, & bombardas librat, *Bombardiere*. Turn. Item, qui librat, libripens.

Librellium, flos quidam. Cath.

Librias, placenta. Gloſſ. vnius libræ valore ponderève.

Libri elephantini, ex ebore facti magnificis expenſis: Rituales ſacri. Iun.

Librile, librãle, vnius libræ. Librile, libræ ſcapus, trabs illa, ex qua lances pendent. Feſt.

Librilla, baculus cum corrigiâ plumbata ad librandum carnes. Item, inſtrumentum librandi, ſeu percutiendi lapides in caſtra. r. manganus. Inde Librillo, as librillâ percutio, in Feſto. Vet. Vocab. Lex. Phil.

Librilla, libella, inſtrumentum bellicum ſaxa librans, ſcilicet ad brachij craſſitudinem, in modum flagellorum loris reuincta. Feſt. Vnde, Librator, vide.

Librillo, as, Cath. librillis ſaxa iacio, librillâ percutio.

Librion, inſigne, *Liurea*. Lex. g. barb.

Libripens, qui militibus æs graue in ſtipendium pendit: penſator ſtipis ponderandæ. Item, qui in mancipationibus æneam tenebat libram. Item, ponderibus præfectus. Sup. Item, ſtatera, apud Tert.

Librium, apices criſtę in galeâ. Conſt. in Tact.

Libro, as, librâ pondero, examino, *Peſare*. Item, vibro, *Lanciare*: æquo, *Pareggiare*, iaculor magnâ vi &c. librare aquam, *Liuellare*.

Libs, lips, libys, Africus ventus, ab occaſu brumali flans.

Libum, libus. Non genus dulciarij cibi ex farre, caſeo, melle, & oleo, ſic dictum à libando, *Torta, focaccia*.

Liburna, arcana nauis. Gl. A. L. Liburnicæ, Liburnæ, naues leuitate, celeritatèque præſtantes, aptæ nauali militiæ.

Liburni, ſerui lecticarij, viatores ex agris ciues vocantes iuſſu magiſtratuum.

Liburnica, triremis prædatoria.

Liburnum, vehiculi, ſiue lecticæ genus.

Libys, Afer, qui ex Libyâ. Lex. Philol.

Libyrnon, bellicum nauigium. Liberna, liberníides, nauigii genus Suid.

Licentiãre, dimittere, *Licentiare*. Barb.

Licentia, libertas immodica. Item, facultas, commeatus, ſeu commeatio. Item, quæcumque concelſio.

Licentiãtus, iuris proiyta, *Licentiato*. Doctor futurus.

Licentior, ãris, nimiâ vtor licentiâ; vnle, licentiõſus.

Licentiõſus, nimiâ vtens licentiâ. Licenter, audaciter, nimis liberè. Licentia, libertas immodica. Licens, licenter, licentioſè.

Liceor, eris, licitor, ãris, pretium maius offero in licitatione, ſeu auctione, *Metter prezzo all'incanto*.

Licitator, qui pretium crebro offert. Licitatio, oblatio pretii, auctio, *Prezzo offerto ſopra coſa che ſi vende*.

Licco, es, licẽre, pretio cenſeri, *Eſſere apprezzato*. Licet res, cum pretium pro eâ offertur. Contra liceri, is dicitur, qui rei emendæ animo, pretium pro ea offert. Plaut.

Licericis, cẽturio. Iſid. gloſſ. Luceres, fort. B. Vulc.

Liceri, ſemel tantum, ſine reſpectu aliorum offerre pretium. Licitari, cùm multis, & ſæpè augere pretium. Lex. Phil.

Liceſſit, licuerit. Plaut.

Lichanos meſon, index mediarum apud Muſicos, F. Fa, vt. Lychanos, hypaton, index præcipuarum D, ſol, re. Zarlin.

Lichas, menſura manus inter pollicem, & indicem extenſos, *Sommeſſo*. Lex. Phil.

Lichanus, digitus index. Item, tertia chorda. Poll.
Lichas, mensura qua rerum interualla metimur. Gorr.
Lichen epatica, herba paluſtris. H.P.
Lichen, ēnis, impetignis genus, Mentagra dictum, quod à mento originem ducat, faciem præcipuè infeſtans, volatica. Lex. med.
Lichene, hepatica herba. Meſue.
Lichnus, helluo, cupediis deditus, *Leccone*. Monoſ. Lichnea, helluatio, *Leccenaria*.
Licia, orum, litia, fila quibus in telis textrices implicant ſtamina, *Licci*. Licium deducere, *Filare*. Poll.
Liciatorium, lignum, ſeu iugum, vbi licia inuoluuntur, *Subio*.
Liciani, prophetæ. Iſid. gloſs.
Licinæ, tenue filum, textum. Licinium, Vide. Lex. Philol.
Licini, liciui, boues ſurſum verſus cornua habentes. Patuli, deorſum. Camuri, introrſum. Seru.
Licini, candelæ, lucernæ cicindela. Iſid. gloſs. *Lucignoli*. Lychni, fort. B. Vulc.
Licinij, qui ſunt paruis oculis. Alex. *Occhi piccoli*.
Licinia, oliuæ genus, ſeu Liciniana, dicta ab inuentore. Cato.
Licinium, lignum lucens, ardens, quod lumen dat. Iſid. Lex. Iul.
Licinium, veſtis genus, à licio dictum, vel quaſi liginum, vnde Licinæ, Vide. Lex Philol.
Licinium, veſtis dicta, quod textura eius ligata ſit in totum. Iſid. liniamentum.
Licinius, licinus, cicindela lucernæ. Gloſs. *Stoppino, lucignolo della lucerna*.
Licinus, qui capillos ſurſum verſos habet, ſicut licia.
Licitari, in pugnando, & emendo contendere, ſæpe augere pretium in auctione. Licitatio, Feſt. Licitor, ſæpe liceor.
Licitator, negociator, gladiator, cui multa licent, occiſor. Iſid. gloſs. Licitatio, publica venditio, pretii pollicitatio.
Licinx, tinnius aurium, *Fiſchio d'orecchi*.
Licio, is, lacio, traho, inuſit: vnde. Allicio. Cath. liciunt, defluunt. Pap.
Licitor. Vide, liceor.
Licitum, conceſsum iure, legitimū: licitè, legitimè.
Licium. Vide, licia.
Licius, negotiator, à liceor, id eſt, negotior. Licitari, in mercando, ſeu pugnando contendere. Iſid. Lex. Philol.
Licmeteſis, qualus, per quem fæx percolatur, *Caneſtro per colar le feccie*.
Licmophōtus, caniſtrifer vilis in ſacris enim Bacchi plebeij caniſtrum ferebant.
Licnon, cuna, vannus, quòd in hac infantes primum editi, quaſi in cunis agitarentur. Rh.
Lictor, ōris, apparitor magiſtratus, viator, carnifex, *Birro, boia*.
Lictorium, ad lictorem ſpectans.
Liculmen, gari ſpecies ex inteſtinis piſcium Rh.
Lidiſcarti, hiſsura membri. Barb. Lex. Phil.
Lido, is, contringo, inuſit. Allido, Elido, compoſita in vſu. Lidere, affligere. Barb. Lex. Phil.
Lidoron, later longitudine ſeſquipedalis, latitudine pedis.
Lidūna, receſsus, & reciprocum maris decrementum, quod ſalaciani Romani dicebant. Scal. Liduna, Melina, acceſsus, & receſsus maris, Salacia, & venilia. Acceſsa, receſsa, pro acceſsus, receſsus, *Fluſſo, e refluſſo del mare*. Cod. ll. antiq.
Lien, ēnis, ſplen, vnum ex viſceribus internis, *Milza*.
Lienōſus, lienicus, ſpleneticus, qui liene laborat, *Chi patiſce di milza*.
Lienteria, fluxus ventris ex leuitate inteſtinorum, talia deijcientis, qualia recipit, *fluſſione di ventre*.
Lientericus, lienteriâ laborans, *Chi patiſce di tal fluſſo di ventre*.
Liga, fœdus, ſocietas, vnde homines Ligij, vaſſalli, Baro.
Ligāmen, ligacūlum, ligamentum, ligatūra, à ligo, as, vincio, *Legare*. Ligaturæ, incantationes, amuleta. Ligatura auri, *Legatura*. Fab. Vict. Item, maleficium, ars vetita, ne quis in venereo actu bona ſua vendat. Cod. ll. antiq.
Ligatum, quo quid ligatur.
Ligellum, ligillum, paruum lignum, vt Tigellum, tigillum, paruum tignum, & ligneum nucis putamen. Item, tuguriolum, domicilium breue ſpiraculum fumi, *Caſetta, cammino*.
Ligi, flagella quibus athletæ ſe inuicem petebant, vt ceſto. Suid.
Ligiuum, genus herbæ, ligilium.
Ligius, homo beneficiarius, aut vaſallus. Bleſ. Item, ſeruus, qui ſuos cum principe ligans pollices, ſe illi mancipabat. Rh. Item, domeſticus. Lex. g. b.
Ligium, feudum à ſolo imperatore, & rege conceſsum, vbi abſolutè fidelitas contra omnem hominem iuratur. L.I.C.
Ligium, feudum, in quo vaſallus domino fidelitatem præſtare debet contra omnes, nullo antepoſito. Ligius, Homologus, vaſsallus, quaſi ligatus. Lex. Philol.
Lignamen, Materiamen. Cod. ll. antiq.
Lignarium, ad lignum pertinens. Item, locus, vbi reponuntur ligna. Item, cella lignaria, & lignorum,

gnorum aceruus, *Legnaio*. Ligneum, è ligno.

Lignarius, qui lignatum it, & qui secat lignum, lignorum venditor; lignarius faber, *Legnaiolo*. Lignatio, lignorum collectio. Lignator, qui ligna colligit, *Chi fà legna*.

Lignatio lignorum collectio: strues & congeries, locus lignorum. L. I. C.

Ligneolus, ligneus, qui ex ligno constat. Ligneolæ figuræ. Apul.

Lignicisinus, ferrum. Isid. gloss.

Lignile, p.p. locus domi, vbi ligna ad comburendum seruantur, *Legnaio*.

Lignor, āris, ligna colligo, *Far legna*. Lignatio, ipsa collectio, Lignātor, miles, qui colligit ligna, *Chi fà legna*.

Lignorum meta, seu strues, *Catasta di legna*, Iun. Lignorum vehes, *Carro di legna*.

Lignōsum, instar ligni durum, *Legnoso*.

Lignum, notum, *Legno*.

Ligo, ōnis, p.p. instrumentum rusticum extirpandis herbis, Ligonis dens.

Ligo, as, vincio, *Legare*.

Ligonizo, as, ligone terram verto. Cath. *Zappare*.

Ligŭla, fibula, *Fibbia*. Item, homo abiectissimus. Ligula adstrictoria, *Stringa*: crurales, *Laccio, legame*. Item, litus, Sidon. Item, mensuræ genus. Colum. N. Aug. Ligŭlo, as, ligulis ligo.

Ligula, lingula, quod linguæ est simile, & parua lingua, vt in calceolorum ligatorium. Ligula tibiæ, nos, *Linguetta*. Item, instrumentum hauriendi, cochlearis instar: Spathula pharmacopolis. Item, mensuræ genus. Item, gutturis operculum, hypoglottis. Lex. Philol.

Ligurinus, Achanthis, spinus, auis, *Lugarino*.

Ligurio, ōnis, helluo, onis, gluto. Sup. *Leccone, ghiottone*.

Ligūrio, ris, abligurio, ris, ligurrio, auidè suauiora edulia carpo, dilapido, *Leccare, trangugiare*.

Liguritio, auiditas immoderata, appetentia, *auidità grande*.

Ligurius, ligurritor, ligurio, onis, gulosus. Liguritrix, gulosa. Sup. *Golese, leccone*.

Ligusticum, herbæ hortensis genus panaci similis, vmbellifera, *Lenistoco*. Onom. n. H.P. Ligurium olus, à regione dictum. Ligurius lapis. Lex. Phil.

Ligustrum, arbuscula foliis oleæ similibus, cuius flos candidus racematus, *Ligustro, conestrello, guistrico, olivella*. H. P.

Lihalis, iridis species, *Giglio azurro*. Lex. Phil.

Lilium, flos notus, *Giglio*. Item stipes præacutus à summo instar lilij, vt murices, ad hostes fallendos.

Lilium conuallium, herba florifera coronaria, & odora. *Muschietta, muschiata*. H. P.

Liliaceum, lirinum, oleum ex lilio. Liliētum, locus vbi sunt consita lilia, *Giglieto*.

Lilietum, locus liliis consitus. Onom.

Liliastrum, herba, *Gigliastro*. similis lilio. Lex.

Lilocilsus, planta, species Tulipæ. Lex. Phil.

Lilium, planta & flos notus, *Giglio*.

Lilium conuallium, lilium vernum, inter spinas, dictum, pariclymenos. Lex. Phil.

Lima, fabrile instrumentum notum, *Lima*. Item, omnia transuersa apud antiquos, vnde, limen, limes.

Limare, à limo, as, læuigare, expolire, *Limare*. Item, oculis limis intueri. Limātē, politè. Limātus, politus. Limatŭlus, politulus, *Limato, polito*. Limāre caput cum altero, vniri, coire cūm alio. Plaut.

Limarius, retiarius. Cath.

Limatilis, coniungas. Non.

Limatulus, bellè limatus. Vide, Limare.

Limatura, puluisculus limando derasus, ramentum. Lex.

Limatūra, scobs, puluisculus limando detractus, *Limatura*.

Limatur, rimatur, quærit. Sup.

Limax, ācis, cochlea nuda, *Lumaca*. Item, qui exquirit, vt aliquid subtrahat. Plaut. Limāces, meretrices.

Limbatus, a, um, limbo obductus.

Limbellus, paruus limbus. Cath. Limbŭlus. Idem, *Piccolo orlo*.

Limbolarius, qui limbos vestibus consuit, *Orlatore, chi fà orli*. Limbularius.

Limbus, fimbria, pars infima vestis muliebris, *Lembo, orlo, frangia*. Item, clauus in veste regia, vel ipsa vestis. Isid. Gloss. Limbulus, limbellus, dim. Item, cyclas. Salm.

Limbus, fimbria, fasciola solubilis ab extremitate vestis subsuta, dicta instita. Item, circuitus cuiusque rei, vel ora maris, vel vestis, limbus duodecim signorum, Zodiacus. Item, limbus pars inferorum, vbi S. Patres olim, Sinus Abrahæ. Lex. Phil. Aliquando limbus dictus lembus, nauis piratica breuis. Isid.

Limen, propriè saxum, vel lignum inferius, etsi aliquando superiùs dicatur; superliminare.

Limen limentum, quod ex transuerso in ianua est, *Soglio della porta*. Limentinus, Deus qui præest liminibus.

Limenarcha, qui portubus præest, *Ammiraglio di porto*. Limen apud Græcos, port

Limenarchia, præfectura portus. Limenophylax, custos. Limenophylacia, custodia portus, *Guardia del porto.* Bud.

Limeneuretica, libri de inueniendis portubus tractantes.

Limenites, in portu versans, portum incolens, *Habitatore del porto.*

Limenophylaces, limenarchæ, custodes portuum maris. Vuolf.

Limenormites, qui ad portum applicare facit.

Limentum, liminium, limen. Varro, vt à carmen, fit carmentum. Scal. Vide limen.

Limes, itis, p. c. via transuersa, angusta, *Sentiero à trauerso i campi.* Item agri terminus. Limes decumanus in agris, ab ortu in occasum. Cardo, à septentrione in meridiem: Limes, regionum: limen, ædium. Agr.

Limeum, herba ceruaria, quâ venatores sagittas inficiunt. Venenum ceruarium.

Limfaticus, qui aquam timet. Isid. Gloss. vide, lympha.

Limi, dicti qui limis oculis intuentur.

Liminare, ad limen pertinens. *Attenente al soglio.*

Liminarcha, Limitarcha, famulus liminis præfectus, cubiculique custos. Item, miles imperij finibus præpositus. Bero.

Liminiscus, virgula inter duos punctos iacens. Cath.

Liminium, seruitium mortiferum, captiuitas; vnde, Postliminium. Vide.

Liminium, expulsio à limine. Postliminium, ad id reuersio.

Limino, as, limina præparo, fabrico. Cath.

Limis, e, limus, a, um, obliquus, distorquens oculos, strabo; vnde limes, callus: composita, sublimis, &c. Cath.

Limitanei fundi, ad milites limitaneos pertinentes. Limitrophi verò, quorum ex fructibus limitaneo alebantur. L. I. C.

Limitanei exercitus milites, limitantes, limitrophi, milites, qui in limitibus, & finibus imperij excubant, *Soldati alle frontiere.* Veg.

Limitanei agri, in limitibus.

Limitaneus, qui præest limiti, *Gouernatore de confini.*

Limitare, liminare. Cod. Il. antiq. Item, terminare.

Limitatio, definitio, circumscriptio. Limitare, definire, limitibus circumscribere.

Limitari agri, in limitibus ab hostibus capti, limitaneis per centurias adsignati. Vuolf.

Limitati agri, proprijs limitibus, & finibus circumscripti, & in centurias diuisi. Fest. L. I. C.

Limitatus, ager in centurias dimensus. Fest. Limitanei fundi, alentes milites in limitibus.

Limitrophi, qui in imperij limitibus sunt. Drosæus. l. i. c.

Limitrophi agri, quorum possessores tenebantur alere milites, in limitibus excubantes. Lex. i. c.

Limma, defectus in Musicâ, semitonium. Lex. Phil.

Limmata, semitonia, quorum media pars diesis dicitur. Capel.

Limne, stagnum, lacus, palus. Item, locus Athenis. Lex. Phil.

Limnesium, herba centaurea circa lacus prouenies.

Limniscus, virgula inter geminos punctos iacens. Isid. Limmiscus. Pap. Limnisci, lemnisci. Vide.

Limnochares, paludibus gaudens, *Chi stà volentieri nelle paludi.* Epith. ranæ.

Limnostrea, paludum ostrea.

Limnurgus, circa paludes operans, paludes repurgans, *Chi lauora nelle paludi.*

Limo, as, limâ polio. Limator, qui limat. Limatus, limâ politus. Limare, detrahere, diminuere. Item, limo implere impinguare à limus. Vnde, elimare, purgare, oblimare, &c. Lex. Phil.

Limocimbix, qui ad famem vsque parcus, sordidus. Limos, fames.

Limoctonia, fames mortem inferens. Limoctonus, fame enecans, *Morte di fame.*

Limones, fructus noti, *Limoni.*

Limonia mala, ex citri genere, sed minora, si herbaceo colore, & parua, limonia: si prægrandia turgent, aurea citrea dicta. Limon, Græcè pratum. Limonia, prati viror. Lex. Philol.

Limonia, alterum anemones genus. Plin.

Limonites, gemma, smaragdus. Plin.

Limonium, herba syluestris. Pyrole.

Limosa, auis genus.

Limosum, limo plenum, *Fangoso.* contra; Illimis, sine limo, *Senza fango.*

Limphor, insanio. Sup. vide, lympha.

Limpidus, clarus, purus, *Chiaro.* Colum. Limpido, as, Voc. Eccl. clarum facio, *Rischiarare.*

Limpitudo, puritas, claritas. Plin. *Chiarezza.*

Limula, larua. Isid. Gloss. Item, parua lima. Cath. *Limetta.*

Limulus, limus tenuis, *Fanghetto.*

Limum, vestis genus, ab vmbilico ad pedes purpuram limam, idest flexuosam habens. Cerda. Limas, atis.

Limus, limi, cœnum mollius, lutum tenue in fundo. Vnde, Limosus, limo plenus. Limus, item cingulum, & vestis tenuis ab vmbilico

ad

ad pedes vsque habens in extremo purpuram limam; ideſt tranſverſam, hæc poparum erat, & ſeruorum. Lipſ. Iſid. Gloſſ. Limarius. Cath. qui limum curat, aut purgat.

Limus, a, um, obliquus, tranſverſus, diſtorquens oculos, *trauerſo, torto*. Limis oculis, tranſverſis. Limulus, aliquantum obliquus, dimin. Plaut. Vnde, Collimo. Vide.

Limus, Deus rerum limarum id eſt obliquarum. Lima, Dea. Lex. Phil. limi, crebriores ſulci. Colum. Pont.

Linamentum, penicillus ex linteo decerptus, vulneri applicandus, *taſta*. Item, quicquid ex lino conſtat. *Drappo di lino*. Plin. Cuneolus, linamentum, carptum, volſumve, aut ſaniarium, raſile, tortile, lucernarium, &c.

Linaria, auicula lini ſeminibus veſcens. *Fanello*. Ital. Item, herba rubra florifera. Item, vinaria herba diuretica. H. P.

Linarius, qui linum parat, *Linaiuolo*. Linopõla, qui linum vendit. Linarium, vbi linum abundat, vel ſemen lini. Cath.

Linctus, us, lingendi actus, *Leccamento*, quæ verò in eum vſum adhibentur dicuntur Eclimata, *Lambitini*.

Lincurium, ſuccinum, ſiue electrum. Onom. med.

Linda, Alidada, vide. Dioptra.

Linea, longitudo ſine latitudine. Item, regula fabrorum. Item, filum ex lino, & funiculus, quo materiarij vtuntur ad lignandum, *Filo, cordella*. Linea diues, orcheſtra, vbi Senatores, Lipſius. Lineola, parua linea, dimin. Linea margaritarum, *Filo di perle*. Lineam mittere, expiſcari, *Peſcare*. Linea ſanguinis, cognatio, *Parentado*. Gradus in horologio.

Lina, formido, retis genus alterno plumarum verſicolorum contextu ornatum. Delrius.

Linea ſtricta, poderes in veteri teſtamento. Camiſia totum corpus operiens ſtricta, ſine rugis vſque ad pedes. Lex. Phil.

Lineamentum, lineæ in corpore apparentes. Item, picturæ lineares. Liniamentum, lineamentatio, linearum productio. Lineamentator, qui lineas ducit, *Diſegnatore*.

Lineare, à lineo, as, lineis deſignare, Lineare. Linearium, pertinens ad lineas. Cath.

Lineãris, re, ad lineam pertinens. *Lineare*.

Linellus, feudum datum pro mercede; feudum verò amore. In illo non ſuccedunt fœminæ, vt in linello. l. i. c. Libellus, liuellus.

Lines, ſeu, lenes, vaſa ad fontes pertinentia. Vlp. Lex. I. C. Salientes fiſtulæ ſalientibus iunctæ.

Lineum, quod ad linum attinet, *Di lino*. Lex. I. C. Lineus, linteus, qui ex lino eſt, *Coſa di lino*. Item, linteamen.

Lingo, is, lambo deguſto, *Leccare*. Item, paulatim deguſto, vnde, linctus. Vide.

Lingonicus, p. c. Lingonicus bardocucullus, veſtimenti genus vilißimum, Lingonibus in vſu.

Lingua, membrum notum à lingendo, dicta. Lingua Plinij, herba paluſtris. H. P. lingua canina, bubula herbæ genus. Lingua petræa, lapilli genus.

Lingua, lingula, promontorium. Lingua minor, hypoglottis. Vide.

Lingua ignis, flamma externa, protenſa in ſpeciem ignis. Lingua maris Ægypti Nilus. Lingua, herba naſcens circa fontes, lingua petræa, lapillus inter gemmas gloſſopetra. Lingua menſura quædam, & inſtrumentum ad ſimilitudinem cochlearis. Item, diuerſitas linguarum. Lex. Phil.

Linguacio, linguacũlus, linguax, ãcis, linguoſus, verboſus, ſtultè loquens, *Linguacciuto*.

Linguagium, ſermo. Lex. Phil. vox Barb.

Linguata ciuitas, Athenæ. Tert.

Linguam capulare, abſcindere, pœna blaſphemorum. Cod. ll. antiq.

Linguam paſcito, linguis faueto, indictum in ſacris ſilentium à Præcone.

Linguarium, inſtrumentum, quo lingua coërcetur, & occluditur. Item, quod pro linguâ temerè locutâ penditur. Linguatio, linguæ amputatio. Linguo, as, linguam cædo, Gloſſ.

Linguatus, linguax, loquax, linguoſus, verboſus, maledicus. Lex.

Lingulatus, lingulam habens.

Linguax, ãcis, p. p. verboſus, *Cianciatore*, *Linguacciuto*.

Linguoſus, loquax. Linguoſitas, loquacitas.

Linguiſciſinus, ferrum quo frutices reciduntur. Iſid. Gloſs. Ligniciſinus. B. Vulc.

Linguitri, ſulci trifariam diuiſi. Iſid. Gloſſ.

Lingũla, ligũla, parua lingua, *Linguetta*. Item, cochleare deſpumatorium, & pharmacopolarum ad extrahenda è vaſis vnguenta. Item, menſura cochlearis. Item, gladiolus oblongus in linguæ ſpeciem.

Lingula, roſtrum, pars vectis, quæ ſub onus ſubditur, & hypomochlio inſiſtit. Iun. Item, puluinus oblongus, qui in mare excurrit ad inſtar linguæ. Lex. Phil.

Lingulaca, piſcis, ſolea, linguata.

Lingulãcæ, mulieres verboſæ, *Cianciatrici*. Item, piſces, ſoleæ dictæ, *Linguate*.

Lin-

Lingulāti tubuli, ex vna parte inſtar linguæ, vt alius in alium penetret. Rh.
Lingulati, calcei, ſocci, ſoliati dicuntur. Cernui ſunt ſine ſolo. Iſid. Lingulatæ trabes, incaſtratæ. Vitr. Lingulatus, linguam habens. Vitr.
Linguo, is, linguam lambo, pro linguo. Lex. Philol.
Lingurium, electrum, ſuccinum.
Lingus, linx. Sup. *Lupo ceruiere.*
Liniamenta. vide, Lineamenta, lineamentum.
Liniarius, retiarius. Iſid. Gloſs.
Linifarij, linifices. l. i. c. *Linaiuoli.*
Linificia, textrinæ linearum veſtium. lex. i. c. Linifex, qui linum facit. Linifico, linum facio.
Liniger, p. c. gerens veſtes, *Chi hà veſte di lino.*
Linimenta, vnguenta mollia, & liquida. Gorrh.
Linio, is, vngo, *Vngere.* Lino, is, inungo, obturo, *Stendere cera, ò coſe ſimili, impiaſtrare.*
Linipedium, lineum calciamentum, *Calcetto di piedi di lino.* Cath.
Linipes, p. p. habens pedes lineos, *Chi hà i piedi di lino.*
Linipōla, p. c. lini venditor, linopōla, linarius, qui linum parat.
Liniſtēma, ātis, veſtis ex lino, & lanâ contexta, quod in ſtamine linum, in tramâ lanam habet. Cath.
Linitepium, pannus tegens pedes, *Panno da cuoprire i piedi.* Pap. lintpedium. Vide.
Linitextor, Linio, onis, qui ex lino telas texit, *Teſſitore di drappi di lino.* Sup.
Liniuia, linaria, retia. Iſid. Gloſs.
Linium, filum tranſuerſum, cui ſtamina applicantur. Gell.
Lina, æ, ſagum quoddam militare. Cath. Linātus, ſagatus. Iſid.
Lino, is, linio, is, inungo, *Vngere, empiaſtrare.*
Linocalāmis, linum agreſte. lex. g. b.
Linochiton, lineam tunicam habens, *Tonaca di lino.*
Linodeſmus, vinculum habens lineum. *Legame di lino.*
Linon, commiſſura piſcium ſigni cœleſtis. Scal. ad Manil.
Linopēplus, peplum habens lineum.
Linoplōcus, retia plicans, piſcator, *Peſcare.*
Linoptes, qui in retia incidentia animalia obſeruat. Poll.
Linoſpartum, lini geniſta. Lex. Phil.
Linoſpermon, lini ſemen, *ſeme di lino.*
Linoſtaſia, explicatio retium, *Diſteſa di reti.*
Linoſtēma, veſtis ex lanâ linoque contexta, & dicta ita, quia in ſtamine linum, in trama lanam habet, vnde linoſtēmus, a, um, vt linocrōcus. Vide. Lex. Phil.
Linoſtola, amictus lineus, *Veſtito di lino.*
Linoſtēma, linoſtima, palla, orarium, ſtrophium lineum læuæ ſacerdotum, ad tergendum, *Manipolo Sacerdotale.*
Linoſtrōphum, herbæ genus. Praſium.
Linozoſtis, herba mercurialis dicta, *Marcorella.* Parthenium.
Linotōmus, qui linum ſecat, *Chi ſega il lino.*
Linquo, deſero, *Abbandonare.* Linquens animus, deficiens, compoſitum. Relinquo, &c.
Lintea, veſtis, ex lino contexta. lex. i. c. *Veſte di lino.*
Lintearium, ad linteum ſpectans. Linteariæ, negotiatio.
Linteārius, qui lintea conficit, aut vendit. Linteo, ōnis, *Chi fà, ò vende lenzuola.* Linteator, linitextor. Lintes, as, linteum facio. Lex.
Linteātus, linteis, aut lineis veſtibus indutus. Linteum, ex linteo, *Di lenzuolo.*
Linteī libri, in quibus Imperij Romani facta continebantur. lex. i. c.
Linteōnes, p. p. qui texunt linteamina in veſtium vſum, *Teſſitori di tele.*
Linter, ris, lintreum, lintrus, naucula, aut vas ex arbore excauati, *Batello.* Lintrarius, qui lintres agit. Sup. *Barcaruolo.*
Linter, lignum excauatum, ex quo aquantur pecora inſtar lintris nauiculæ. Item vas, in quo vua portatur ex vno itidem ligno exculptum. Vide Nauis. Lex. Phil.
Linteum, pannus lineus, quo facies extergitur, *Lenzuolo, ſciugatoio.* Item, velum. Item, inuolucre, quo inuoluimus humeros, cum caput pectimus, aut tonſori operam damus. Item, veſtis linea. Sindon.
Linteōlum, dimin. *Lenzuoletto.*
Linteus, a, um, ex linteo panno factus, *di lino.* Lex. Phil.
Lintriculus, paruus linter, *Barchetta.*
Linum, herba nota, *lino.* Item, filum, *filo,* & quod eſt ex lino.
Linum crudum, veſtis pauperum, Fumigans, ellychnium caliginoſum. Mundum, candidum, regia veſtis. Sacerdotalis. Catagraphum, variè depictum. Catull. Lex. Phil.
Linurgus, qui linum laborat. Linurgia, lini operatio, *Lauoro di lino.*
Linus, cantilena paſtorum. Item, funis: Threni. Lex. Phil.
Linyphiones, linteones. Linyphium, lini textrina. Linyphiarium, artificium ipſum. Salm.
Lio, as, leuigo, complano, complanando rimas oppleo, vnde liaculum, ipſa complanatio.

Lia, instrumentum complanatorium. Tertull. Lex. Phil.

Liocaulos, læuem caulem habens, *Di gambo puliro, liscio*.

Liophyllos, brassicæ genus dictæ à leuitate foliorum Gorr.

Liophyllos, læuia folia habens, *Di foglie liscie*.

Liopõdes, planci, quibus pes medius ab interiori parte non est cauus, sed planus quasi tabella. Gorr.

Liostrãcos, læui testâ contectus, *Di guscio liscio*.

Liostrea, læui testâ contecta. Turn.

Lipandria, virorum defectus, & penuria. Lipandrium, decretum de reparandâ penuriâ hominum. Suid.

Lípar, piscis marinus. Rondel.

Lipăra, medicamenti pinguis, & lenis genus. Celsi. Item, Insulæ nomen. Liparus, pinguis.

Lipăris, lipăre, gemma, cuius suffitu bestiæ necantur. Liparis piscis inter lacertos. Item, fluuius. Vitr.

Liparommãtos, qui est oculis nitentibus, *Di occhi rilucenti*.

Liparon, pingue. Item, herbæ nomen. Gorr.

Lipărops, pinguem, nitidamque faciem oculosque habens, *Di faccia bella*.

Lipemĕros, qui statuto die præstò non fuit. *Chi non è comparso al giorno prefisso*.

Lipernes, qui ex diuite factus est pauper, *Di ricco povero*.

Lipit, lipuit, labit, dolore afficit. Glossi. *addolora*.

Lipites, Arcturus. Glossa. A. l.

Lipobij, qui vitam deseruere, *Morti*.

Lipoblephărus, oculo destitutus, *Chi hà perso vn'occhio*.

Lipodarium, reliquiarium. lex. g. b. *Reliquiario*.

Lipodermus, apella, recutitus, cui deficit cutis tegens glandem. Lipodermia, huiusmodi morbus. Dermus, cutis. Lex. Phil.

Lipomartyrium, actio in desertores testimonij. Poll.

Lipomĕtor, lipopãtor, qui matrem, patrem reliquit. *Chi hà abbandonato la madre, il padre*.

Liponautes, qui nautas socios reliquit.

Liponerus, insigniter nequam, *scelleratissimo*.

Lipopsychia, animi deliquium. Lipothymia. Differt à syncope, quia illa minorem noxam viribus dat, hæc maiorem.

Lipostratios, qui militiam deserit. Lipostratia, militiæ desertio, *abbandonar la guerra*.

Liposoriæ, cumuli, colles. Anon.

Lipotaxĩa, ordinum desertio in militiâ. Lipotaxius, qui deserit, *Fugitivo*.

Lipothymia, animi deliquium. Lipothymus, lipopsychia. Vide.

Lipperus, mollis, tener. Cath.

Lippio, is, lippus fio, *diuenir lippo*. Lippitudo, oculorum lacrymantium vitium, *Cisposità*. Alguadarnesi, Arab. Lippus, hoc morbo laborans, *Lippo, cisposo*.

Lippiturio, lippire incipio, aut cupio. Lippidus, lippiens, lippidũlus, aliquantum lippus, Gloss. lippisco. Cath.

Lippus, qui oculis est lacrymantibus, *Lippo, cisposo*.

Lips, ventus Africæ.

Lipsanum, lipsăna, orum, p. c. reliquiæ, quæ ex totâ re superfunt, ossa sanctorum, *Reliquie*. Item, eorum vas. Lex. Phil.

Liptõte, p. p. figura, cum minus dicimus, plus significantes. Litotẽta.

Lipyria, febris maligna, cum extrema frigent, & interna æstuant. Onom. m.

Liquabile, p. c. quod liquescere potest. Apul. *Che si può liquefatare*.

Liquãmen, pinguedo animalium igne liquefacta, *Strutto, colato*. Item, condimentum ex liquidis, liquamentum. Item, garum ex pisce. Muria olim, Liquamen. l. i. c.

Liquaminarius, qui liquamen conficit venditve. Onom. med. Liquaminatum, cliquatum, *Strutto*.

Liquare vina, bibere, *bere*.

Liquata vox, quæ liquido exit gutture. Turn. *Voce chiara*.

Liquefio, liquesco, mollesco, liquidus fio, diffluo, *diuenir liquido*. Liquefacio, liquidum facio, *Liquefare*.

Liqueo, liquesco, liquefio, liquidus fio, *Liquefarsi*. Liquentia. Liquentior, liquentius, liquidius. Liquĩdus, *Liquido*. Liquidum, aqua. Liquidò, liquidè, purè, manifestè.

Liquesco, incipio liquere, vel liquari: actiuum Liquefacio.

Liquet, constat, manifestum est, *E manifesto*. Liquidum, manifestum, accuratum.

Liquidò iurare, verè, & apertâ veritate iurare. Liquĩdò, adu. purè manifestè, vt verè. Duar. Liquidus, liquore præditus, fluidus.

Liquescentia, apparentia, vel defectus, vel liquiditas. Cath.

Liquĩdo, as, liquidum, purum facio. Lex. Phil.

Liquidum auspicium, cum sereno cœlo certum redditur. Lex. Phil.

Liquidum, molle, purum, dulce, aqua. Liquidiusculum, aliquantum liquidum. Liquidè, liquidè, purè, clarè.

Li-

Liquiritia, glycyrrhiza, *Regolitia*.
Liquitur, labitur, fluit. Fest. *Si disfà, ſi liquefà*.
Liquor, ēris, p. c. ſoluor, *Liquefarſi*. Liquo, as, liquefacio, liquidum facio. *Liquefare*. eliquor.
Liquo, as, liquere facio, liquidum, vt liquare igni metalla.
Liquor, oris, p. p. humor liquidus, *Liquore*.
Liquo, as, liquidum facio, facio defluo, liquorem emitto, eliquo, &c.
Liquuit, claruit. Tertull. Licuit. Idem.
Liquus, liquis, anguius contrarius enormi. Scal. ad Fest.
Lira, æ, ſulcus, foſſa recta in agro, *Solco*. Lirare, p. p. liras in agris facere. Ineptire. Gloſſ. Lirātim, p. p. per liras, per ſulcos, *A ſolco, à ſolco*. Liræ, nugæ. Vide, lyræ.
Lirīnum vnguentum, ex lilijs. Lirion, lilium. *Giglio*.
Liripipium, epōmis, ſuperhumerale, vox Barb. Lex. Phil.
Liriſtis, pro liriſtes, Salmaſ. vide, lyricen.
Lirium, liliaccum vnguentum. Item, ſuccus floris. Onom. m.
Liro, as, liras facio. Item, confodio, ſulco. Lex. Phil.
Lis, iurgium de re quàpiam inter aliquos, apud iudicem. Item, actio ſiue in rem, ſiue in perſonam. L. I. C.
Lis, tis, ſumma eſt, *Lite*. Controuerſia, partis. Litis conteſtatio, negotij principalis apud iudicem, hinc inde facta narratio. Litis æſtimatio, cum quanti res, quæ venit in iudicium, à iudice æſtimatur. J. i. c.
Lis vindiciarum, cum litigatur eâ de re apud Prætorem, cuius, incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor. Bud. li. c.
Liſæ, venæ gutturis, maiores ſphagitides; vnde, Eliſæ venæ, ſectæ. Elidere, ſecare eas, Cato.
Liſta, linea, ora, & limbus, liſta. Vnde, Subleſtus. Anaſt. in Leone.
Liſtron, ſcaphula, ſeu ventilabrum ferreum, quo veuntur in complanando ſolo. Radula. Poll.
Liſus, læuis, planus, *Liſcio*. Monoſt.
Lita, illita, *impiaſtrati*. Vide, lino.
Litamen, litatio, Vide, litatio.
Litania, ſupplicatio, ſupplices preces. Litæ, à lito, as. Vide: Deæ præſides ſupplicantium, *Letanie*.
Litāre, ſacrificio peracto Deos placare. Feſt. à Lito, as, ſacrifico: perlitare, perfectè litare.
Litare, eſt propitiare, & votum impetrare. Sacrificare, eſt, veniam petere. Non-

Litargia, lethargus. Meſue.
Litatio, voti per cæſam victimam impetratio. *Impetratione di chi ſi prega ſacrificando*.
Litatò, auſpicatò, addicentibus victimis. Auſpicatò, addicentibus auibus.
Literarius, ad literas pertinens. Literātus, literis ornatus. Littēra, Aldus duplici tt. ſcribit.
Literator, grammatiſta, literas docens, Calculo. Vide.
Literatio: literiſta, literiō, prima docens elementa. Literatus verò, & Grammaticus, qui eruditior literatore. Voſſ.
Literātor, literis leuiter imbu[illegible]s. Literatè, doctè. Literātus ſeruus, liter[illegible] notiſque compunctus, Literalis, lit[illegible]ior. Litera caduca, exoleſcens, fugiens. [illegible]c. Literatorius, litteratus. Cath.
Literatoria, litera[illegible]ra, Grammatica, & literæ humaniores. Feſen. Literula.
Literatura, Grammatica, ars literatoris, literarum ſcientia.
Literōſus, literatus. Antiq. Mon. Literatus, literis notiſque compunctus. Plaut. *Segnato*.
Literūla, exigua litera, & diſciplina. Litero, as, literas coniungo, *Comporre*.
Lithanicus, calculus, qui in veſica naſcitur. Bero.
Lithargyrus, lithargyrium, ſpuma, ſcoria argenti indurata. Chryſitis, argyritis, & molybditis. Plin.
Lithiaca, libri de lapidibus, *Trattato di pietre*.
Lithiaſis, calculi generatio in veſicâ. lex. med.
Lithizontes, gemmæ ex genere carbunculorum.
Lithobōlos, lapides iacens, machina, *Pietrera, artiglieria, ò altro ſtromento*.
Lithocardius, cui cor lapideum eſt, *Chi hà il cuore di pietra*.
Lithocephālus, qui duro, & lapideo eſt capite, *Chi hà il capo di pietra*.
Lithocolla, glutinum, quo lapides ferruminantur, *Colla per pietre*.
Lithodendrum, coralium, habens ramos lapideos.
Lithodermus, pelle lapideâ tectus, *Pelle di pietra*.
Lithōdomus, architectus, lapidarius.
Lithofalco, dendrofalco, lapidarius, arborarius falco.
Litoglyphus, ſtatuarius, qui lapides ſcalpit, *Scarpellino*.
Lithogonia, lapidis generatio. Onom. m.
Lithoides, os lapideum ad aures poſitum vtrinque lapides referens.

Li-

Lithologēma, ex lectis lapidibus constructa domus.
Litholōgus, qui lapides legit, *coglie pietre*.
Lithomargaron, margarita. Ann. *Perla*.
Lithotriptica, medicamenta calculum frangentia.
Lithophorus, ferens lapides.
Lithos, lapis. Lithostrōta, p. p. pauimenta ex minutis lapillis. *Lastrico di pietruccole*, *accotonato*.
Lithospermon, herba, milium solis in asperis nascens. Lithospermos. H. P. cauda pecorina.
Lithostrōtus, lapidibus stratus. Bibl.
Lithotōmon, lithulcon, instrumentum, quo lapis è vesica extrahitur. Onom. med.
Lithotōmus, chirurgus, lapidem incidens, *Taglia pietre*. Lithotomia, latomia, lapidicina, lapidis incisio.
Lithulci, qui lapides trahunt. Lithulcum, lithotōmum, instrumentum, quo calculi è vesicâ extrahuntur.
Lithurgus, qui lapides elaborat, lapidarius. *Lauora pietre*.
Liticines, p. c. qui lituo canunt, tibicines, qui tibiâ; tubicines, qui tubâ canunt, *Trombetti*. Liticen, liticīna.
Litierſis, linus, cantio rusticorum, & messorum. Poll.
Litigium, litis actio, *Lite, piato*. Litigiōsus, frequens in litibus. Item, controuersum. Litigātor, qui litigat, *Litigante*. Litigo, as, disceptō, litigare. Litigiosa res, quæ in litem venit.
Litigiosa, controuersa bona. A. Bonf.
Litimonium, seruitium, vel patronatus obsequium. Cod. ll. antiq. conditio litis. Vide, litos.
Litium, licium. Vide.
Lito, as, Deos placo, sacrificio facto, *Impetrar con sacrificio*. Vnde, litatio, litania.
Litorōsus, litoribus plenus, litoreus. Vide, litus.
Litōtes, tenuitas, vilitas, frugalitas: litos, tenuis. In Rhetorica fig. cum minus dicitur, quam significatur, cum negatione contrarij, non tardus, &c. Lex. Phil.
Litra, & Apœna, munera data liberatoribus. Scal. Item, obolus, Poll. semilitra, semiobolus: decalitron, decem oboli. Idem.
Littora, litora ex Aldo, maris. Ripæ, fluminis. Littus. Littorale, ad litus pertinens.
Lituaris, herba. Iun.
Lituo, as, lituo, tubâ cano. Litua, tuba. Sup.
Lituchus, liturgus, habens curam rei sacræ. Alciat.
Litūra, expunctio, scripturæ macula, *Cassatura*. Litūro, as, maculo, expungo. Sidon. Literarius, qui literas facit. Iustin.
Literarij codicilli, aduersaria, in quibus prima concepta scriptionis nostræ præscribimus, olim in palimpsestis fiebat. Scal. Litūro. Vide.
Liturgia, ministerium publicum, functio muneris Ecclesiastici, diuini. Liturgium.
Liturgia, omne ministerium, & propriè cultus diuini, & circa altare, sacramque mensam. Lex. Phil.
Liturgiæ, ritus in his seruandi.
Liturgus, minister sacer publicus, operarius publicus, *operario publico*. Liturgicus, a, um, ministerialis.
Lituro, as, lituris induco, deleo. Lex. Phil.
Litus, littus, oris, ora maris, nempe terra, aut saxum. Ripa verò fluminum est. Lex. Phil.
Litus, lidus, lito, onis, homo dedititius, qui ingenuitatem suam mancipauit in Legg. vett. Lida, fœmina, Lex. Philo'. litimonium, conditio litis, status seruilis. Idem.
Litus, a, um, vnctus, à lino, is. At Litus, ōris, terra mari adiacens. Litorcum, litorāle, maritimum. Litorōsum, plenum litoribus.
Litus, lites, lidus, hominis deditiij genus, quod ingenuitatem suam pretio mancipārit, *Buonauoglia*. Cod. ll. antiq.
Lituus, i, baculus incuruus augurum. Item, buccina incurua. *Bacchetta degli auguri*, *trombetta*.
Lityersa, hymni, & orationes Rheæ. Iulus, Cereri. Dithyrambus, Baccho. Hypoëum, Dianæ. Pæan, Apollini. Nouar.
Lityersa, messorum cantilena. Lex. Phil.
Liuia, columba agrestis, à liueo dicta, quasi liuida. Lex. Phil.
Liuellus, libellus. Vide liuellus.
Liueo, es, sum plumbeo colore. Item, inuideo. Liuor, color liuentis. Lex. Philol. Item, macula nigra in corpore ex percussione facta, plaga à flagello. Item, oculi fugillatio. Item, inuidia. Liuore infectus, inuidus.
Liuor, ōris, color ex pallido nigrescens, *Liuidore*. Liueo, liuesco, liuidus fio. Liuidulus, subliuidus, *Inuidioſetto*. Liuidus color, subniger. Liuio, ōnis, inuidia. Liuidus, inuidus, *Maligno*.
Liuorāre, vulnerare. Liuorōsum, liuore plenum. S. Adaman. Liuor, ōris, macula ex percussione, *Liuido*.
Lix, cis, cinis, antiq. *Cenere*. Vnde. lixiuium, lixiuia, decoctum, ex cinere, lixiuus cinis. Var. lixiuium.

Li-

Lixiuum vinum, protropum, ſponte fluens ex vuis calcatis, *Corſio*.

Lixa, cocus, & miniſtrans aquam militibus. Lixa, aqua, olim à lixãre, elixare. Antiq. Lixatura: lixæ, agmen quod per milites ambulant, Lixum. Iſid.

Lixabundus, qui exiguæ mercedis gratia famulatur, longumque iter conficit. Lixeo, lixus fio, *Leſſarſi*. Lixo, as, lixum facio. Vide.

Lixiarchi, magiſtratus eorum, qui ſuæ tutelæ ſunt.

Lixiõnes, aquarum portitores, partitores. Iſid. Gloſſ. lixio.

Lixiuia, lixiuium, aqua, in quâ cinis coctus ad lauandum, *Leſſia, ranno*.

Lixiuus, a, um. Lixiuius, a, um, quod colatur, & tranſit, ſeu eliquatur. Lixiuium muſtum, ſponte fluens, antequam briſentur vuæ. Lex. Phil.

Lixula, ſemilixũla, circuli ex farinâ, caſeo, & aquâ. Vocabulo Sabino. Varro. Item, paruus lixa.

Lixo, as, aquâ coquo, *leſſo*. Lixatũra, lixatio, lixandi actus, *Leſſamento, leſſare*. Lixamen, lixamentum, lixatura.

Lixor, oris, portitor aquæ. Voc. vet. Lex. Philol.

Lixula, cibi genus, à lix, quod eſt aqua. Lex. Phil.

Lixus, a, um, aquâ coctus, à lixo, as. Vide.

L O

Loba, milij nigri exotici Indici ſpecies, *Sagina, ò ſorgo roſſo*. Item, culmus, ſeu coma arundinacea, *Pannocchia, ò rappa*. Plin. Bud.

Lobi, fibræ hepatis, pulmonis, & cordis. lex. med.

Lobus, infima auriculæ pars carnoſa. Item, fibra hepatis, pulmonis, & cordis. Item, cortex leguminum, & ſeminum. Item, ſiliqua, *Loba*. Bud. Item, lupus Hiſpanicè. Barb. Lex. Phil.

Loca, ſiue, locar, locus ad vrbem Romam. Iſid. Gloſſ.

Loca teſtimonialia, conuentus, capitula. A. Bonf.

Locãlis, ad locum pertinens. Localiter, adu.

Locarij, qui locant foros ad ſpectandum, opterium, horum pretium. Topiatici. L. I. C.

Locarium, ij, pretium, quod datur in ſtabulo, in theatro, & tabernâ pro conſiſtendi poteſtate. Varro. *Stallagio*. Topiaticum, Græcè.

Locarius, qui in ſpectaculis loca populo locat. Locatarius. Lex. Phil.

Locatitia, mulier, quæ ſe locat. Locatitius.

Locatitium, quod mercede locatur. Locatitius, conductitius, qui ſe mercede locat. Lex. Phil.

Locator, qui rem aliquam pretio vtendam dat. Locatio. *Fittanza*. Contra, conductio.

Locãtum, poſitum. Antiq. Feſt. Item, vtendum datum, *Fittato*.

Locellus, paruus loculus, crumenula. Loculus, dimin. *Borſicchia*.

Locerna, lucerna, à loco, in quâ collocabatur lampas, vel candela. Salmas.

Loch, eclegma, *Lambitiuo*, Meſue.

Lochæi, diphri, in quibus ſeſſitant parientes. Rh. *Sedia per le parturienti*.

Lochãgus, manipuli præfectus, primanus, præſtes, decanus. Leo. Tact. Lochagia, præfectura.

Lochia, quæ à puerperâ poſt fœtum, & ſecundas exeunt. Lex. med. Catamenia. Gorr.

Loci, muliebris vterus, matrix, vbi naſcendi initia conſiſtunt, Varr. Loci, poſticum naturæ. Petron. Item, argumentorum ſedes. Item, genitalia, ſedes claſſes, &c.

Lociolentè, luculentè. *Splendidamente*.

Locito, as, frequenter loco, *Speſſo affittare*.

Loco, as, conſtituo, pono, *Porre*. Item nuptui do, *Maritare*. Item, pretio vtendum do, *appigionare, affittare*. Item, ſepelio, certo loco humo, Lex. Phil.

Locrum, lucrum, *Guadagno*. Locellum, lucellum, paruum lucrum, *Guadagnetto*.

Loctrochous, ad ignem aſcendens. Dalech.

Loculamenta, loca diſtincta, ſiue capſulæ librorum, *Ripoſtigli*: aut auium, apum, &c. *Ceſtini, nidi*, vbi ſolent nidificare, ſeu ædificare. Item, conceptaculum, ſeu theca rei. Vitr. Item, diaphragma, interſeptum. Lex. Phil.

Loculãtum, loculõſum, habens diuerſos loculos, aut locos.

Loculãtus, in ſepulcro poſitus, in certa loca diſtinctus. Item, multos habens loculos, *Pieno di luoghi*.

Loculentitas, loquacitas. Loculentus, loquax, eloquens. Sup.

Loculoſus, abundans loculis, *Pieno di ripoſtigli*. Lex. Phil.

Locũlus, locellus p. c. exiguus locus, *Luoghetto*. Item, loculamentum in piſcinis, aut viuarijs. Item, ſacculus numorum, *Borſa*: aut pheretrum cadauerum, *Cataletto*.

Locũples, ẽtis, diues agris, quaſi locis plenus, *Ricco*: Locupletiſſimus. Locuples reus, qui eſt ſoluendo.

Locuplẽto, as, p. p. diuitem reddo, *Arricchire*. Locupletãtus, diues, *Ricco*.

Lo-

• Locus, ſedes, *Luogo*.
Locus, notæ ſignificationis, Item, pudendum muliebre, vti ſolum, aruum, ſulcus, contra Vomer. &c. Petron.
Locuſta, animal inſectum, ſaltãs potius, quam volans herbas corrõdens, *Caualetta*. Item, piſcis cruſtacei, marini genus, *Locuſta*.
• Locutor, qui loquitur. Apul. Lex. Phil.
Locutoria, feneſtella monialium, ad quam moniales cum hominibus loquuntur. Nouar.
• Locutuleus, loquutuleius, blatero, loquax, *Cianciatore*. Locutor, *parlatore*. Locutio, *parlamento*.
Locythus, putamen oui. Locithus, putamen lentis, *Scorza*.
Lodex, lodix, īcis, p. p. lecti operimentum. Lodicula, parua lodix, *Coltre, ſchiauina, coperta da letto*.
Lœbeſum, lœbertatem, antique, prò, liberum, libertatem. Feſt.
Lœbium, vas ad ſacrificandum, è quo olim libabatur, *Vaſo da olio*.
Lœdoria, mordax conuicium, *Detto mordace*. Scomma, vrbanitas.
Lœdõrus, conuiciator apertus, amarulentus.
Lœmicum, peſtilens. Lœmos, peſtis, *peſte*. Lœmõdes, peſtilens. Lœmas, peſtis.
Lœpadus, nautici veli genus. Poll.
Lœmophygia, peſtis fuga.
Logades, delecti ciues.
Logariaſtæ, rationum Præfecti, publicos reditus tractabant, & videbant, ne alicui deeſſet ſtipendium. Buleng.
Logarium, logidium, oratiuncula, diſſertatiuncula, minutæ rationes, ratiuncula. Vlpian. *Canticello*.
Logēum, p. p. pulpitum in ſcenâ, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, & vbi conſulentes conueniunt. Logeium.
Logi, ſermones, verba futilia, *Parole, ciancie*.
Logia, verba contemnenda.
Logia, collecta pauperibus ſubleuandis. Item, diuina reſponſa, proſa edita, Capel. Chreſmi, carmina. Rh. Suid.
Logiatrus, verborum tenus medicus, *Medico di parole*.
Logiotati, hiſtoriæ, & antiquitatis peritiſſimi. Dalech.
Logica, Dialectica, ars diſſerendi. Logicãre, Petr. Cell. Logicalia, logicè.
Logiſtæ, Rationales, ſupputatores, æſtimatores, *Computiſti, Sindici*.
Logiſmus, ſupputatio, *Abaco*. Logiſma, cogitatio, ſermo, Cath. *Diſcorſo, conto*.
Logiſterium, locus vbi exercitus recenſetur, ſtipendiumque numeratur. Item, vbi logiſtæ ſedent, ſchola calculatoria, *Scuola d'abaco*.
Mulctra, Mulctrum, mulctrale, lac emunctum. *Latte munto.*
Mulctrale, mulgarium, vas in quo lac mulgetur. *Secchiello da mungere.*
Mulctus, us, mulctura, mungendi actus. *Il mungere.* Mulctum, quod emunctum, à mulceo: mulsum, à mulgeo.
Mulgarium, mulctra, mulctrale, multrum vas in quo mulgetur. Pap. Isid. *Vaso dove si mungie.* Cath.
Mulgeo, es, lac è mammis exprimo. *Mongere il latte.*
Mulgo, as, inusit. palam facio: promulgo, vbiqu. *Promulgare, palesare.*
Muli Mariani, furculæ quibus religatas farcinas viatores gestant. Fest.
Mulicurius, mulio, qui mulos curat, mulorum præfectus. Sup. *Mulattiere.*
Muliebre, ad mulieres spectans, *Da donna.* Muliebriter, molliter. *Donnescamente.* Muliebrarium, per mulierem ordinatum. Pap.
Muliebria, brium, menstrua, pudenda mulierum. Virilia, virorum. Muliebria pati, præpostera libidine subagitari.
Muliebritas, mollities. Muliebriter, adu. *Da femina.*
Mulier, fœmina, vxor. *Donna.* Muliercula, *Donniciuola.* Muliercularius, alienas mulieres sectans. Lex. I.C.
Mulierāre, effœminare. Varro. *Effeminare*, à muliero, as.
Melierarius, mulierōsus, effœminatus. Mollis, & qui mulierem appetit. *Donnesco.*
Mulierositas, cupiditas fœmineæ voluptatis, *Inclinatione alle Donne.* Vnde mulieritas. Tertul. Mulierōsus, mulierarius, qui nimium appetit mulieres, vxorius adulter. *Amator di Donne.*
Mulierculārius, alienas captans mulieres, *Ifligator di Donne d'altri.*
Mulio, ōnis, mulius, ij, qui mulos clitellarios agit, Mulio perpetuarius, in omnem vitam vecturam faciens mulo conductitio, *Mulattiere in vita.* Item, culicum genus, infestum mulis:
Mulionius, mulionicus, mulāris ad muliones pertinens *Da mulattiere.* Item, mulio, *Mulattiere.* Lampar.
Mullei, orum, calcei regum Albanorum purpurei, postea patritiorum, à colore piscis mulli, puniceo.
Mulleolus calceus, lunatulus quasi insutus, insigne senatorum: contra purus, ex puro corio, plebeiorum.
Mullo, as, ui, ire: vnde mullei, à fuendo dicti.
Mullotes, mutus, gloss. b.g.
Mullus, piscis marinus, & lacustris barbatus, *Barbo, triglia*, Mulleum, è mullo.
Mullūlus, paruus mullus.
Mulocisiarius, qui cisium, seu currum duarum rotarum agit, & curat, carrucarius. Scal.
Mulomedicus, veterinarius, equarius medicus. *Manischalco.*
Mulōsus, rusticus. Isid. gloss. *Villano.*
Mulseus, a, um, mulsi saporem referens.
Mulsis, fit ex seminibus mundatis, vel fructibus, vel ex vtrisque ob sitim extinguendam, & huiusmodi. Gorr.
Mulsum, œnomēli, potio ex melle, & vino. *Vin melato:* promulsis, potio conditanea ex mulso. Melicraton, aqua mulsa.
Mulsitanter, leniter. Isid. gloss. *Dolcemente.*

Mulſus, mulſeus, dulcis inſtar mulſi. Mulſum, acetoſum, oxymele, Mulſa aqua, *acqua melata*, Mulſum, à mulgeo: Mulctum, à mulceo.

Mulſus, a, um, aliquid melle miſtum, vt aqua mulſa dicta melicraton, hydromeli.

Multa, mulcta, ſolutionis pecuniariæ pœna. Multo, as, punio. Multaticium, quod ex multâ collectum eſt, vide, mulcto.

Multa maxima, in maioribus delictis, ouium duarum, boum xxx. minima, ouis vnius. Scal.

Multangŭlus, polygŏnus, p. p. multos angulos habens. *Di molti canti*. Lucr. Multarij, factioſi. Conſt. nouel.

Multatitius, a, um, multando exactus, vt multatitia pecunia. Lex. Phil.

Multeſima pars, quantitas infinita. Lucr. melius, minima.

Multeſimus, a, um, vnum è multis. Multeſima pars, Lucr. minima. Lex. Phil.

Multibarbus, multam habens barbam. *Barbone*.

Multibibus, p. c. qui multi eſt potus: temulentus; bibax. Plaut. *Beone*.

Multicaulis, multos habens caules. *Di molti gàbi*.

Multicauus, p. c. multum habens concaui. Multicauātus, p. p. *molto concauo*.

Multicia, veſtis. Multicia, multicium veſtimentũ, multilicium, polymitum, variis liciis, & coloribus conſtans, ſericeum, *Damaſco à opera*, Salm. Item, veſtis ſerica, & benè denſata.

Multicŏlor, multicolorius, verſicŏlor, diſcŏlor, varior, diuerſos, habens colores. Multicolōra, multicoloria. Prud. *Di varij coleri cangiante*.

Multifariè, multifariam, multis locis, varie, multis modis, *In molti modi*.

Multifarius, varius, multis modis loquens, multiformis, multas formas habens, *Di molte forme*.

Multifarius, a, um, quod multis modis eſt fari. Lex. Phil.

Multifacĕre, magni facere, *Stimar molto*.

Multĭfer, multa ferens, fertilis. Gloſs. *Che produce molto*.

Multifidus, in multas partes fiſſus, diuiſus, *Fesso in molte parti*.

Multifŏris, multifŏrus, multiforatilis, habens multa foramina. Apul. *Di molti buchi*.

Multiformis, varius, *Di forme diuerſe*. Multiformĭter, variis modis, *Variamente*.

Multigĕnus, multigenĕris, multorum generum, *Di molte ſorti*.

Multilicia, vide. Multitia.

Multilŏquus, qui varijs loquitur modis.

Multimodus, multis modis. Liu. multiplex.

Multiŭgus, multiiugis, multiplex.

Multilŏquus, multilŏquax, loquax.

Multimŏdus, *Di più ſorti*.

Multimammia, multas habens, mammas.

Multimodis, adu. variè, ſicut omnimodis. Multimodus, a, um.

Multinŏdus, nodoſus, *Di molti nodi*.

Multi nominis, multorum nominum. Apul.

Multinūba, quæ multis nupſit. Multinubentiæ.

Multiuorantia. Tertul.

Multinūmus, cuius operâ multos paro numos. *Di molti danari*.

Multipēda, millepēda, animal inſectile. Multĭpes, multos habens pedes, *Di molti piedi*.

Multiplex, multas implicationes habens, *Intrigato*.

Multiplicatio, multipliciter.

Multiplĭca, veſtis multas habens plicas.

Multipătens, multiſcius, multisŏnus, multiſonōrus, multiuăgus, *Che vaga molto*. Multinŏlus, multas habens voluntates.

Multiroga oratio, multum, vel multa rogans.

Multiſcius, a, um, multa ſciens. Apul. Lex. Phil.

Multitia, multicia, orum, indumenta minutiſſimis filis contexta; polymita, dicta, vide.

Multitūdo, frequentia, *Moltitudine*.

Multiuidus, multa videns: multiuida, Pal.

Multiuăgus, multum vagans.

Multiuira, quæ multis nupſit, *Che ha hauuto più mariti*, contra, Vniuira, quæ vni nupſit, *Che ha hauuto vn ſol marito*.

Multiuus, a, um, multarum viarum Apuleius. Lex. Phil.

Multiuŏlus, qui multa cupit. Voc. Eccl. per multa volans.

Multoperè, magnoperè, *Grandemente*. Multò, tantò Plaut. multùm, valdè, multus. *molto*.

Multo, as, punio, diminuo, *Punire in danari*. Mulcto, multa afficio, Vide. mulcto.

Multus, a, um, non paucus.

Muli Mariani, milites in furcæ interpoſitâ tabellæ varicoſius onera ſua portantes. Feſt.

Mulus, ex equâ, & aſino natus. Hinnŭlus, burdo, ex equo, & aſini, *Mulo*. Vnde, Mula, mularis. Mulio, *Mulattiere*. Mulus clitellarius, qui fert onera, *Da vettura*. Muli Mariani, furculæ, quibus religatas, ſarcinas viatores gerunt. Mularis, e, ad mulum ſpectans.

Mumia, caro humana balſamo condita. Item, alia, quæ quidem non mortua, ſed occiſa ſanandi vim habet. Item, Chymicis balſamum, ſeu ſeminalis humor. Lex. Phil.

Muna, munera militibus data. Iſid. Gloſs.

Munctor, emunctor, qui emungit, cauillator, Poll. *Che monge*.

Munctrices, riui naſi, Thalamæ, nares foramina. Poll. Munctorium, minuccinium. *Moccichino*.

Mundāni, laici, idiotæ. Lex. i. c. Mundiales, *Mondani*.

Mun-

Mundīnum, quod mundi eſt, *Del mondo*. Mundiālis, Mundanus, homo mundi. Iſid. Gloſſ. Sidon. Mundialiter, Tertull. *Ad vſanza del mondo*.

Mundeburdes, Mundiburdium, tuitio, defenſio, patrocinium. Sirmon. Cod. ll. antiq. *Difeſa*.

Mundialis, homo mundani ſtatus, mundanus. Lex. Phil.

Mundialis, mundanus, mundi, *Del mondo*.

Mundiburdia, regum, vel principum, præcepta, patrocinium. Pap. Cod. ll. antiq. *Protettione*.

Mundicīna, mundities, puritas, *Mondezza*. Apul.

Mundĭter, mundè, *Nettamente*. Plut.

Mundifico, as, mundum facio, *Nettare*.

Mundiitenens, qui mundum tenet. Tertul.

Mundiuāgus, qui per mundum vagatur. *Chi và per il mondo*.

Mundium, dominium, Carth. Cod. ll. antiq. patrocinium, *Protettione*, Vide *Frea*.

Mundius, qui ſui iuris eſt, neque ſub tutorum poteſtate. Lex. Phil.

Mundo, as, purgo, *Mondare*.

Mundualdus, poteſtas, *Mundualdo*, à Mundio. Vide Cod. ll. antiq.

Mundŭlus, politŭlus, *Alquanto pulito*.

Mundus, i, vniuerſitas creata, *Il mondo*. Item, purus, *Mondo*.

Mundus muliebris, quo mulier mundior fit, vtenſilia mulierum. Mundus, Vide, Poll. l. 7. c. 22. Item hæc continet nouaculam, ſpeculum, forfices, cerotam, nitrum, antias, limbos, connexus, mitras, redimicula, anchuſas, ceruſā, vnguentum, pumicem, ſtrophium, fundam_, tegmentum, ſuſum, monilia, picturationes, veſtem luxurioſam, gryphoma, laſirim, helleborum, vittam, zonam, mitram, ſimbriam, xyſtidem, tunicam, barathrum, circularem veſtem, pectinem, &c. gemmatum, trigaſtrem, plaſtra, mundum, botriculum, chelidona, fibulas, redimicula, torques, faſcias, ſigilla, catenas, anulos, vela, ampullas, mitras, mortariola, ſardia, inaures, monilia, & alia quæ enumerari non poſſunt. Poll. l. 7. c. 22. Mundŭlus, paruus mundus. Mundus, a, um, purus, politus.

Munduualdus, tutor. Vide, Mandiburgus.

Mune, cunnus, pudendum muliebre. Cor. pret.

Munem, officioſum antiqui dixere, contra. Immunis, nullo fungens officio. Feſt. *Eſſente*.

Munerabundus, munerantis geſtum habens. Apul.

Munerarius, libellus, in quo nomina erant gladiatorum. Salmas.

Munerālis, ad munus ſpectans. Muneratio: munero, as, muneror, dono, *Rimunerare*.

Munerālis lex, ne quis accipiat munus. Plaut. Feſt. ob cauſam, aut patrocinium.

Munerarius, qui ludos gladiatorios populo exhibet: qui vero gladiatores alit, Laniſta, Item, qui pendit tributum. Item, qui munera donat. Munerōſus, largus. Pap. muneroſitas.

Munero, as, munĕror, aris, beneficium confero. *Rimunerare*. Item, munus gero, & ſuſtineo. Vlpian. *Far officio*.

Munerigerŭlus, qui portat munus. Plaut.

Munes, conſentientes, officioſi, contra, Immūnes, nullo fungentes munere, *Eſſenti*.

Mungo, 's, exprimo, mucum educo, *Moccare*. Vnde, emungo, Vide.

Munia, officia, quæ publicè præſtantur. *Officij*.

Muniācus, regis conſiliarius, qui munera ſua implet. Cath. Pap. vel tributarij, vel largi.

Munibiles, munilibes, columnæ ſtructæ ad monumenta.

Municas, communicas. Feſt. Munico, inuſit.

Municeps, propriè, qui munus capit aut capere poteſt.

Municĕps, municipārius, qui in ciuitatem Romanam receptus munerum particeps fiebat.

Municipāle ad municipium ſpectans. Municipalia ſacra, quæ ab initio habuerunt municipes, ante ciuitatem Romam acceptam.

Municipālis, ignobilis, obſcurus, in municipijs degens, imperitus, ſimplex. Bud.

Municipaliter natus, cuius maiores nullum magiſtratum geſſere. Feſt.

Municipatutus, conditio municipis. Item veri ciuis ſtatus.

Municipātim, p. p. per municipia, Municipātus, us, ius municipij.

Municipium, ciuitas ſuo iure, & legibus viuens, muneribus tamen Pop. Rom. vtens, *Città, ò caſtello, che gode i priuilegi Romani*.

Municium, obſidio. Carth. *Aſſedio*.

Munico, largiter impertior. Municas, communicas. Feſt. Lex. Phil.

Munĭfer, munerigerŭlus, qui dona gerit, *Chi porta doni*.

Munifex, qui facit munus, *Officiale*, liberalis.

Munifices, milites qui non vacabant, ſed munus obibant, *Obligati, che fanno il loro officio*. Contra, Beneficiarij, qui vacabant muneris officio, *eſſenti*.

Munifici, Munes, conſentientes ad ea, quæ amici volunt. Item, liberales.

Munificentia, actio munifici.

Munifico, as, dono, dito, *Arricchire con doni*.

Munificus, qui munera largitur, liberalis. Munifex, qui ſuo munere fungitur. Item, miles, qui munera facit, contra, Immūnis, beneficiarius, non obſtrictus, eſſente.

Mu-

Munilia, pectoralia equorum, vel ornamenta in ceruice mulierum. Pap. Monilia.

Munimen, p.p. munimentum, munitio, vallum, agger, *Munitione, fortificatione, riparo*, Munitiuncula, Monumentum, est sepulchrum erectum defunctis, *Monumento*.

Munio, is, fulcio, vallo, circundo, *Fortificare, guarnire*.

Munio, ōnis, carminis genus. Cantari mos. Cic.

Munio, is olim, mœnio, ii, mœne, mœnibus cingo. Item munero, tanquam instruo, dono. Ita Munitio, pro commeatu bellico.

Munire, munitare, se cibo stabilire, contra famem. Lex. Phil.

Munis, officiosus, contra. Immunis, inofficiosus. Fest. nullo fungens officio.

Munitāre, manducare in epulis. Megalensibus, & Cerealibus, Varro.

Munitāre, manducare. Munitio, morsicatio ciborum. Gell. Apul.

Munitas, conditio eius, qui munis est, quasi officiositas. sicut, immunitas est eius qui est immunis. Lex. Phil.

Munitio, actio munientis, & passio, structura ipsa, quâ quid munitur. Munitiuncula.

Munitoria, succinctoria. Isid. Gloss. Munitorium, locus in quo fiunt munimenta. Cath.

Munito, munire cupio. *Hauer voglia di fortificare*. Item, manduco.

Munitor, qui munit, *Chi fortifica*.

Munium, functio, munus, officium. Sup.

Munus, ĕris, officium, donum, *Officio, dono*. Munera, hominum: Dona, Deorum. Cerd.

Munuscŭlum, exiguum munus. Munuscularij, qui corradunt munuscula à debitoribus. D. August.

Munychia, festa Palladis.

Munychion, apud Athenienses decimus mensis, primus vernorum.

Mura, myrrha. Pomp. Lex. i. c.

Muræna, piscis notus, *Morena*, lampetra. Illa, maritima; hæc fluuiatilis. Item, gemma.

Murænula, parua muræna, oculata, monocula, caneophthalma. Item, catena collaris, ex auri lentescentis segmentis flexibilis. Lex. Phil.

Murænŭle, ornamenta circundăta collo, catenulæ aureæ, *Collane*.

Murāle: ad murum spectans, *Da muro*.

Muralium, herba muralis, parietaria, vrceolaris, vitriaria, *Vitriolo*.

Murāni, Latinorum reges olim dicti. Pap.

Murātum, muris obsitum, *Murato*.

Murcea, Murcia, Dea ignauiæ faciens homines murcidos, contra, Strenua, strenuos reddens.

Murceus, ignauus, murcus. Vide.

Murci, milites ioculariter dicti timidi, qui, vt militiæ laborem effugerent, sibi digitos ampunabant pollices. *Poltroni*. Poll.

Murcida, marcida. Capella. Antiq.

Murcidus, ignauus, stultus. Fest. Plaut. *Poltrone, stolto*. Item, marcidus. Capel.

Murcinarius, mutilus. Isid. gloss. *Mozzo*, à murrus.

Murciŏlum, semen lentisci. Colum.

Murcus, ignauus Murcidus, murcīlus, murcicidus, à Murceâ Deâ socordiæ. *Poltrone*.

Murcus, qui pollicem sibi præcidit, vt amissis maioribus viribus, excusabilior sit à militia.

Murex, ferrea machinula, tribulus, *Tribolo*. Item, saxi acumen eminens, *Rocca*. Cerda.

Murex, ricis, conchylium, piscis marinus ex concharum genere. Ex muricis humore fit color, qui murex & conchylium dicitur, à purpurâ diuersus; vnde conchyliata vestis, ex muricè tincta. Murex, purpura. Item, asperitas saxi. Non. Murilegŭlus, qui murices legit, Rh. murilegus. Vide.

Muricātus, muricis modo factus, purpureus. Muricatim, conuolutim in modum muricis, Colum. Muricans, purpurans. Muricatus gressus, formidolosus, pauidus, Fulg. Bud.

Murices, tribuli, machinulæ ferreæ trigonæ. Item, petræ in litore similes muricibus viuis.

Murgenor, p. c. *Tardo*.

Murgiso, p.p. callidus murmurator. Turn. inera, morator. Murgissor, murmuro, à morâ, & desidendo dictus. Fest. Cath.

Muria, æ, muries, ei, liquamen ex thynno pisce confectum. Garum, ex extis scombri: Muria pauperum, hoc diuitum. Item, salsugo, & liquor resolutus ex sale, *Salamuoia*. Item, sal sordidum pilo tusum in ollâ. Fest.

Muriaticum, quod in muriâ conditum est. Muriaticus piscis, muriâ conditus, *Concio in salamuoia*.

Muriatica, salsamenta omnia. Plaut. & pisces omnes apud Plautum.

Muricatus, muricis instar factus, retortus, Lex. Philol.

Muries, sal in pila tunsum, & in ollam fictilem coniectum, & in fumo percoctum. Fest.

Muries, ei, Vide, Muria.

Muricīda, muricīdus, qui mures cædit. Item, ignauus. Muricidium, murium strages. Scal. Murinum, ex mure, aut ad murem spectans.

Murilegus, Catus, à muribus legendis. Isidor. Gloss.

Murilĕgulus, qui murices colligit, purpurarum inquisitor. Item, catus. Isid. Gloss. *Astuto*.

Murinŭ, p.p. ex mure. Murinus color, quasi asinorum, *Bigio*. Ad mures pertinens, vnguentarius.

Mu-

Murina, myrine, mirrhina, potionis genus, quod nectar vocant, *Hippocras*, à myro, ideſt vnguento, vel ab vuâ myrrhinâ dictum; ſeu conditum myrrhâ. Vnde murinus, à murino odore. Plaut. Murina, myrrhina, murrhina, murrhea Vaſa. Item, gemmæ.

Murio, morio, *Buffone*. Pap.

Muriſcidus, homo ignauus ad mures ſcindendos tantum aptus. Cath. *Poltrone*.

Murmur, ſtrepitus, *Mormorio*. Murmuratio, detractio, *Mormoratione*, aquæ leniter fluentis.

Murmurabundus, ad murmurandum, procliuis. Apul.

Murmurillo, as, ſubmurmuro, *Mormorar ſotto voce*.

Murmurillum, exigua & ſubmiſſa murmuratio, *Mormorazioncella*.

Murmûro, as, leniter ſtrepo, contradico, *Mormorare*. Murmurabundus, murmurioſus, murmurator, *Mormoratore*. Sup.

Murrat, murmurat. Iſid. Gloſs.

Murrha, Myrrha, lapidis pretioſi genus odoriferi, ex quo vaſa pretioſa dicta, murrhina, ſiue, murrhea.

Murrhânus, murrhâ, vnguentoque delibutus. Turn. *Mirrato*.

Murrheum, quod ex murrhâ, murrhînum, p. c. murrhea, vaſa mirrhina. Turn. *Di mirra*.

Murrhina, nectar, potio confecta è dulcibus Varro. Vide, murina.

Murrinus, a, um, ex murrhâ. Murrhina pocula, preciosa. Item, factitia potio, dulcis. Vide, myrrhatum.

Murrire, clamare. Murrat, murmurat. Iſid. Murro, as, Gloſs. Murrio, is, propriè murium.

Murta, myrtus, *Mortella*. Sup.

Murtati, ſtationarij Imperatoris. Codin. eius pedites iaculatores. Buleng.

Murtâtum, farciminis genus ex inteſtino craſſo, *Mortadella*. Varro.

Murtetum, locus, vbi myrtus naſcitur. Gloſs. Lex. Phil.

Murtia, ſegnium, & inertium Dea Arnob. Venus.

Murtêta, quaſi morteta, aquæ refuſæ à loco mortuorum, ideſt, inferis Pap.

Murtiflo, multiphlo, flos cordis, nobilis vir, ſed perfidus Morcuſlus, vox Barb. Lex. Phil.

Murus, mœnia, lapideus vrbis ambitus olim mœrus, notæ ſignificationis, *Muro*. Murâle; ad muros ſpectans, *Murale*. Murâtum, quod muros habet, *Murato*. Muralis herba, parietaria, *Vetriuola*. Murator, murum faciens, *Muratore*. Cath.

Muſach, Hebraicè, arca munerum templi. Voc. Eccleſ.

Mus, ris, minor ſorice, *Sorce topo*. Mus araneus, odoratus, agreſtis, Alpinus, &c. Iun. Indicus, Inchneumon. Vide.

Mus marinus, teſtudo Peregrinus, muſcus, Africanus, panthera, Alpinus, &c. Mures, inſidiatores, paraſiti. Mus piſcis, arancus, muſtelæ ſimilis. Lex. Phil.

Muſa, notæ ſignificationis, Dea poëſos. Muſa. Item, teſſella variè picturata, vnde muſaicum. Item, arbor peregrina. Muſæus lepor, muſarum. Lucr. Item, teſſella Item, planta, è palmarum genere.

Muſaicum, muſiuum, muſium, muſiacum, muſcum, opus ſegmentatum, ſcalpturatum, *Moſaico*. Item, opus ex pumicibus ita conſtructum, vt imaginem ſpecus imitetur, *Groteſco*. Salm.

Muſagêtes, muſagêtes, muſarum ductor, Apollo, *Capo delle muſe*.

Muſaraneum, animalculum araneæ ſimile, & muri. Pap.

Musâre, murmurare. Pap. Muſat, dubitat; fortè, Muſsat, *muſſare*, *barbottare*.

Muſarius, muſuarius, qui muſca conficit.

Muſca, animal notum, *Moſca*. Muſcûla, parua muſca, *Moſchetta*. Boët. Muſcinus, *Moſciolino*.

Muſcarium, ad muſcas pertinens, *Di moſca*.

Muſcaraneus, animal ſimile araneæ, & muſcæ. Cath.

Muſcarium, flabellum ad muſcas abigendas, *Cacciamoſche*. Muſcarium bubulum, conſtans ex ſetis boum, ad veſtes purgandas, *Setolino*. Item, herbarum comæ, *Scopetto*. Muſcarium, pauonium, ſetaceum.

Muſcarij, clani vmbellati capitati, capite lato, *Chiodi con la capella larga*.

Muſcarium, ad muſcas pertinens, *Di moſche*. Muſcarius, araneus, qui venatur muſcas.

Muſcarius, a, um, ad muſcam pertinens. Lex. Philol.

Muſcellarium, muſcipula à muſcellus, ſeu muſculus. Lex. Phil.

Muſcellum, muſsellum, moſcellum, paruum monſtrum hinc. Moſtellaria Plauti comœdia dicta, Phaſma, ſeu monſtrum. Lex. Phil.

Muſcerda, murium ſtercus, *Sterco di topo*. Plin.

Muſceton, roſæ genus. *Moſchetta*.

Muſcetus, auis genus. Iun. Muſcêtum, muſcarium, Muſculêtum, locus abundans muſcis, *Luogo pieno di moſche*. Muſſetum.

Muſcinum, à muſcâ, vt formicinum, à formicâ dictum. Muſcinarius. Gloſs.

Muſcio, ônis, muſtio, animal vinum bibens, quod muſcas captat, *Moſcino*. Muſcerones, à muſto, vel muſcâ dicti.

Mu-

Muſciones, bibones, *Beuoni*. Pap.

Muſcipŭla, myagra, machina ad capiendos mures, *Trappola*. Varro, muſcipulum.

Muſcipula, muſcipulum, myagra, galeagra, cauea, viuearium, muſcellarium, captentula, nos, *Trappola*. Huius partes, ſcandaletron, paxillus erectus. merinthon, funiculus appenſus, deleaſtra, ſeu Andromeda, ligellum, ſeu vncus, vnde eſca pendet. Poll. Lex. Phil.

Muſcipulātor, deceptor, *Ingannatore*. Muſcipulor.

Muſcipŭlor, aris, decipuo muſcipulâ, vnde muſcipulator, deceptor. Lex. Phil.

Muſco, ōnis, magna muſca. Cath. *Moſcone*.

Muſcŭla, parua muſca, *Moſchetta*.

Muſcor, āris, muſco tegor. Emuſcari, muſco liberari. Col.

Muſcula, parua muſca. Gloſs.

Muſculārij, aquæductus ij, qui ex muſculis dilabuntur. Muſcŭli, tubi ſimiles muſculis. l. i. c.

Muſculentum, plenum muſco, vt, vinolentum, vino madidum.

Muſcŭlus, paruus mus, *Topolino*. Item, pars corporis carnoſa, *Muſcolo*. Item, piſcis marinus, teſtaceus paruus, *Conchola*. Item, nauicula. Item, bellica machina minor, qua proteguntur libratores in operibus militaribus faciendis.

Muſculus, muſculeus, piſcis fluuiatilis, vilior mullo, gobius, fundulus dictus, *Muſſolo, Sfondolo*. Lex. Phil.

Muſculus, lacertus, vt qui excoriatus murem refert, *Peſce del braccio, ò gamba*.

Muſculōſus, muſculis refertus, *Pieno di moſcoli*. Neruoſus, neruis refertus.

Muſcus, lanugo in corticibus arborum, & humidis locis, *Muſco*. Muſcōſum, muſco plenum, muſcāri, muſco tegi. Vide, muſcor.

Muſcus, moſchos, odoramenti genus, *Zibetto*.

Muſcus, marinus, corallina. Meſue.

Muſēa, muſarum ſacra.

Muſēum, p. p. musium, muſarum locus, *Muſeo, ſtudio*. Item, in ædificijs, & fontibus conſtructio ex pumicibus, *Grotteſco*.

Muſiacum, muſaicum. Vide.

Muſeus, a, um, ad muſas pertinens, carmen. Muſeum mel. Lex. Phil.

Muſia, nidi foricum. Muſiarius, qui per muſia quærit ideſt, per cares, vel per murium cauernas. Iſid. Lex. Phil.

Muſica, musice, ars canendi. Item, Poëtica. Muſica, harmonica, organica, rhythmica, Muſica, orum humaniores literæ. Muſicus, cantator. Muſicum, ad muſicam ſpectans. Muſicè, *Muſicalmente*.

Muſicarij, calliopici, muſicorum inſtrumentorum artifices. Scal. ad Manil.

Muſicè, integrè, vt nihil deſit: Muſica enim omnes comprehendit diſciplinas. Item, delicatè, genialiter, vt ſolent muſici, *Delicatamente*. Muſicotātos, elegantiſſimus, lepidiſſimus. Athen.

Muſo, as, ſcio. Cath.

Muſicum, ad muſicam ſpectans, *Muſicale*. Muſicum ſtudium, muſarum. Muſicus, cantor, *Cantore*.

Muſicus ad Muſam pertinens, & ad cantum.

Muſilum, cinnamomum electum. Onom. m.

Muſimon, ōnis, p. p. aſinus, mulus, aut equus breuis. Non. Item, animal ouibus non diſſimile, caprino villo. Muſmon.

Muſinātur, mulcet. Pap. à muſis deductum. Vou.

Muſitanter, muſim, leniter. Iſid. Gloſſ. Muſſitanter.

Muſio, ōnis, cattus, animal muribus infeſtum. Cath.

Muſiuum, opus, muſium, muſaicum, teſſellatum, moſaicum, *Moſaico*. Muſiuarius, hoc opus faciens. *Lauoratore di moſaico*.

Muſicum, cattum, quod cattat, ideſt, videt. Gloſs.

Muſius, felis, cattus, qui mures canit. Lex. Phil.

Muſiuus, a, um, opus eximia compoſitione teſſellatum.

Muſiuarius, ad muſiuam pertinens.

Muſmon, pecudis ſylueſtris genus in Corſicâ muſimon, melius.

Muſmo, animal ex caprâ, & ariete natum: Cinirus, ex oue, & hirco.

Muſo, as, ſcio, à musâ, quatenus ſcientia. Lex. Phil.

Muſo, ōnis, princeps coquorum. Buleng.

Muſomania, furor muſicus.

Muſopatăgus, recitator clamoſus.

Muſopoëus, ſcriptor verſuum.

Muſsum, muſsanter, latenter, leniter. Cath.

Muſſiat, muſſitat, infans, cum muſsare incipit ſemeſtris, & indicia dare rationis.

Muſſio, muſcio, animal in vino naſcens. Gloſs. A. L. *Moſciolino*. Muſtio, Vide.

Muſitator, qui muſſitat, qui muſsando arcana docet vel diſcit. Item, ſuſurro, rabula, impoſtor. Lex. Phil.

Muſſo, as, quaſi muti vocem eo, cum ſilentio obmurmuro, dubito, moueo labia ſemi clauſa, diſſimulo. Lex. Phil.

Muſſo, as, muſsito, frequent. clam murmuro, dubitanter, ſubmiſſa voce loquor, *Parlar ſotto voce*. Muſſitabundus, multum muſſitans, clam murmurans. Muſſitatio, murmuratio.

Muſtăce, muſtax, lauri ſpecies, cuius folia lactora muſtaceis ſubijci ſolita, vnde illi nomen.

Muſtaceus, muſtaceum, libi genus conſtans ex farinâ ſiliginea, muſto aſperſâ, lacte, &c. in nuptijs ad-

adhibitum, Ita dictum à musto, *Mostaccinolo*. Mustacci panes.

Mustacia, mola, vina. Pap. Mustacium, potus è musto. Cath.

Mustarium, ad mustum spectans. *Da mosto*. Mustarius vrceus, pro musto, *Da mosto*.

Mustei, caseoli, *Cascietti*. Varro.

Mustèlla, p. p. animal notum, *Donnola, bellola*. Item, piscis, lampreda, mustela.

Mustela Scythica, martes Scythica, *Zibellino*. Lex. Phil.

Mustelata, pipla, uœnia soricina. Plaut. Apul. Lex. Phil.

Mustelmus, mustellinus, color flauus, mustellæ similis, *Gialliccio*.

Mustellum, monstrum. Sup.

Musteum, mustulentum, musto plenum, recens, dulce, *Mostoso*. Musteus dulcis. Poma mustea, *Pomi dolci*.

Musteus, a, um, musti saporem referens. Item, nouellus, mustum enim vinum nouum, & dulce. Mustus, mostus, a, um.

Mustio, onis, mussio, Muscio, quasi mustum bibens, insectum in vino nascens. Bibio. Glos. Lex. Phil.

Mustiones, qui musto se ingurgitant. Isid. *Beuoni di mosto*.

Mustricula, æ, machina ad mures stringendos. *Trappola, da pigliar i topi*. Item, calcearum lignea forma, *Forma di scarpe*. Scal.

Mustum, recens vinum, *Mosto*. Item, quicquid nouellum. Musta, virgo. Mustus, recens; Mustum lixiuium, protropium, sponte fluens. Tortiuum, *Torchiato*. Mustulentum, musto oblitum, aut habens multum musti, *Pieno di mosto*. Mustus, a, um, nouus, a, um, Cath.

Musulmannus, Turca, Sarracenus, post circumcisionem: qui verò ex Iudæis, aut Christianis se Turcis adiungunt non Musulmanni, sed Mamluchi dicti. Lex. Phil.

Musulum, cinnamomi genus ex Musolo vrbe aduecti Meurs. Lex. Phil.

Musurgus, mulicus, quem, componistam barbari vocant. Iun. *Compositor di musica*.

Mut facere, mutire. Apul. Charisius.

Muta, cauea, auiarium, *Muta*. Item Larum mater, Larunda, dicta, alijs, mania. Turn.

Mutabile, quod facilè mutatur. Mutabilitas.

Muta exta, ex quibus nihil diuinationis contra, Regalia. Vide.

Muta exta, mutæ artes, picturæ, literæ; Cicadæ mutæ, minores, quæ tacent.

Mutationes, loca cursus publici, vbi equi mutabantur. Pancirol.

Mutatoria, ornamenta muliebria, permutata. D. Hieron. Mutatorium, vestimentum quod mutatur. Voc. Eccl. Mutatoriæ vestes. Vide.

Mutatoriæ, vestes, quæ non continuo gestantur, sed per vices. Lex. Phil.

Muteo, mutio. Mutesco, mutus fio, *Muti e, ammutolire*.

Muti lapides, in finibus agrorum, sine inscriptione appositi, mutæ literæ.

Mutica, animalia cornibus carentia. Rh. Mutica spica, quæ non habet aristam.

Muticum, truncum, *Troncato*. Cato.

Muticus, a, um, carens aristis, tanquam cornibus. Var. Lex. Phil.

Mutificat, mitigat. Pap.

Mutilo, trunco, *Troncare*. Mutilātus, mutilus, truncatus, diminutus, *Mozzo, troncato*.

Mutili boues, sine cornu. Mutilus, cui lana, aut capillus detonsus.

Mutilus, a, um, truncus, parte aliqua immiutus. Lex. Phil.

Mutilus, mutulus. Vide mutuli.

Mutim, pro, mutem. Lipsi.

Mutinensis color, natiuus, pullus. Lex. Phil.

Mutinus, Priapus: Muturnus, membrum virile.

Mutio, tis, timidè, & imperfectè loquor, mutire, tanquam mutus signa facio. Musso, mussito, sæpe mutio, *Parlar sotto voce*.

Mutitāre, mutua conuiuia agitare. Mutuitare. Turn. Item, mutuari, gestire. Plaut. Item, sæpe facere. Gell. Mutito, as.

Mutiter, mutuò, *Scambieuolmente*.

Mutitio, locutio.

Muto, as, vario, *Mutare*. Vnde composita.

Muto, ōnis, Mutonium, Priapus, membrum virile. Mutoniātus, mentulatus, benè vasatus. Mutticum. Lex. Phil.

Mutonium, malum coroneum. Sup. *Cotogno*.

Muttum, gry, verbum à mutio, *Motto*. Muttire.

Mutua, mutuo, Turn. Luci.

Mutuaticius, mutuando datus, vel acceptus, vt mutuaticia pecunia. Onom. Lex. Phil.

Mutuaticus, mutuo acceptus, mutuus.

Mutuātus, mutuo sumptus, *tolto in prestito*. Gell. mutua pecunia.

Mutuè, mutuò, inuicem, *Scambieuolmente*. Mutuò accipere, *Prendere in prestito*, mutuatim, mutuiter, mutuo.

Mutuito, sæpe mutuo.

Mutuli, capita trabium extantia, aut lapides in muro extantes, *Leoncelli, modiglioni, mensole*.

Mutulosus, qui se impudenter nudat. Lex. Phil.

Mutūlus, lapis quadrangulus ex aliquâ parte comminutus. Varro.

Mutuo, as, mutuor, āris, mutuum do, & accipio, seu aliunde sumo, *Prendere à cambio, ò in prestito*.

Mu-

Mutunus, Priapus.

Mutus, elinguis, *Mutolo*. Vnde mutæ literæ, muti lapides, ſine inſcriptionibus. Muta exta, nil diuinationis, habentia. Feſt.

Mutuum, cum damus recepturi eandem ſpeciem, non eandem rem, *Scambio*. Vnde, Mutuãre, *Dar à cambio*. Mutuum, ſine vſurâ; contra, fœnus, cum vſurâ: commodare, cum eadẽm res redditur, *Impreſtare*.

Muzarãbes, Chriſtiani mixti Arabibus. Bibl. S.S. Patrum.

Muxus, Myxus. Vide.

M Y

My, facere, hæſitare, vix loquì audere. Rh. *Farmotto*. Minimum ſignificat. Lex. Phil.

Mya, conchæ genus. Myæ, ſagittæ minuſculæ, Leo Naum. Myia, muſca, & luſus puerilis.

Myacanthus, Myacantha, ruſcum, aſparagus ſylueſtris, corruda, arcens mures à loco vbi affixa, *Pungitopo*.

Myaces, piſcis ex concharum genere. Plin.

Myachale, mynda, myinda, mya, luſus puerilis, quo oculis tectis, manibus protentis tantiſper obambulant, dum aliquem deprehendant, *Cieca moſca*.

Myãgra, muſcipula, quâ mures intercipiuntur, *Trappola*. Myagros, herba ferulacea. Onom. med.

Myagros, herba ferulacea, foliis ſimilis rubiæ.

Myagrũm, melampyrum, herba montana H. P. Myagros. Vide, myagros.

Myãgros, muſcarum Deus, captator muſcarum, myõdes, Achor. Plaut.

Mychlos, homo otioſus, libidinoſus, *Libidinoſo*.

Mycli, nigræ lineæ in aſinorum collo. Item, libidinoſi homines.

Mychon, palearum aceruus, *Mucchio, pagliaio*.

Mycitus, veſtis Armeniorum ex muribus contexta. Poll.

Mycon, pars iuxta radicem ſub auricula. Poll.

Myconius, caluus, *Calua*. Iun.

Mycoprus, muſcerda, ſtercus murium, *Sterco di topo*.

Myćter, naris meatus odoratorius. Mycteriſmus, ſubſannatio, irriſio. Fig. *Beffamento*.

Mydẽſis, cum aliquid nimio humore vitiatur.

Mydriaſis, oculorum vitium, quo pupilla dilatatur. Lex. med. Phthiſis, cum conſtringitur, ſeu conſumitur. Manar.

Mydros, ferrum ignitum, quod iurantes tenebant. Rhodig.

Myaũſa, herbæ genus, Anchuſa. Lex. Phil.

Mygãle, p. mus araneus, animal quadrupes notum.

Myelos, medulla, familiare oſſis nutrimentum.

Mygme, ſonus narium cum irriſione. Amygmus, irreprehenſibilis.

Mya, muſca. Item, ludus puerilis, cum aliquis clauſis oculis colluſores quærit; dicta, myinda, *Ciecamoſca*, Vide, myachale.

Myiagres, Myiotheras, muſcarum venator.

Myiax, piſcis. Item, vitulus, & ipſa vituli concha. Lex. Phil.

Myinda, ludus, vbi quis obſtrictis pileo, tæniave luminibus, fugientes tantiſper exquirit, pulſatus interim dum prehenderit aliquem. Iun. Poll. Lex. Phil.

Myiodes, muſcis plenus, Deus quidam gentium. Lex. Phil.

Myiophõnus, muſcicida. Myiophonia, muſcicidium.

Myla, mola. Mylãcris, myloniſſa, molitrix, *Mugnaia*. Item, blattæ genus magnitudine cicadæ circa molas naſcens, veſcens farinâ. Item, gallina.

Mylalgia, molarium dentium dolor. Nicol.

Mylanthei, Dij molarum præſides.

Myle, herba. Myla, mola aſinaria, ſeu truſatilis, frumentaria, olearia, Item, inferior pars molæ.

Mylecõrum, ſcopæ farinariæ. Poll.

Mylica, medicamentum dentium dolorem ſedans. Gorr.

Mylioontes, dentes præ frigore concutientes.

Mylitæ, molares dentes, *Denti maſcellari*.

Mylitta, Chaldæis Venus dicta, Myluta Aſſyrijs.

Myllos, placentæ genus ex ſeſamo, & melle.

Mylœchos, genus vermiculi, ex blattis circa molas. *Biattola*. Lex. Phil.

Mylotis, ſpecillum, quo aliquid ex oculo extrahitur. Onom. m.

Mylon, locus, in quo mola verſatur, *Luogo della macina*.

Mylones, piſtrina. Mylites, lapides, vnde molæ conficiuntur. Rh. *Pietre da macina*.

Mylos, mola, vnde, chiromylos, mola manuaria, truſatilis, *Molino à braccia*.

Mylothros, qui piſtrinum poſſidet, in eoque opus facit. Item, cantio ſeruorum molentium.

Mylphæ, palpebrarum defluuia, *Pelaia nelle ciglia*.

Mymata, obſonia pretioſius comparata. Athenienſ. Myma.

Mymphui, lignum rotundum, loro circumuolutum, quo fabri vtuntur in operibus tornandis.

Myndus, mata. Bibl.

Myobarbon, oblongus, & anguſtus Bacchi cantharus potorius turbinatus. Scal. Item, menſura liquidorum. Turn. Scal. Lex. Phil.

Myocephãlon, p. c. muſcæ caput in vuâ oculi. Lex. med. ſi formam habet vuæ, ſtaphylõmatis mali, melon. Manar.

Myochodos, vilis, qui reijcitur, inſtar ſimi murini, *Vile, abietto*.

Myo-

Myocopros, ſtercus murinum. Onom. med. *Sterco di topo*.

Myoctŏnus, p.p. myophŏnus, p.p. muricidæ, p.p. mures occidens radix aconiti.

Myodŏches, mures capiens, ſenex nullius rei, Rhod.

Myogale, mus, araneus. Onom. med.

Myonia, libidinis proſtitutæ mulier portentoſa. Rh. *Donna impudiciſſima*.

Myopăro, p.c. nauigium piraticum, medium inter onerariam & triremem, *Bergantino, galeone*.

Myōpes, p.p. rem non videntes, niſi oculis propè admotis & ſemiclauſis. Luſcioſi, Myoptăſis, *Viſta corta*. Lex. med.

Myophŏnon, p.c. herba muribus exitialis. myoctŏnon, p.p. *Herba da ammazzare i topi*.

Myophŏnus, muricida, qui mures occidit.

Myopiăſis Myoptaſis, affectio viſus, quâ propinqua cernimus: remota nihil, vel parum. Myōpes, *Viſta corta*.

Myopia, myoxia, murium locus, Rh. *Topaia*.

Myops, muſca boues agitans. Rh. Item, luſcioſus. Lex. I. C.

Myps, qui à primo ortu propius admota videt, eaque prope oculis contingit, & limis, ſemicluſiſque oculis aſpicit, etiamſi parua ſint, remota verò quamvis magna videre non poteſt. Luſcioſus. Lex. Phil.

Myoſcăton, ſtercus murium. Demetr.

Myſobæ, muſcas abigentes. Athen. Daleç.

Myſobe, flagellum quo muſcæ abiguntur. *Caccia moſche*.

Myosŏta, p.p. herba murinæ auri ſimilis. Dioſc.

Myoſota, Myoſotis, herbæ genus, muris auricula. Lex.

Myottochps, Myottoches, alſine, Dioſc. Lex. Phil.

Myracanthon, herba aculeata, *Herba che punge*.

Myosūrus, cauda muris, herba humilis. H.P. *Coda di topo*.

Myotos, veſtis genus Armeniæ, quaſi Soricina. Rhod.

Myoxia, myopia, murium cauerna, *Buca di topi*.

Myra, vnguenta, exactè conſiſtentiam oleoſam habentia. Tiraq.

Myracanthon, herba aculeata, vnguentaria ſpina eryngion.

Myracŏpa, vnguenta, quæ ceram recipiunt, aut reſinam. Rh. Item, medicamenta laſſitudinem tollentia. Lex. med. Onom. m.

Myrapium, pyri genus. Plin. Lex. Phil.

Myriæ, falaria philoſophorum, & Rhetorum, ideſt, mille coronati, *Mille ſcudi*. Salmas.

Myrepſus, vnguentarius, qui vnguenta coquit. Lex. Phil.

Myrepſious, a, um, vnguentarius. Lex. Phil.

Myriaphora, vocabula, ſeſquipedalia, ampullaceæ. Ariſt.

Myrias, ădis, numerus decem millium. Myriarcha, myriarchus, qui decem millibus præeſt. Item, magnus numerus, & infinitus.

Myrica, æ, p.p. virgultum humile, tamarix, *Tamarice*. Myricinus, a, um, ad myricam pertinens.

Myrinum, vinum vnguento conditum, *Vin mirrato*.

Myrinus, p.p. mas murenæ. Ariſt.

Myriodus, ontis, cui dentes mille, ſeu plurimi. Myrioriopus, cui mille pedes, ſeu plurimi.

Myriogenēſis, aſtronomiæ pars, ſignorum gradus, & minutias partium ſecans. Scal. Item, liber Æſculapij, in quo omnium geniturarum ordines explicabat. Firmac.

Myrionymus, cui nomina mille, infinita, *Chi ha nomi infiniti*.

Myriophyllum, cui folia infinita, herba Achillea dicta, *Di foglie infinite*. Millefolium.

Myriolecton, millies dictum, inculcatum, *Coſa detta mille volte*.

Myriſmus, vnguenti profuſio, *Vntione d'vnguenti*.

Myriſtica nux, nux odorata, muſcata, *Noce moſcata*.

Myriſticus, a, um, vnguentarius, odoratus. Myriſtica, nux, muſcata, quaſi moſcata à moſcho ob odoris præſtantiam. Myrizo vnguentis, & odoramentis imbuo. Lex. Phil.

Myrmeciæ, verrucæ infeſtantes palmas manuum, & pedum formicarum inſtar pungentes. Item, lapis referens formicas. Myrmeciaſis, talis morbus, *Porri delle mani*.

Myrmecites, p.p. gemma formicam habens. Iſid. Myrmecias.

Myrmecium, phalangij genus. Plin. Item, vrticæ.

Myrmecoleon, animal exiguum formicas enecans Formicoleon.

Myrmica, formica, Myrmex, Myrmos, *Formica*.

Myrmidon, formicarum contubernium, vnde Myrmidŏnes, dicti, myrmecia.

Myrmillonica ſcuta, cum quibus è muris pugnabant. Feſt.

Myrmillo, ōnis, pugil congrediens cum retiario. Mirmillo.

Myrmus, formica, Myrmex, Myrmicinus gradus, formicinus, *Paſſo di formica*.

Myrobractarij, vnguentarij, qui vnguentis humectant. Vide, bractāre, Salmas.

Myrobalānum, p.c. glans vnguentaria Ægyptia, flaua, bellerica, emblica, chepula, cathartici fructus, *Purganti*.

Myrobaptarij, tinctores myrrhei coloris.

Myrobrechi, p.c. vnguento ſtillantes, delibuti.

My-

Myrobrecharij, vnguentorum venditores. *Vende vnguenti*, qui vnguento perfundebant.
Myrocõpus, qui laborat, & defatigatur circa vnguenta. Cath.
Myrodatum, odoratum, Cor. pret. *Odorifero*.
Myromăta ſuffitus aromatici. Onom. med. *Profumi aromatici*.
Myron, inter ornamenta muliebria recenſet Poll. Tiraq. Item, vnguentum Myrum, Vide.
Myropõla, p. p. vnguentarius, vnguentorum venditor, *Profumiero*.
Myropolium, p. p. locus, vbi vnguenta venduntur. *Profumeria*.
Myrophŏræ, vocatæ tres Mariæ cum vnguentis ad ſepulcrum Chriſti accedentes. L. g. b.
Myrõſis, vnguenti illicio, *Impiaſtramento d'vnguento*.
Myrothecium, p. c. Myrothẽca, p. p. armarium vnguentorum, *Armario d'vnguenti*. Item, pigmentum oratorium.
Myrrha, arbuſcula in Arabiâ naſcens, è cuius cortice lacryma fluit, *Mirrha*, dicta. Myrrha electa, difficilis inuentu.
Myrrha, ſtacte, ſtyrax liquidus. Meſue.
Myrrheum, ex myrrhâ, Myrrhinum, myrrhãtum, habens myrrham admiſtam, aut myrrhâ conditum.
Myrrhapia Myrrhapyra, pyra odoris fragrantiſſimi, *Pere odorifere*.
Myrrhatum vinum, è baccis myrti factum, Scal. Item, potio myrrhæ odorem referens, eaque conditum. Lex. Phil.
Myrrhatus, a, um, myrrhâ conditus.
Myrrhis, dis, herba cicutaria, vmbellifera. H. P.
Myrrhites, p. p. gemma colorem, & odorem myrrhæ habens. Iſid. Gloſſ.
Myrrhina, vaſa murrhea. Vide.
Myrrhium, vnguentum myrrheum. Myrrhẽtum, locus, vbi myrrha naſcitur. Voc. Eccl.
Myrſeneum, marathri genus.
Myrſine, myrtus, frondibus, & fructibus odoratis.
Myrſinites, gemma, melleum colorem habens & myrti odorem. Plin. Lex. Phil. Item, vinum myrto conditum. Myrſinitum, myrtites.
Myrſinites, p. p. herbæ, aut gemmæ genus, melleum colorem nigricantem habens.
Myrtacantha, ruſcus, frutex.
Myrtaccum, ad myrtum pertinens. Myrteum, Myrtatum.
Myrtẽtum, myrtẽta, locus myrtis conſitus. Myrteum, myrtinum, ex myrto, *Di mortella*.
Myrtidanum, vini genus myrti ſylueſtris baccis conditum. Plin.
Myrtidanum, quiddam myrto adnaſcens verrucoſum quaſi manus myrti caudicem amplectens. Lex. Phil.
Myrtides, caryæ, meſpili, oa, dicta bellaria. Poll.
Myrtillus, frutex, ita dictus, quod aſpectus myrtum referat. Lex. Phil.
Myrtilus, frutex, Idæa vitis, *Vua dell'orſo*. H. P.
Myrtinum, oleum, myrteum, myrto conditum, *Oglio di mortella*. Myrtõſum, plenum myrtis.
Myrtinus, a, um, Myrteus, myrtatus, ex myrto. Vnde myrtinum oleum, ex myrto.
Myrtites, vinum è myrto, ſeu baccis nigris eius contuſis, expreſſiſque.
Myrtopetalum, herba polygonaton, dicta.
Myrtuoſus, Myrteolus, coloris myrtei medij inter nigrum, & flauum. Lex. Phil.
Myrtus, myrta, æ, Myrtum, bacca myrti, frutex notus, *Mortella*. Myrtites, vinum myrto conditum. Myrtãtum. Varro.
Myrum, vnguentum. Myrrhum, Caſſian. Item, piſcis marinus. Rondel. Myrus.
Mys, mus, *Topo*.
Myra, muſa Æolicè. Lex. Phil.
Myſca, Myſcus, piſcis ex teſtaceis, quaſi muſculus. Lex. Phil.
Myſclion, mucus, oſſa complectens. Onom. m.
Myſcẽlus, qui murinis eſt cruribus. Iun. *Chi hà gambe di topo*.
Myſia, ſceleſta, vel abominabilis. Bibl.
Myſis, meatuum conniuentia. Lex. med.
Myſogynes. Vide, miſogynæcus.
Myſſare, labijs occluſis naribus ſonum edere. Rhod.
Myſta, æ, ſacra diſcens, ſacrorum peritus, myſtes, ſacrificus. Myſtes, infulatus, Epiſcopus.
Myſtagõgus, p. p. protomyſta, princeps ſacrorum: ſymmyſtæ, conſacerdotes: myſtagõgia, initiatio.
Myſteledia, murium excrementa. Onom. m.
Myſtarium, myſtrum, vas, *Vaſe*, Tum. *Maſtello*.
Myſteria, ſacra arcana, res arcanæ occultæ. Item, feſta quædam.
Myſteriarches, qui præeſt myſterijs docendis.
Myſtagõgus, ſacrorum princeps. Myſteria docens.
Myſtax, myſtacon, barba in ſuperiori labro. Rhmiſtãces, Monoſ. *Moſtacci*.
Myſterium, arcanum ad ſacra pertinens.
Myſtici, ſenatores ſecretiores Concilij, non Secretarij. Codin. Item, arcanorum principis conſcij. Buleng.
Myſtillarium, cochlearis genus. Poll.
Myſticum, quod in arcanis Deorum fit, *Miſteriſo*. Myſticus, a, um: myſticè, arcanè.
Myſtile, buccea panis excauata, quâ pulmentum, aut ius hauritur, ſeu quam canibus obijciunt. Poll.
Myſtillus, in fruſta ſectus, *Tagliato in pezzi*. Martial. Item, panis buccea, canibus obiecta.
Myſtis, dos, myſteriorum conſcia.

My-

Myſtophõrus, myſteria ferens, *Chi porta coſe ſacre*.

Myſtion, menſura liquidorum continens cochlearia duo & medium. Gorr.

Myſtrum, myſtillarium, cochliorychum, cochleare, cauum, quo ius hauritur. Poll. latens odium. Cath. Item, menſura.

Myſtus, piſcis genus, barbus, *Barbo*. Myſcus.

Myſus, arbor oxya. Lex. Phil.

Myracifmus, frequens literæ, m, iteratio.

Mythici, hymni fabulis conſtantes. Rh. *Hinni fauoloſi*.

Mythiſtoria, fabuloſa hiſtoria. Cap. *Iſtoria fauoloſa*.

Mythologia, fabuloſa narratio, ſermo de fabulis, *Diſcorſo di fauole, ò fauoloſo*.

Mythológus, mytográphus, qui de fabulis ſcribit, aut loquitur, *Scrittor di fauole*.

Mythus, fabula: epimythium, adfabulatio.

Mytis, naſus, piſcis marinus. Lex. Phil.

Mytridas, mytrax, lapis Euphratis varios referens colores Solis radijs percuſſus. Iſid.

Myttoton, myttos, pulmentum ruſticum intritum ex alijs, & varijs condimentis. Suid.

Mytũlus, tellina: Mytilus, piſcis teſtaceus, limoſus turbinatus. Rondel. tellina.

Myurus, muris cauda.

Myurus, verſus in fine claudicans; Acephãlus, in principio: Lagãrus, in medio. Item, pulſus in acutum deſinens. Lex. med.

Myxa, pituita è naribus effluens, mucus, dictus, *Mocco*. Myxoter, narium foramen, *Buco del naſo*. Item, prunorum ſpecies.

Myxaria, pruna Damaſcenis minora, nucleo triangulari. Caſſian.

Myxæthria, aër partim ſudus, partim pluuius.

Myxus, lucernæ pars prominens, è quâ ellichnium, *Bocchino*; vnde dimyxos, polymyxos. Vide, Item, mucus, & fungus eius.

Myxon, piſcis marinus. Rondel.

Myxon, piſcis ex genere mugilum.

Myxos, arbor, *Sebeſto*. H.P.

Myzinum, ſiue imiſenum, imiſium, bombycini leuiſſimi ſpecies, *Hermezino*. Anaſt. in Nib.

Notæ Antiquorum.

M. In notis antiquorum, Marcus, Mutius, Martius monumentum, mulier, miles, meum M. in numeris, mille ſignificat. M. DC. XXXIX. CIↃ. IↃC. XXXIX. milleſimo ſexcenteſimo vndequadrageſimo. MA. Macuniùs. MAG. magiſtratus. M. AG. militis ager. M A G. EQ. magiſter equitum.

MAG. MIL. magiſter militum. MAI. maior. M. ÆM. Marcus Æmilius. MAT. P. FEC. S. ET. S. PQ. E. mater piiſſima fecit ſibi, & ſuis poſteriſque eorum. MARIT. maritus. M. AVR. Marcus Aurelius. MAX. maximus. M. B. mulier bona. MC. mancipio. M. C. Marcus Cicero, vel Marcus Cenſor. monumentum condidit. M. C. F. mortis causâ fecit, fuit. M. C. M. mortis causâ manumiſſus. M. C. V. manu conſertum vocauit. M. C S. Marcus Cæſar. M. D. O. mihi dare oportet. M. D. manu diuina, ſubſcriptio Imperatorum.

M. E. M. municeps eius municipij. MENS. menſes. MER. S. Mercurio ſacrum. MENS. IAN. menſis Ianuarij. M. F. Marci filius malâ fide, malè fidus.

M. F. P. malæ fidei poſſeſſor. M. FA. Marcus Fabius. M F. F. manifeſtum fecit. M A N. L. manifeſtus locus. M A. OPP. manifeſtum oppidum. M. T E R. manifeſtum territorium. M. H. E. mihi hæres erit. M. H. malus homo, magnus homo.

MHP. ΘY. Mater Dei.

M. I. maximo Ioui. M E S. menſes. MIL. miles, militauit. millia. MIN. minor. M. INTER. morte interuentus. MI. miles, maleficus. M. L. militis locus, Marci libertus. M. L. C. REG. INST. Marcus Lepidus Ciuitatem regere inſtituit. ML. PR. militum primus. M L. Q. V. melius quicumque velit. M L T. milites. MM. militem, milites, MM. A. monumentum accepit. M. MAN. Marcus Manlius. M. MAR. Marcus Marcellus. MM. L. monumenti locus. memoriæ Latonæ.

M. M. mulier mala. M M. L E. memoria legatorum. M M. P. monumentum poſuit. M. M P. malo mancipio poteſtate. M M. RG. memoria Regis. MMT. monumentum.

M N. meo nomine. millia nummum. M N F. L. manifeſtus locus. MNM. manumiſſum. M N. municipalis, municeps.

M O. modo, mors. M. P. malè poſitus, Marcus Pacuuius, maximus princeps M. P. D. maiorem partem diei. M. P O P. Marcus Popilius. M R. miles Romanus, militia Rauennatis. M. R E G. militiæ Regienſium. MS. menſes, moleſtus. M. S. P. memoriæ ſuæ poſuit. M. mos, mus. M. T. F. E. malo tuo factum eſt. M. T. C. Marcus Tullius Cicero.

M V. Mutius. M V. F. Mutij filius. M. V I. menſibus ſex. M V L. B. mulier bona. M V L. M. mulier mala. MVL. P. mulier peſſima. M V N R. munerabilis. MVN. municipium, municeps.

N

N Littera aliquando ablata, vt infas, pro infans: aliquando addita, vt thensaurus, pro thesaurus.

N A

Naber, Nabit, saccharum candidum. Mesue.

Nabile, quod nari potest, *Nauigabile*.

Nabis, animal, Camælopardus.

Nabliun, paruum nablum, instrumentum vtriculare musicum, psalterium. Nablistes, nablum pulsans. Nablum, Nabla psalterium. Nablum, digitis: Psalterium, plectro percutitur.

Nablum, instrumentum Musicum, vtri simile chordis intentum, vtraque manu pulsari solitum. Alijs vtricularia fistula. Nebel, vter. Lex. Phil.

Nabulum, naulum, quasi natabulum, merces nautica.

Nacæ, naccæ, fullones, quod nauci sint, ideſt, nullius pretij. Nacæ, omnia opera ex lanâ dicta. Item, flocci ex lanâ decidentes, naccæ. Fest. Scal. Naccæ, caprarum pelles. Gell.

Nacos, pellis cum suis. illis, *Pelle con i peli*.

Nachus, pannus ruber, siue stratum equi Pontificis. Onuphr.

Nacotilles, qui vellĕra vellit. Lex. Phil.

Nactæ, fullones coactiliarij, pilearij. Turn. Item, homines nugatores. Auson. Nacto, as, gloss.

Nadir, punctum verticali oppositum, quod dicitur, Zenith, supra caput, illud infra.

Næ, certè, valdè, affirmantis; Ne, negantis.

Nænia, threnus, monodia, carmen lugubre, cantatum ad rogum à præficâ: Epitaphium, ad tumulum: Epicedium in exequijs. Iun. Item, næniæ, nugæ, deliramenta. Item, extremum intestinum ieiunum. Plaut.

Nænia, edulium in minutas partes concisum. Nænia soricina, cantiuncula celebris de confosso sorice suo indicio rodentis deprehenso. Turn. Lex. Phil.

Næniari, vana loqui, nænias cantillare, *Cantar nenie*. Pap.

Nænibōsus, garrulus. Nænior, aris, nænias dico.

Næuolæ, noncolæ, paruæ papillæ ex faucibus caprarum propendentes. Fest.

Næuus, macula genitiuâ corporis, *Neo*. Næuillus, paruus næuus. Næuōsus, næuis plenus.

Næzale, ornamentum equorum. Isid. Gloss.

Naparba, quod in summo mari natat. Garbe, alijs sunt manipuli, & fasciculi spicarum. Lex. Phil.

Nagāre, vacillare, fluctuare. Isid. gloss. *Ondeggiare*, forte, natare, nutare. B. Vulc. Nago, as.

Naiădes, nymphæ fontium, fluminumque, *Ninfe di fonti, e fiumi*.

Naidon, ædis sacræ appendix.

Name, nam. Palm. *Imperoche*. Nàmque, nam, *Imperoche*.

Nanæa, Diana, Iun.

Nancio, antiq. Nanciscor, acquiro. Fest. Nancitur, nanciscitur. Nancitor, nactus erit, nanciscitor. Fest. Nancitur, nanciscitur, à nanciscor.

Nanciscī, consequi, à Nanciscor, ĕris, acquiro, *Acquistare*, à nancio, antiq.

Nanna, matris, vel patris soror, *Sorella di madre, ò padre*.

Nanium, parua mulier, sed pulcra, nomen fictum à Comicis.

Nantes, natantes, *Nuotatori*.

Nanum malum, melimelum, *Pomo nano*.

Nanus, pumilio, breuis corporis homo, *Nano*. Nani, dicti, quibus virile membrum grande.

Nanus, a, um, pumilus, a, um, Nanus, placentæ genus caseo, & oleo præparatæ, Athen. Lex. Phil. Item, vas aquarium humile, & concauum.

Naos, locus templi extra Chorum, & Sacrarium omnibus fidelibus communis. Duran.

Naos, templum, seu nauis templi Deorum: Sycos, heroum. Naopœus, templi fabricator. Naophylaces ædituj, quibus tutela ædium sacrarum, *Sagrestani*, naophylax.

Napææ, Dryădes, syluarum Deæ; Naiădes, fontium: Oreădes, montium: Hamadryădes, arborum: Napææ vallium.

Nape, nomen canis, quod saltus inerret. Iun.

Napellus, herba venenata, *Napello*. Thora. Taura.

Naphtha, fomes ignis, & colamen, seu bituminis flos tenuissimus. Item, ossa oliuarum, quæ cum amurcâ proijciuntur.

Napīnæ, loca napis consita. Rapīnæ, rapis, *Rapaio*. Colum. Item, vbi rapa reconduntur. Cod. ll. antiq.

Napocaulis, oleris genus, *Caulorapa*. Cath.

Napta, purgamenta lini, & cuiusvis. Pap. Item, fomenta ignis, vt sampsa, &c. Voc. Eccl.

Napturæ, funiculi è stramentis. Fest.

Napus, rapæ genus obtusioris, breuioris, *Nauone*.

Napellus, napunculus, radix parua napo similis, *Raponzelo*.

Nar, naris, nasus, *Naso*. Narcs, *Nariti*. Sup.

Narantzium, malum medicum. Nicand. *Arancio*.

Narce, torpedo piscis. Item, torpor, dissolutio membrorum. Narcōsis.

Narcij bruti. Isid. Gloss.

Nar-

Narciſſinum, p. c. oleum ex narciſſo, *Oglio di narciſſo*.
Narciſites, gemma narciſsi colorem referens Plin.
Narcillus, ſtupefactus, negligens. Bibl.
Narciſſus, flos notus, *Narciſſo*, ita dictus è narce, ſeu ſtupore, quod eius odor caput aggrauet. Narciſſinus, a, um, ad narciſſum, pertinens.
Narcōſis, narce, congelatio, ſeu dormitatio neruorum. Manar.
Narcotica medicamenta, Hypnotica, ſtupefacientia, ſomnifera, ſoporifera. Narcoticus, a, um.
• Nardeſcit, fragrat, nardinum odorem refert. Lex. Phil.
• Nardinum, p. c. vnguentum ex nardo, aut nardi odorem redolens, *Vnguento di ſpigo*.
• Nardites, vinum nardi odore conditum. Lex. Phil.
• Narditis, dis, nardus montana. Lex. Phil.
• Nardum, nardus, ſpica nardi, *Spigo, lauandola*. Nardus piſtica, chryſina ſine impoſturâ, balſamum. Iſid. Gloſſ.
• Nardus, frutex fragrantiſſimus, vnde oleum pretioſiſſimum.
• Nardus ſpicata, è ſpicis, & foliis nardi. L. P.
• Nardus, piſtica, fideliter, ſine impoſtura facta. Lex. Pap.
• Nardus, Celtica, puſilla herba, Liguſtica, ſaliunca. Lex. Phil.
• Italica, lauendula, Montana, Valerianæ ſimilis. Ruſtica, aſarum herba Phu. Lex. Phil.
Nares, naſi latiores partes, *Narici*. Nares emunctę, doctiores ſæ, indocti. Naricius, narinus. Cath.
Narica, piſcis marinus minutus. Feſt.
Narici, bruti, cuius nares ſemper ſtillant. Iſid. Gloſſ.
Nario, ōnis, ſubſannans. Iſid. Gloſſ. Pap.
Narire, ſubſannare à Nario, is, antiq. ſubſanno, *Burlare*. Item, nares fricare.
Natalis ſacrorum, dies, quo quiſpiam ſacris initiatur.
Narita, oſtrei genus. Plaut. Varr.
Narrabile, facile narratu.
Narratiuncula, parua narratio.
Nota, signum, infamia, scriptura. Notis scribere, compendiis litterarum vti, *Far abbreuiature*. Notis compunctus, *Marchiato*.

Nota, cicatrix, interpretatio. Item, signum, quo impresso pecus discernitur, character, instrumentum quo signatur. Lex. Phil.

Notabile, quod notari potest. Notabiliter, adu. Notatio, animaduersio, *Auuertimento*.

Notacūlum, nota. Minur.

Notæ scripturæ compendia, cum verba non perscribimus, sed celeriter signamus.

Notare, signare, reprehendere, notas facere, ignominiâ afficere, *Segnare*, *Notare*, *Marchiare*.

Notaria, scripturæ compendium. Notoria, compendiaria scriptio per notas. Salm.

Notoria, elogium, catalogus criminum, quibus quis accusatur. Lex.

Notaria, seu notariaca expositio est, methodus, qua per notas quasdam, siue characterum, siue linearum, vel punctorum latentes sensus, & verba demonstrantur. Lex. Phil.

Notarius, qui dorso aliquid tollit ferendum, baiulus, Gloss. Lex. Phil. Notaria scriptura per notas.

Notarius, scriba publicus, & scriptor testamentorum per notas, *Notaro*. Item, iudiciorum actuarius, qui acta scribit. Notatio. Notātum. Notoria ars. Notarium, ad notas spectans.

Notarij, qui notis, seu punctis, notarum compen-

pendijs, & signis scribebant. Singularij, singulis literis: vide, siglarij. Buleng. Librarij literis scribebant.

Notatio, actus notantis, & passio notati. Item, tractatio. Item in Arithmeticâ notarum Arithmeticarum expressio. Lex. Phil.

Notati, infames, non ipso iure: contra, infames. L.I.C.

Noteo, notesco, notus fio, *Farsi noto*.

Notha, peregrina Rh.

Nothia, orum, p.p. portio bonorum ad nothos pertinens ex testamento patris, M. drachmæ apud Athen.

Nothus, non legitimus. Nothi, pulli ex peregrinis maribus. Colum. Item, Arabici elephantes.

Nothus, ex claro, & noto patre, & matre ignotâ, Spurius, ex matre notâ, at ignoto patre.

Nothus, propriè, qui natus ex patre cælibe, & concubinâ retentâ domi, dictus metroxenus à Græcis. Poll. Cerda.

Nothrocardius, stupidus. Nothrotes, torpida segnities.

Notia, gemma cum imbribus cadens. Ombria.

Notiæos, dorsago, medulla dorsi. Poll.

Noties, notitia, cognitio. Vitr.

Notifico, as, p.c. notum facio, *Notificare*.

Notio, ōnis, cognitio, *Cognitione*. Notionāle, quod conuenit vni soli personæ, vel solis duabus, vt paternitas, filiatio. Scoto.

Notitia, cognitio, & libellus, in quo status, & administratio tota Imperatorum. Brill. Hugo.

Notius, Australis, humidus, à vento Noto dictus.

Noto, as, animaduerto, *Notare*, notâ afficio.

Notobolia, nebula. Gloss. g.b.

Notograptus, cui dorsum notis inscriptum Athenis. Notoplex, cui concisum.

Notophōrus, dorso onus susceptum portans.

Notor, qui aliquid notum facit, & qui noscit, & qui id profitetur.

Notoria, delatio, insimulatio. Apul. Item, indicina.

Notoria, epistola intimatoria notum faciens, Principis elogium. Bul. Item, notitia. Salm. Aug.

Notorium, quod notum, & manifestum: Iuris, quod in iure, & probationibus est manifestum: Facti, cuius est testis populus. Item, elogium, catalogus criminum, quibus quis accusatur. Lex.

Notorium, quod omnibus constat. Notor, qui notum facit. Item, qui dat epistolam. Buleng. Notorium, indicium criminis. Scrib.

Notria, æ, pinna. Cath.

Notus, cognitus, & qui nouit. Ignotus, qui ignorat. Plaut. Item, dorsum, tergum.

Notus, ventus Auster, humidus, & calidus. *Ostro*.

Nouacūla, Nouaculum, culter rasorius, tonsorius, à nouando dictus, *Rascio*.

Nouāle, nouālis, requietus ager, qui nunquam prosciſſus, vel qui alternis annis seritur. Aliis ager quotannis satus, vel primum aratus, Veruactum, dictum, quasi vere nouo subactum. Restibilis, qui quotannis seritur: vide, Veruactum.

Nouātor, nouatrix, qui vel, quæ innouat. *Rinouatore*. Nouaculum. Nouaclum.

Nouamen, nouatio Tertull.

Nouellæ constitutiones, nouissimè promulgatæ leges à Iustiniano post Codicis compilationem, quas Nouellas nuncupauit, ex quibus quasdam elegit, quas dixit Authenticas. Rebuf.

Nouellētum, vinea ex nouellis vitibus consita. Item, planta nouella. Sup. *Vigna nuoua*.

Nouelli nepotes, & minores. Salm. Trebell.

Nouellitas, nouatio. Tertull. nouitas.

Nouello, as, nouum agrum colo, seu nouas vites pango, *Rinouellare, piantar di nuouo*.

Nouellus, nouella, nouus ramus arboris tener. Nouellus equus, equulus, pullus equinus, *Polledro*.

Nouemsides, Nouemsiles, Paredri, qui ex hominibus in Deorum concilium sunt relati. Salm. ad Spart. Consentes.

Nouendial, nouem dierum luctus. Pap.

Nouendiale sacrum, factum mortuo nouem post dies.

Nouendium, nouem dierum spatium, *Noue giorni*. Nouennc, Nouennium, spatium nouem annorum.

Nouensiles, Deorum multitudo, quibus Pantheum dicatum. Arnob. Nouensiles, saltatores Iouis. Cath. nouensides, quasi eâdem sede sedentes.

Nouenus, a, um, distributiuum, *A noue*. Item, nonus. Nouenarius numerus, nouem.

Nouerca, noua vxor superinducta liberis, *Madregna*. Nouercāle odium, implacabile.

Nouercalis, e, ad nouercam pertinens, infestus.

Nouercaliter, more nouercarum. *Da madregna*.

Nouercāri, more nouercarum agere, id est, malignè, & inimiciter, *Portarsi da Madregna*.

Nouies, nouem vicibus. *Noue volte*. Nouem.

Nouilunium, Neomenia, tempus quo luna fulgere incipit. cum verò deliteſcit ante hoc tempus dicitur, interlunium, luna silens, intermen-

mensis, intermestruum, lunæ coitus, & Synodus: post hoc Nouilunũ dicitur. Lex. Phil.

Nou mestris, e, quod nouem menses durat, Enneamenos. Lex. Phil.

Nouissimus, extremus. Nouissimè, vltimè.

Nouitas, mutatio. *Novità*.

Nouitiari, nouitiatum intre, & fieri nouitium, Synod. Turon. *Far il noviziato*.

Nouitius, nouus. *Novitio*. Nouitium, mancipium, quod nondum annum expleuit: contra, veteranus. Nouitiõlus, *Novitietto*. Tertull.

Nouitius, qui recens ad aliquod opus accedit, nouus in aliquo ordine, Item, seruus recens emptus. Nouitiolus paruus. Vide Gell.

Nouo, as, nouum facio, *Rinovare, far di nuovo*.

Nouus homo, clarus virtute sua non maiorum. Hadr.

Nouuncium, nouem vnciarum, *Di nuove oncie*.

Nouus, recens, *Nuovo*. Noue. Nouiter. Nouissimus. Nouitas, à nouo as, nouum facio, *Rinovare*. Nouãtus, Nouãtor, nouatrix, nouatio,

Nox, terræ vmbra, *Notte*.

Nox intempesta, *Mezza notte*. Sublustris, sideribus illustris. Illũnis, quâ luna non lucet. Intempesta, Concubia.

Noxa, delictum, culpa, damnum. Noxalis actio, institura aduersus aliquem non ob vitium illius, sed ob damnum datum ab animali, aut mancipio. Noxia, Noxa. Fest. Noxam nocere. Dig.

Noxa, culpa, & omne delictum, quod nocet, obligatio, reatus. Vnde

Noxa caput sequitur, id est, obligatio, & pœna suum auctorem. Noxæ deditio, in pœnam traditio, hoc genus pœnæ est seruorum, & brutorum. Lex. Phil.

Noxalis actio, quæ aduersus dominos ex delictis seruorum datur. Schar. Noxia, maleficium, & peccatum. Noxa, quicquid nocet, tam culpa, quàm læsio, vel pœna, Lex. Phil.

Noxalis, e, ad noxam pertinens quod suscipitur ob noxam. Lex.

Noxatio, noxæ datio, deditio. Noxare, noxæ dare, barb. Lex.

Noxax, criminosus. Acc. *Scelerato*.

Noxia, culpa, maleficium. Noxa, pœna est, Fronto. Noxia nocentia. Noxa, peccatum leue. Non.

Noxialis, noxalis, noxius, qui nocet. Noxale pomum. Tertull. Noxiosus, nociuus: contra, Innoxius, obnoxius, obstrictus, *Obligato*.

Noxilis, nocens. Isid. Gloss.

Noxit, nocuerit. Lucil.

Noxitudo, noxia, culpa. Acc. Noxior, naxicissimus, noxius. Vide, *Più colpevole, colpevolissimo*.

Noxius, qui nocet: *Chi fà danno*: contra, Innoxius, qui non nocet, *Chi non nuoce*.

Noxius, qui noxet. Item, qui ob noxiam commissam, & noxam datã, est obnoxius, reus pœnæ. Lex. Phil.

N V

Nubecũla, retia arrecta varris, id est, furcis venatoriis.

Nubĕre, operire, velare, matrimonio iungi. Vnde Nuptæ, nuptiæ, &c. à nubo, is, *Maritarsi*.

Nubere, est fœminarum: Ducere, virorum. Carpet. sed confundunt.

Nubes, nubis, notæ significationis, *Nuvola*. Nubecula, p. c. parua nubes, *Nugoletta*. Nubifer, p. c. ferens nubes. Nubifugus, p. c. qui nubes fugat. Nubigẽna, p. c. è nube genitus. Nubilum, nubilõsum, obscurum, vt nubes, *Annuvolato*.

Nubicõga, nubium coactor. Poll.

Nubilis, matura viro, *Da marito*.

Nubilarium, locus, quo propter nubes conferuntur frumenta semitrita. Nubilar. Nebularium, Colum.

Nubilo, as, Nubilor, nubibus obducor, obscuror, *Annuvolarsi*. Nubilum. Tertull. Nubilõsum, nubibus plenum, *Annuvolato*.

Nubifer, nubiger, qui nubes portat, *Chi porta nuvole*. Nubidus, Nubidatus, obscurus.

Nubitant, sæpè nubunt. Pap. *Maritarsi spesso*.

Nubo, is, velo, viro trador, *Velare, maritarsi*.

Nubo, nube obduco, sponsæ caput velo, matrimonio iungor, iungo matrimonio, consuesco amori coniugali, vxorio imperio submittor. Lex. Phil.

Nucamenta, cyttaria, paniculi dependentes ex ramis abietis, & piceæ. Item, ex auuellanis, veluti vermiculi, & caudæ murium. Item, conchulæ, quibus glandes insident.

Nucerem, nucem antiq. Fest. vt, suerem, pro suem &c. Scal.

Nucẽtum, vbi nuces consitæ, *Luogo pieno di noci*.

Nuceum, quod est ex nuce, *Di noce*.

Nucha, spinalis medulla. Lex. med. *Nuca*.

Nucida, amygdalum. Isid.

Nucifrangibulum, dens, quòd nuces frangat. Plaut. Item, instrumentum, quo nuces franguntur.

Nuciprũnum, p. p. prunum insitum nuci. Nucipersica. Mart. *Noce persica*.

Nucis, nuceris, antiq. Scal.

Nucicũla, nucilla, nucũla, minuta nux, *Nocetta*.

Nucis pinea, pro nux pinea. Sup. *Pina*.

Nuclearĩũ, locus, vbi multæ nuces. Nuclearia arbor, *da noce*. Nuclearius, qui fert nuces. Cath.

Nucleo, as, nucleum edo; vnde, enucleo, as, nucleum eruo, *Snocciolare*.

Nucleus, quod tenue in nuce includitur, Nuclei tunica. Item, in acinis, nuclei sunt. Nucleus ferri, pineus, *Pinella*. Nucleus allij, spica, *Spicchio d'aglio*.

Nuctetiæ, cattæ, nauium genera. Calcag.

Nuctucia, nauis genus. Gell.

Nucŭla, parua nux. Nucilla, Nucicŭla.

Nudipedalia, sacrificii genus Hierosolymis. Egesip.

Nudipes, qui pedibus nudis incedit, *Chi và a piedi scalzi*.

Nudius tertius, quartus, à nunc die, tertio, & quarto, *L'altr'hieri tre, o quattro giorni sono*.

Nudo, as, nudum facio, vnde, *Nudare*. Nudatus, nudatè, nudè, nuditas, inopia, simplicitas, *Nudità*. Nudus, Nudŭlus, ex toto nudus, Cath.

Nugāces, vani, fatui. Pap. Nugacĭtas, vanitas, *Baie*.

Nugæ, sermones leues, res nullius pretij, *Ciancie, Baie*. Nugamenta, nugæ, & mundus muliebris. Nugacŭlus, aliquantum nugax, *Alquanto cianciatore*.

Nugæ, mortualia quę canuntur in mortuorum laudem, lamenta, verba friuola, inania: muliebris superuacaneus, & vanus ornatus. Lex. Phil.

Nugalitas, nugatio. Sup. Nugale, nugis plenum. Nugari, vana loqui, *Ciarlare*.

Nugarium, locus nugarum, *Luogo di ciancie*.

Nugarium, futile, inutile. Nugarium vnguentum, iocalia mulierum. Scal. Lex. Phil.

Nugātor, nugax, nugo, ōnis, nugiger, nugigerŭlus, turpis, vanus, nuncius. Isid. Gloss. *Cianciatore*. Nugiuendus, qui nugas agit, vendit. Nugarium. Vide

Nugatorium, nugāle, quod est nugis plenum, *pieno di ciancie*.

Nūgax, futilis, vanus Nugas, indecl. Nugas sum, homo inutilis. Plaut. Lex. Phil.

Nugicens, nugas canens. Cath. *Cantàtor di baie*.

Nugigĕra manus, vana, & quæ se ipsam fefellit.

Nugigerŭlus, qui vana nunciet, *Chi dice cose vane*. Nugiger.

Nugipărus, qui parit nugas. Isid. Gloss.

Nugipolyloquides, nugidololoquides, qui nugas, & dolos loquitur: voces Plautinæ.

Nungiuendus, qui nugas vendit, *Vende ciancie*.

Nugor, āris, vana loquor, nugas ago, *cianciare*.

Nuit, annuit, Pap. *Accennare*.

Nullatĕnus, nullâ ratione, *In niun modo*.

Nullæ, nullius, antiq.

Nullibi, in nullo loco, *In niun luogo*.

Nullifico, irrito. Gell.

Nullo, as, annullo, as. Cath. debilito, anhihilo. Nullatio, mutatio, irritatio. Pap. Nullitas sententiæ. Lex. I.C.

Nullus, tam in re, quàm in personâ. Nemo, in personâ tantùm, id est, non homo. Fronto, *Niuno*.

Nullus dum, nullus in hunc diem, nullus adhuc, *Niun per anco*.

Num, interrogandi aduerbium. Gloss.

Numaria tessĕra, symbolum, quo exhibito Quæstori eiùsque Rationali repræsentabatur pecunia. Vulf. Numarius, a, um, ad numos pertinens. Numarium iudicium.

Numarius, qui numis deditus, ad numos pertinens. Item, Interpres pacis, & concordiæ, *Dato al danaro*. Numeria, amor numi. Salm.

Numātus, numis abundans, *Ricco*.

Numatio, numorum abundantia, *Abbondanza di danari*.

Numella, vinculum colli, & pedis, ad noxios cruciandos. Item, canum vinculum. Cyphon. Vide

Numellātus, numellâ ligatus, aut tortus. Numello, as, barb. Lex.

Numen, nutus & voluntas Dei, seu Deus ipse.

Numenij, panes, qui tempore lunæ nouæ fiebant. Numenij.

Numenius, nouus mensis, nouilunium. Bibl.

Numerabile, quod potest numerari. Numerabiles

Numerialis, le, ad numerum pertinens. Item, nomen. Gramm.

Numerarij, numeratores, tabularij, qui cartas publicas ministrabant. Lex. I.C. Item, calculatores, Arithmetici. Buleng. *Abbachisti*.

Numeratim, per numeros, *Numeratamente*.

Numeria, Dea numerorum.

Numerarchæ, Chiliarchæ, tribuni millenarij. Buleng.

Numerij, celeriter nati homines, quia numero facti videbantur.

Numerarij milites officiales quorum determinatus erat numerus, sicut supernumerarij, qui postea additi, cum fuisset legio completa. Lex Phil.

Numerarius, numerātor, qui summè ac mirabiliter computat, *Computista*.

Numerè, Numero, citò nimium, celeriter. Numerè, etiam nimium, id est, magno numero. Numero eximere, eximium, atque egregium aliquem constituere. L. I.C.

Numerosè, adu. *Numerosamente*.

Numerositas, multitudo. Sidon.

Numero, as, supputo, *Annouerare*; vnde composita annumero, renumero, &c.

Numerosè, sonore, cum numero, numerātò, numerātim, per numeros. Numero dicere, citò, paucis, *Dir in poche parole*.

Numerositas, multitudo. Numerosus, multiplex, *Numeroso*.

Numerus collectio vnitatum. Numerabile, quod po-

potest numerari. Numerarium, quod ex numero est. Supernumerarium, quod supra numerum. Item, legis. Salm.

Numerus immundus, Secundus. Par, masculus: Impar, fœmina. Quaternarius, in honore habitus. Quinquennarius, Minerux. Novar.

Numiculator, calculator, quia colebantur numi cum essent diuersorum metallorum. M.S.

Numi steriles, sine vsurâ, *Danari otiosi, morti*.

Numida, qui vendit herbas, vel qui alit pecora ad vendendum. Isid. Gloss.

Numidicus lapis, marmor ex Numidiâ. Numidiana pyra. Plin.

Numine afflatus, entheatus, *Spiritato, inspirato*.

Numo addicere, est ita dare, vt quamvis vendita res non sit, vendita tamen esse videatur. Lex. I.C.

Numus, nummus, Aldo. Nummum antiq. *Moneta*. Numisma, nomisma, *Danaro, ò moneta*, numulus, paruus numus.

Numus asper, *Moneta di zecca*. Numōsus, numātus, numis abundans. Numarius, qui numos tractat. Numus sterilis, sine vsurâ.

• Numularius, campsor, numos permutans. Numularius, *Banchiero*. Numularia, herba palustris. H.P.

Numulus, Numillus, paruus numus.

Nunc, modo, *Adesso*.

• Nunciare nouum opus alteri, ne nouum faciat interdicere. Duaren.

• Nunciatores, emissarij, internuncij, delatores criminum. Lex. I.C.

• Nuncio, as, nuntio, as, significo nuntiari, *Nonziare*, Nunciatio, nunciandi actus, *Annonciatione*. Nunciatur, de longinquo: Denunciatur de præsenti: Adnunciatur, de futuro: Renunciatur, de excusando. Agr.

• Nuncius, qui nunciat, & quod nunciatur, *Messaggiero, messo*. Nuncia, æ, *Messaggiera*; vnde, Internuncius. Vide. Item, viator, apparitor.

• Nunciolus, paruus nuncius, *Messetto*.

Nuncubi? num alicubi?

Nuncupatio operis, dedicatio. Nuncupatoria epistola, dedicatoria.

Nuncupare, est voluntatem circa hæredis institutionem legatorum dationem linguâ, & voce exprimere, nominareque.

Nuncupare vota, est alicui diuorum vota pollicere, & destinare, quæ in tabulas præsentibus multis referebantur, ita dicta, quod certis verbis clarâ voce essent facta. Lex. I. C. Alci. Item, ea expressis verbis nominare.

Nuncupatiuum testamentum, est, quod iure ciuili coram septem testibus, nominato hærede fieri solet; seu, quod fit sine scriptis coram septem testibus viua voce. Nuncupatorium.

Nuncupatus hæres, viua voce non scripto institutus. Lex. I.C. Nuncupatio testamentum non scriptum.

Nuncūpo, as, nomino expressè, & vna voce. Nuncupata vota, quæ magistratus faciebant proficiscentes in Prouincias. Nuncupāre testamentum, hæredem viua voce testatoris nunciare sine scripto: contra, hæres scriptus. Nuncupatim, adu.

Nundina, Dea à nono die lustrico nascentium dicta.

Nundinæ, nundinum, mercatus publicus, nono die quoque fieri solitus, *Mercato fiera*.

Nundinālis, ad nundinas pertinens, *Di mercato*. Nundinālis coquus, nouendialis, feralis, mortuis cœnam parans. Plaut. vel ignobilis, & ruro vocatus.

• Nundinarius, nundinis deputatus Nundinarium, ad nundinas spectans.

Nundinātor, qui nundinas frequentat. Nundinatio, mercatus, *Mercato*.

Nundinatitium, ostentatitium caput: non velatum. Tertull.

Nundinium, nundinum, nundinarum tempus. Salmas. *Tempo di fiera*.

Nundinor, aris, publico mercatu distraho. Nundino. Apul. *Vender al mercato*.

Nundinum, Nundinium, Consulum ordinatio, seu vices & ordines suffectorum Consulum; tribus enim nundinis indicebantur comitia illis creandis, cum candidati sese populo ostendebant. Salm.

Nunquam non semper. Nunquam, nunquid, nunquidnam, nunquis. Aldo. Nunquando.

• Nuntiator, vide, nuncio.

Nunsio, Nansio, titubo, dubito. Gloss. Lex. Phil.

Nuo, nuis, signū capite ostendo; vnde Abnuo, Annuo, renuo, *Accennare di nò, ò sì*. Vide

Nuper, paulo ante, *Poco fa*. Nupĕrum, recens. Nuperum, nouissimè, nouitium, recentissimè. Nupĕrus, recens, nuper factus.

Nupta verba, obscœna, quæ virgini dicere non licet. Fest.

Nuptalitium, nuptiale. Vlp. ad I.C.

Nuptant, nubant, vel sæpè nubunt.

Nuptiæ, ceremoniæ matrimoniales. *Nozze*. Nuptiōlæ.

Nuptiatores, nuptiarum instructores. Rh. Nuptialiter, more nuptiarum. Nuptialitius, nuptialis, ad nuptias pertinens, *Nozziale*.

Nupto, as, sæpè nubo. frequent. Nuptant, nubunt. Isid. gl. Nupta verba, obscœna. Lipsi.

Nuptorium, locus, & domus nubentium. Isid. Gloss. Nuptatorium. Cath. *Luogo di nozze*.

Nupturio, is, nubere cupio, *Bramar di maritarsi*.

Nuptus,in matrimonium collocatus, tectus. Nuptus, us, nubendi actus. Nupta, quæ nupsit, *Maritata*.

Nura cauda. Gloss.g.b.

Nurus, filij vxor, *Nuora*.

Nus,mens. Tertull.

Nusca, fibula, lunula,Nusculi. Cod.Il.antiq.

Nuscitiosi, parum videntes ob oculorum vitium. Fest.fortè, Luscitiosi,Nyctilopes. Vide.

Nusquam, in loco nullo: nusquam non,vbique, nonnusquam, alicubi Nuspiam, in nullo loco.

Nussito, expuo, fastidio. Sup.

Nuta, gestus oris. Sup. Nuron, onis, consensio. Cath.

Nutabundus, nutanti similis. Apul.

Nutare, capite; nictare, oculis *Far cenni*.

Nutatim, per nutum. Cath. *Per cenni*.

Nutinare, ingenium, genitura. Isid. Gloss.

Nuto, as, vacillo, capite frequenter annuo. Nutabundus, incertus, nutanti similis.

Nutrimen, nutrimentum. alimentum.

Nutrico, nutrio,Nutricor, nutritor, nutritorius, nutricatio,educatio. Nutricatus, nutrix, nutricia, obstetrix. Nutricula.

Nutrio, is, educo, alo, *Nodrire*. Nutrimen, nutrimentum, *Nodrimento*.

Nutritius, qui nutrit, & qui curam habet pueri. Item, qui nutritur.

Nutrix, quæ nutrit, *Nodrice*.

Nutritia, orum, salarium nutricis, *Paga della nodrice*. Nutritia, quæ nutrit, aut nutritur.

Nutus,us,voluntas, consensus, *Cenno*.

Nux, fructus notus, *Noce*. Nux vitiosa, auellana, aut pontica,castanea, basilica, seu iuglans, mollusca,odorata, vnguentaria,cupressi,pinea, &c.Nucicula,parua nux, *Nocetta*.Nucula.

Nux myristica, macis, arbor peregrina, *Noce moscata*, H.P.

Nux,arbor ferens fructum duri corticis. Nuces, dicuntur generaliter omnia poma tecta corio duro, vt nuces pineæ, auellanæ,glandes,castaneæ,amygdalæ, hinc Nuclei dicti quod sint tecti corio duro. Isid. Nux auellana, nucula, Pontica,Prænestina, Heracleotica. Nux basilica, regia, iuglans,Persica Nux Græca,amygdala Thasia. Nux Sardiana,castanea. Nux frica, tosta cœta.Nux pinea,sororibus.Nux mollusca, molli putamine. Lex. Phil.

N Y

Nychia, p.p.pernoctatio. Nychema, elucubratio. Nychos, nox. Nychius, nocturnus.

Nyctages,hæretici, à somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, tanquam superstitiosas. Isid. Vide nyctazontes.

Nyctalogia, Nyctalopiasis, ipsum vitiũ oculorũ.

Nyctalops, luscitiosus, interdiu videns, noctu cœcutiens, *Chi vede poco*. Item, qui melius noctu videt.

Nyctans, euigilans. Capella. *Vigilante*.

Nyctazontes, hæretici damnantes vigilias Christianorum nocturnas: vide,nyctages.

Nyctegersia,excitatio nocturna, noctisurgium. Fest. *Il leuar di notte*.Nyctegresia.

Nyctegretum, herbæ genus. Plin.

Nyctelia, nocturna sacra in honorem Bacchi, qui Nyctelius dictus, nocturnus.

Nyctelius, Bacchus, cui sacra noctu fiebant.

Nyctemeron, noctis, dieique spatium, *Spatio di giorno,e di notte*.

Nycteparchus, præfectus vigilum, *Capo di sentinelle*.

Nycteris, p.c.vespertilionis genus. Item, piscis.

Nycterobius, nyctibius, noctu viuens, vagans,& interdiu latitans. Nycterobia, animalia noctu viuentia.

Nicticorax,p.c.corvus nocturnus.Nocticorax.

Nictidromus, viator nocturnus, *Chi camina di notte*.

Nyctilampes, noctu lucens, *Chi luce di notte*.

Nyctileia,sacrificia Baccho fieri solita noctu.

Nyctilius, nocturnus,Cath. *Notturno*.

Nyctulochus, latro nocturnus, qui noctu insidias molitur, *Ladro di notte*.

Nyctilops, herba quæ noctu longius videtur. Nyctilampas.

Nyctilopes,qui noctu, & vesperi videt.

Nyctimates,vates nocturnus, *Indouino notturno*.

Nyctinomus,noctu pascens.

Nyctipolus, noctu oberrans, *Chi pasce, è erra di notte*.Nyctiporus.Nyctiporia,iter nocturnum.

Nyctipedeces, calceorum muliebrium species. Poll.

Nyctiphanes, noctu conspicuus, nyctiphantus, *Chi appariſce di notte*.

Nyctocleptes, fur nocturnus,*Ladro notturno*.

Nyctographia,elucubratio,opus nocturnum,*Studio di notte*.

Nyctomachus,noctu pugnans.Nyctomachia, pugna nocturna, *Battaglia notturna*.

Nictophylacia, custodia nocturna. Nyctophylaces, custodiæ nocturnæ,*Guardie di notte*.Nyctophylax, noctianus. Vide

Nyctostrategi, nocturni magistratus, vrbem noctu perlustrantes, quietis conseruandæ gratiâ. Pancirol. *Pattuglia*.

Nympha, sponsa, *Sposa*. Item, caruncula in medio pudendi muliebris dicta,Myrtos. Poll.

Nympha, noua nupta, hymen virginalis, fœtus apum, & vesparum, calyx rosarum paululum se aperiens. Item, Dea sponsarum, & fontium.

Na-

Naias dicta. Dryas, syluarum. Oreas montium. Hamadryas arborum. Napea florum, & pascuorum, &c. Lex. Phil.

Nymphea, herbæ genus palustris latæ, & innatantis H.P.

Nymphagōgus, qui sponsam ducit ad sponsum ex domo paternâ, nam in secundis nuptijs sponsus non ducebat domum sponsam. Lex.

Nymphe, nymphin, cauum inter mentum, & labrum inferius. Hesych. Typon. Poll.

Nymphæum, nymphium, nymphetum, nympheium, lauacrum mulierum, aquarium, aquagium. Gloss. sacrum templum Nympharum. Ædes publicæ choreis nuptialibus destinatæ. Item, salientes. Sap.

Nympheum, thalamus sponsi, & sponsæ.

Nympheus, Nymphius, sponsus. Gloss.

Nympheuta, paranymphus, pronubus.

Nympheutria, pronuba, sponsum è paternis ædibus ad edes sponsi comitans. Nymphagōgus, qui eam ducebat ad maritum in secundis nuptijs.

Nymphides, calciamenta muliebria. Nymphium, p.p. thalamus sponsi, *Letto della sposa*.

Nymphocómus, comes nymphæ. Item, sponsam ornans, *Chi orna la sposa*.

Nympholepti, lymphatici, nympharum spiritu correpti, *Spiritati furiosi*.

Nymphon, talamus, nuptiarum domus. Tertul.

Nymphoponus, pronuba. Athen. Dalech.

Nymnion, næniæ cantata à nutricibus pueris dormiturientibus, *Nanna, nanna*.

Nysia, saltationis genus. Suid.

Nyssa, repagulum vnde cursores mouentur. Item, meta ipsa, *Nissa*.

Nystactes, capite nutante, dormitator, *Chi dormendo china il capo*.

Nystagmus, dormitatio, somnus interruptus. Lex. Phil.

Nyxa, nyxarium, myxa, pruna minor Damascenis. Heriber.

Notæ Antiquorum.

N In notis antiquorum non, nomen. Nonius, noster, numisma, numerator, &c.

N. Nou. Nouellæ.

N A V. naues, nauicula.

N B L. nobiles.

N C. nunc. N. C. non certè. Nero Cæsar. Nero Claudius. N.C. SN. CO. S.D.E. notis ciuibus senatus consulti suffragium datum est. N. C. N. P. non clam, nec precario. N.C.C. non calumniæ causâ.

N. E. D. notus, & diues.

N E G. negotiator, N E P T. Neptunalia.

N E P. R E D. Neptuno reduci. N E P. S. Neptuni sacellum.

N. F. C. nostræ fidei commissum. N. F. N. nobili familiâ natus.

N. H. notus homo.

N K. C. non calumniæ causâ.

N. L. non liquet. Nominis Latini. non licet. non longè.

N. M. Nonius Macrinus. non malũ. non minus.

N N. nostri. N. N. Q. N. numerat neque numerum.

N O. nobis. N O. nostrum. NOBB. nobilibus. NOB. G. nobis generatus. nobili genere. NOB. GN. nobili genere natus. NOB. F. N. nobili familiâ natus. NON. APR. nouis Aprilis. NOR. nostrorum. NOV. Nouellæ.

N. P. nihil potest. non potest.

N. Q. nusquam. namque numquam. N. Q. A. N. numerat, qui annumerat. N. Q. N. numquid non.

NR. nostrorum. nostrum. N. R. non restituerunt. N. R. Nero. N. R. nobis Rauennas. non restituerunt. N. R. CL. Nero Claudius. NR. noster.

N. S. E. non sic est.

NT. nominatis. N. T. nostri temporis.

N. V. non vis. non vocat. non valet. N. V. N. D. N. P. O. neq; vendetur, neq; donabitur, neq; pignori obligabitur. N VP. nuptias. N V S. E. P. natus est puer. N. VV. non vult.

O

P R O, e, olim: Vorsus, pro versus, voster, pro, vester. Item, pro, u, seruos, seruus, volgos, pro, vulgus: oe, & oi, pro, u, cœrare, pro, curare, oitier, pro, vtier: oitile, pro vtile. Turn.

Ou, pro, u, Ioure, pro iure. Loumen, pro lumen. Voss.

O A

Oanutta, massa vino rugata. Poll.

Oararicha, oocaricha, mugilum oua sale condita, *Cauiale, bottarga*.

Oasis, pœnæ genus. L. I. C. Locus exilij.

O B

Obristys, vox, dialogus inter coniuges, confabulatio.

Ob vos obsecro, pro obsecro vos. Fest.

Ob acerbãre, exacerbare. Fest. *Inasprire*.

Obacerãre, obloqui, alterius sermoni obstrepere, quasi acus immittere Obacẽro, as, p. c.

Ob rãti, milites, ære iam dato obligati. Lex. Phil.

Obæratus, ære alieno oppressus, *Indebitato, obligato.* Obæro, as, pretio, seu ære conduco.
Obambulãre, aduersus alium ambulare, ambulanti se opponere, *Passeggiare.* Obambulatio, *Passeggio.*
Obaresco, circumquàque aresco, *Seccarsi intorno.*
Obarmãre, armis tegere, *Armare.*
Obaro. circum aro, *Arare intorno.*
Obater, quodamodo ater, subater, *Negreggiante.*
Obaudio, obedio, antique Fest. Tertull Item, non audire simulo. Obauditus, vitiata facultas auditus. L.m. obaudire, de mente deducere. L.I.C.
Obauro, auro obduco. Apul.
Obba, obua, poculi genus lignei, aut spartei. Item, cadus in fundo latus, vel in quo mortuis parentatum, *Botteglia, bottaccia.*
Obbibo, p.c. bibo, *Bere.*
Obruteo, obrutesco, obstupesco, in brutum euado, rationis vsum amitto, *Diuenir bruto, perder la ragione, stupidirsi.* Obbrutescentia. Aug.
Obcanto, incanto, incantando lædo. Lex. Phil.
Obcãno, occino, antiq. Tac. *Cantar incontro.*
Obcensi, accensi. Vide.
Obcœco, as, cœco, *Acciecare.* Colum. Occœco. Idem.
Obcædes, occisio, truculentum quid. Plaut.
Obdo, oppono. Fest. claudo, obijcio.
Obdormio, obdormisco, dormio, & vitâ fungor, apud scriptores sacros.
Obdũco, p.c. tego, detego, obstruo, cuinco. Tert. Obducto, frequenter obstruo, *Serrar spesso.*
Obductio, tectio. Item, mors. Voc. Eccl. Item, rerum euersio in dispersione. Odo.
Obdulcesco, dulcis fio, *Addolcirsi.*
Obdurẽo, obduresco, durior fio, obduro, as, p.p. durum facio, *Indurare.*
Obedio, obtempero, *Obedire.* obediens, obedienter, obedientia, obeditio. Obedibo, obediam. Afran, obedienter, *Con obedienza.*
Obẽdo, p.c. circum edo, consumo, *Roder intorno.*
Obelea, futura tertia cranij recta per verticem instar veru porrecta. Lex. med.
Obẽli, verua, & virgulæ, quibus adulterina, aut perperam scripta iugulamus. Asterisci, de quibus dubitamus.
Obelias, panis, ita dictus, quod obolo veneat, vel quia in veruculis torreatur. Athen. Dalec.
Obeliæ, panes Dionysio offerri soliti, sic dicti, quod obeliscis quibusdam constipabantur.
Obeliscolychnium, instrumentum militare ab vsu gemino, vericuli, & lucernæ dictum, lucerna viatoria, obelisco præfixa, *Lucerna col manico appuntato.*
Obeliscus, parvus obelus, Veruculum: imo saxum ingens altissimum in figuram metæ, minus pyramide, lapis asper acuminatus, *Aguglia.* Item, veruculum, paruum veru. Poll. Lamina ensis.
Obelo, as, sagitto, vel tali virgulâ noto. Lex. Phil.
Obẽlus, obeliscus, asteriscus, veru. Item, nota librorum expungens. obelãre, sagittare. obelismus, obeli appositio, notatio, quæ fit appositio obelo. Poll. Asteriscus, nota dubitationis, aut rei insignis. Vide Cath.
Obeo, is, ideo, circumeo, morior, *Morire.* obire diem, mori. obire vadimonium, ire ad vadimonium.
Obequito, as, circum equitum, *Caualcare intorno.*
Oberro, as, circum erro, *Vagare intorno.*
Oberos, cutis ruptura. Pap. in ll. Longob. Lex. Phil.
Obesco, as, inesco escâ farcio, sagino. Colum.
Obescet, oberit, vel aberit. Fest.
Obẽso, as impinguo, sagino, *Ingrassare.* obesitas, pinguedo, *Grassezza.* obẽsus, p.p. pinguis, *Grasso.* Item, macilentus, circumrosus. Non. Lex. Phil.
Obex, icis, obstaculum, pessulum seræ, *Chiauaccio, trauerso, sbarra.* Item remora.
Obfibulãre, concludere, circumdare. Isid. gloss.
Obficus, turpis ludus, impudicus. Pap.
Obfirmare, fixum in animo habere, *Stabilire.* obfirmatus, obstinatus. obfirmare, obstinare, *Ostinatamente.*
Obfringitur ager, cum secundò aratur, Varro, offringo. Vide.
Obfusco, refero, vel do in fraudem. Gloss. A.L. Item, obscuro, *Oscurare.*
Obgannio, obloquor, obstrepo, *Ganar uno di proposito con parlar troppo.*
Obhæreo, adhæreo, *Attaccarsi.* obhæresco, adhæresco.
Obherbescit, herbis obducitur circum, aut in superficie. *Vestirsi d'herbe.*
Obhorreo, in superficie horreo. Lex. Phil.
Obiaceo, coram, aut è regione, aut circum iaceo, *Giacere auanti, o intorno.*
Obicẽris, obieceris, conieceris ab obiicio. Vide.
Obiectacũlum, obex, claustrum obiectamenta, probra obiecta, Apul. obiectus, oppositus. obiectum, obiectus, us, *Impedimento, ostacolo.*
Obiecto, frequenter obicio.
Obiectum, quod è regione positum.
Obiectus, us, actus obiiciendi.
Obicula, paruus obex. gloss. Isid.
Obiexis, obieceris. Plaut. obicũla, parvus obex. Isid. Gloss. obices, oppositiones, pessuli, seræ.

Fest.

Fest. *Chiauacchi, trauersi, stranghe.*
Obigitat, ante agitat. Fest.
Obijcio, is, ante iacio, exprobrio, *Opporre, gettar in occhio.* Obiecto, as, sæpe obiicio.
Obilat, limpidat. Sup.
Obinānis, inanis, vacuus, *Voto.*
Obirātus, iratus. Obiraſcor, iraſcor admodum.
Obire, adire, circumire. Lucr. Item, obire diem, mori.
Obire vadimonium, ad diem ſe ſiſtere. *Comparire.*
Obinunt, obeunt. Feſt.
Obiter, incidenter, præter propoſitum, in tranſcurſu, *Accidentalmente.*
Obitu, aditu. Feſt. obitus, us, mors, tranſitus, interitus, *Morte.* Item, aduentus, aditus.
Obiurgatio, poſt turpe factum caſtigatio: monitio, ante commiſſum. Feſt. Obiurgo, as, increpo. *Riprendere.* Obiurgatorium, pertinens ad obiurgationem. Obiurgātor, qui alterum obiurgat. *Riprenſore.*
Obiurgito, ſæpe obiurgo, *Riprender ſpeſſo.*
Obiūro, iure iurando obſtringo, *Obligar con giuramento.* Feſt.
Oblaterāre, more ouis contra balare.
Obleaqueare, circumdare, includere. Tertul. Item, circa caudicem terram aperire. Pap. *Scalzare*, excodicare dicitur. Lex. Phil.
Oblamentia, vitis nigra, Oblamenia. Dioſc.
Oblata, æ, panis rotula, hoſtia, hoſtiæ oblatio. Oblatio. Lex. Phil.
Oblatio, offerumentum, quod Diis offertur. *Oblatione.* Oblatiuncula, parua oblatio.
Oblationarij, coactores canonarij, indictionales, fiſcarij, ærarij, qui collectas, & tributa legunt. Bud.
Oblatratrix, mulier odiosè loquens. Oblatrātor, qui obloquitur, *Chi parla contra.*
Oblatro, as, circum, aut contra latro, *Abbaiar contra.*
Oblatum furtum, non malo genio, ſed occaſione factum. Gell.
Oblātum, quod offertur. Oblationes, quæ Diis offeruntur, olim Offerumenta dicta, *Oblationi.*
Oblectamen, oblectamentum, oblatio, delectatio, *Diletto.*
Oblecto, as, oblector, āris, delecto, delector, *Dilettare, dilettarſi.*
Oblectamus, delectabilis. Capit.
Oblego, as, contra lego, vel per contrarium, vel contradico. Lex. Phil.
Oblegāre, contra dicere, contra leges venire. Pap.
Oblicus, oblicius, obliquus. Sup. Feſt. *Storto.*
Oblido, is, p. p. lædo ex omni parte, ſuffoco, *Suffocare, ſchiacciare.*
Obligatio, ōnis, auctoramentum, ſeruitus, & vinculum, *Obligatione.* Obligamentum. Tert.
Obligatōres, mercatores, Nouar. Item, qui ligaturas faciunt. Cod. Ilanciq.
Obligātus, obſtrictus, *Obligato.*
Obligo, as, p. c. circumligo, deuincio beneficiis. Obligatio, obligatoria, ſyngrapha, *Scritto, ò obligo.*
Obligo, as, p. c. vinculis ligo, *Legare.* Vnde —, vulnus obligare, faſciis vincire, *Faſciare.*
Obligurio, is, p. c. multa auidè conſumo. *Tranguggiare.* Item, profundo, *Conſumare, o gettar via.*
Oblimoras, p. p. limo obduco, ſiue oppleo, *Empir di fango.* Item, conſumo, obcæco, à limo.
Oblino, is, p. c. Oblinio, circum vngo: vnde, oblītus, p. c. ab oblinio. Oblitus, p. p. ab obliuiſcor. Oblinere, *Impeciare.*
Obliqui, incolæ, Periœci, Tranſuerſi. Antœci, Aduerſi, Antipodes, ſeu Antichthones. Vide ſuis locis.
Obliquis, oblicus, obliquus, non rectus, *Torto.* Feſt. curuus, tortus.
Obliquo, as, curuum facio, *Piegare.* Obliquitas, obliquè, obliquatio. Item, tranſuerſum facio. *Attrauerſare.*
Oblitĕro, p. c. aboleo, deleo, *Cancellare.* Oblitarātum, obliterum, exoletum, *Diſuſato*, Obliuione, aut lituris ſublatum. Feſt. Obliterator.
Obliteſco, obliteo, lateo, *Aſcondere.*
Oblito, oblino. Sup. *Impiaſtrare.*
Oblituit, quod fit à latere. Sen.
Obliuius, obliuioſus. Varro. Obliuium, obliuio, ius, & quod obliuione obſcuratum eſt. *Dimenticanza.* Obliuiālis, obliuiōſus, obliuionem inducens. Prud. *Che fa dimenticare.*
Obliuiſcor, non recordor, *Scordarſi.* Obliuio, onis: obliuioſus, qui citò obliuiſcitur, *Scordeuole.*
Obliuius, a, um, obliuione obſcuratus, deſitus.
Oblŏco, ablŏco, as, p. c. loco, *Affittare.*
Oblogat, imperat. Iſid. Gloſſ.
Oblongŭlus, aliquantum longus. Oblongus, longus.
Obloqui, contra aliquem loqui.
Obloquutōres, maledici, detractores, *Maldicenti.* Oblŏquor, obturbo, contradico, *Interrompere il parlar d'altrui.* Item, maledico.
Obliucinor: erro, oblucinaſſe, alluciaſſe, mente erraſſe, quaſi in luco, Deorum alicui obuiaſſe. Feſt. Obliocuuiaſſe: oblucino, as, antiq.
Obluctor, contra luctor, *Sforzarſi all'incontro.* Obluctans, nitens contra aliquem cum conatu.
Obludo, p. p. oblūdere, cum aliquo ludere, vanâ ſpecie ineſcare. Prud.

Obmallo, in mallum deduco seu Iudicium. Vide, Mallum. Lex. Phil.

Obmanco, maneo.

Obmănes, p.c. commentans, diu permanens. Fest.

Obmolior, facta mole obstruo, *Far vn ostacolo con gran forza.*

Obmonēre, admonere, antiq. Fest. *Ammonire.*

Obmoueo, admoueo, antiq. Fest.

Obmurmurare, contra murmurare, *Mormorar contra.*

Obmutesco, mutus fio, *Ammutolire.*

Obnecto, obligo, ligo, verbum in nuptiis frequens. Fest.

Obniger, subniger vel admodum niger, *Negro poco, ò molto.*

Obnitor, p.p. contra nitor, *Sforzarsi all'incontro.* Obnixè, cum conatu totis viribus, *Con ogni sforzo.* Lex. I.C. Obnixus, contra nisus, conabundus.

Obnixa, obnupta. Gloss. vel ab obnitor, conata.

Obnixè, obnitendo. Item, vehementer. Obnixus, us, vehemens actio. Lex. Phil.

Obnoxiatio, obligatio, qua se homo liber in seruitium alteri tradit. Item, oppigneratio. Cod. ll. antiq.

Obnoxius, pœnæ obligatus ob delictum. Item, vasallus. Obnoxio, obligo, Marcel. Obnoxiè, seruiliter, trepidè. Obnoxia, pignori obligata. *Cose obligate.*

Obnoxius, debens noxam ob noxiam, ex eâ culpa reus, & pœnâ dignus. Expositus pœnæ. Obligatus, subiectus seruituti.

Obnoxium ingenium, illiterale: corpus, morbis subiectum.

Obnoxiè perire, ex merito, ex debito. Plaut. Lex. Phil.

Obnoxiosus aliis, qui alios sibi noxios habere vult, imperiosus. Item, valde obnoxius. Lex. Phil.

Obnoxiatio, oppigneratio. Lex. Phil.

Obnubilo, as, p.c. obscurum facio, quasi nubibus impleo, *Annubilare.*

Obnubilum, obscurum, tenebris obsitum. *Oscuro.*

Obnūbo, p.p. abscondo, tego, *Coprire.* Vnde, Nuptiæ. Vide.

Obnuntio, as, mali aliquid nuncio. Nuncio, vero bonum. Don. obnuntiatio, denunciatio, *Protestio, auuertimento di mal incontro.*

Obolco, malè olco, sentio, *Rendere cattiuo odore.* Olat. oleat. antiq.

Obolitio, obliuio. Pap. *Dimenticanza.*

Obōlus, genus ponderis, numisma, sexta pars drachmæ, *Bolognino.* Obolostates, minutulus fœnerator. Rh.

Obolus, minutus nummus sexta pars drachmæ. Item quælibet minuta moneta. In ponderibus sunt tres siliquæ, quæ faciunt grana xii. Dimidius scrupulus, Lex. Phil.

Obominor, malè ominor. Apul.

Obortior, ortior, erumpo. *Nascere.*

Obortur, adnascitur. Fest. Obortus, subito natus, *Nato subito.*

Obpūba, instrumentum rusticum eruendis lapidibus, referēs caput vpupæ auis, *Picco.* Salmas.

Obprobrāre, probrum obicere. Fest. Obprobriū, maledictum, improperium, *Maldicenza.*

Obpuuiat, ferit, verberat. Obpauiat, vnde, pauimentum. Fest.

Obra, obedientia. Sup.

Obrauco, raucum facio. Lex. Phil.

Obpexus, pectinatus. Bero.

Obremex, Procōpus, Epilcōpus, proreta. Calcag.

Obrendarium, malla lapidea, qua arculæ mortuorum obruebantur. Inscr.

Obrepo, is, p.p. latenter, & tacitè aduenio, *Venir celatamente.* obrepto, sæpè obrepo.

Obreptio, latens, & fallax aditio in ficti narratione, cum tacemus veritatem; Subreptio, cum falsum narratur.

Obretio, is, reti aliquem circumdo, *Arretare.*

Obrigeo, rigore indurescо, *Gelare, indurarsi per il freddo.*

Obrimus, robustus, *Robusto.*

Obrison, splendor auri, sed abrigeum, scribendum. Turn.

Obrōdo, is, p.p. circumrodo, *Roder intorno.*

Obrŏgo, as, p.c. legis prioris infirmandæ causa legem aliam fero: Subrogatur, cum aliquid additur: derogatur, cum pars tollitur. Fest. obrŏgo, p.c. obloquor, *Rompere il parlare.*

Obrumpo, rumpo, *Rompere.*

Obruo, is, infodio, terrā operio, *Coprire, Sotterrare*, contra, eruo, *Scoprire, disotterare.*

Obrussa, probatio igne auri, argentique & exploratio perfectionis, vt fiat obryzum. Item, norma obrusa.

Obrutuit, obbrutuit, in brutum euasit. Brutum, stupidum antiqui dixere. Fest.

Obryzum, obrizum, obridium, metallum purum, merum, purissimè coctum. *Oro raffinato.* Obryzati numi.

Obsalutāre, offerre se salutandi gratiā. Fest.

Obsatūro, satietatem cum fastidio offero.

Obscariones, carcerum custodes, scariones, Cod. ll. antiq. Lex. Phil.

Obscēnus, Aldo. Vide, obscœnus.

Obscidium, obsidium, antiq. Vide.

Obscitæ leges, abscītæ, vnde, scisscre legem. Scal.

Obscōcuo, as, malum omen affero. Obscēnus, obscœnum, inauspicatum, & immundum. Obscœnitas,

micas, impuritas, *Disonestà*. Obscœnè, *Lordamente*. Obscœnissimus, &c.

Obscœno, as, scævum, seu malum omen affero, auidius vescor. Palm.

Obscūro, as, supprimo, extenuo, non curo. Obscūrum, Obscurè. Obscuratio. Obscuritas: obscurus, qui sine lumine.

Obscus, oscus. Scal.

Obsecro, as, per sacra rogo, obtestor. *Pregare*. Vnde, obsecratio, ōnis, rogatio, *Preghiera*. Obsecramus, quem religione obligamus. resecramus, cum liberamus. Turn.

Obsecundo, as, ad alterius nutum omnia facio, *Secondare, compiacere*. Obsecundatio, obsequium. Obsecundanter. obsequenter.

Obsepio, is, sepibus circundo, *Circondar di siepe*.

Obsequēla, æ, p. p. morigeratio. Obsequium, ministerium, *Compiacenza*, obsequij thema, multitudo aulicorum præcedentium. Buleng.

Obsequentia, obseruantia.

Obsequiales, officiales operæ, in reuerentia patrono consiltunt. Fabriles, quæ manibus peraguntur. L. I. C.

Obsequium, obsequendi actus. Obsequia, serui, comitatus. Obsequātor, obsequens. Tertul. obsequenter.

Obsequibilis, obsequiosus, qui facilè obsequitur. Obsequiōsus, obsequens facilè.

Obsĕquor, ris, p. c. alterius voluntati morem gero, *Compiacere*. Obnixè sequor, vt seruus dominum.

Obsĕro, ris, p. c. circum semino, seu planto, *Seminare, ò piantare intorno*. Item, circundo.

Obsĕro, as, p. c. occludo, velut serâ impositâ, *Serrare*.

Obseruantia, obseruatio, reuerentia, & honor, *Riuerenza*. Item, annotatio, & custoditio, præceptum. Obseruatè, accuratè. Gell.

Obseruans, qui obseruat. Obseruabilis, idoneus qui obseruetur. Obseruanter.

Obseruator, qui obseruat, *Osseruatore*.

Obseruo, as, oculis mente que seruo, custodio. *Osseruare*.

Obses, idis, p. c. qui datur in pignus imperio alicuius eâ conditione, vt fide seruatâ, restituatur, *Ostaggio*. Obsidatus, status, & conditio obsidis.

Obsessor, qui obsidet, *Chi assedia*. Obsessi, qui obsidentur, *Assediati*.

Obsiani, obsidiani, lapilli nigerrimi translucidi. Plin. Obsij.

Obsicium, obsequium. Sup.

Obsicus, turpis ludus, impudicus. Pap.

Obsidiæ, insidiæ. Col.

Obsidco, vide, obsido.

Obsidianum vitrum, instar lapidis Obsidiani, nigerrimi coloris. Obsidianus lapis, ab Obsidio inuentus.

Obsidionāle, ad obsidionem pertinens. Obsidionalis corona, data ijs, qui liberant ab obsidione.

Obsidior, āris, circa insidias facio, *Assediare con insidie*.

Obsidium, obscidium, obsidio, obsessio, *Assedio*, ab obsĭdo, vel, obsideo, *Assediare*, assedio.

Obsidius, obsius, lapis niger, perlucidus, vitro similis.

Obsĭdio, is, & obsideo, es, circumsido, & circumsideo, obsepio, obsessum tenco, *Assediare*.

Obligillo, signo sigillare.

Obsignāta epistola, occlusa, sigillata.

Obsignatōres, notarij, & testes, testamentum suis signis signantes.

Obsigno, as, signi impressione occludo, sigillare.

Obsillas, Marsus. Isid. Gloss.

Obsīpo, as, p. p. obsipare, pullis escam obijcere, aggerare. Colum. Fest.

Obsisto, is, contrasto, *Far resistenza*.

Obsitus, mersus. Isid. Gloss.

Obsitus, obserendo cultus, tectus, obuolutus. Onom.

Obsius lapis, niger, translucidus in parietibus ad imagines reddendas pro specvlis positus.

Obsodædalus, variorum obsoniorum magister. Dalech.

Obsolco, obsolesco, obsolefio, deficio, inueteresco, *Disusare*. Obsolētum, inueteratum, squalidum, *Disusato*. Obsoletè, inusitatè. Obsoleto, as, inquino, obsoletum reddo. Tertull. Isid. Gloss. Obsolefacta, robustior effecta. Tertull.

Obsolitātus pollutus, obsoletus. Isid. Gloss.

Obsolito, obtero, inquino. Glossæ. A. L.

Obsologia, scriptura de delicijs popinalibus, *Trattato di cose mangiative*.

Obsonium, opsonium, cibus vltra panem, & vinum. Obsonium myrtatum, ex myrti baccis, quo antiqui vsi loco piperis.

Obsonātor, opsonātor, qui obsonijs comparandis præest. *Spenditore*.

Obsonatio, apparatus obsonij. Obsonitauere, sæpè obsonauere. Fest. Obsonito, as, ab obsono.

Obsonium, omnis cibus, qui igne præparatur. Pulmentum omne iurulentum, aut subliquidum. Athenæus.

Obsōno, obsonor. Vide, opsono. Obsono, à, sono, as.

Obsonōmi, Ædiles cibarij annonæ legem præscribentes. Dalec.

Obsopœus, coquus, qui obsonia apparat.

Obsorbeo, sorbeo, *Sorbire*.

Ob-

Obſordeo, ſordidus fio. Obſorduit, obſoleuit. Cæcil. *Lordarſi*.

Obſtāre, impedire: Obſtaturus. Obſto, as, contraſto, *Oſtare*. Obſtacŭlum, impedimentum, *Oſtacolo*.

Obſterno, ſterno. Apul.

Obſtetrix, quæ parturientium curam habet, *Balia*. Obſtetrico, as, parturientem adiuuo. Vnde, obſtetricatio.

Obſtĭno, as, p.c. obfirmo. Obſtinātus, obſtinax, offirmatus, in malo. Obſtinatio, obſtinatè, *Oſtinatamente*.

Obſtinet, oſtendit, antiq. Feſt.

Obſtĭpo, as, p.p. obturo. Feſt. obijcio, *Turare*. Obſtipare verticem, contorquere, vt cogitabundi ſolent, *Tener il collo torto*.

Obſtĭpus, p. p. cui collum riget, & in humerum caput reclinat, *Collo torto*. Obſtipĭtas, colli, & ſpinæ diſtortio ad lateralem corporis partem.

Obſtĭtum, inflexum, violatum. Obſcitum, obſitum, obliquum. Feſt. Obſitus locus, de cœlo tactus, fulguritus. Scal. *Fulminato*.

Obſtĭtus, obliquus, fulguritus, quia obliquo curſu deſcendit fulmen. Scal. Feſt.

Obſtragŭlum, oſtrigilla, operimentum, quo aliquid inſternitur, obſtringitur, *Coperta*.

Obſtragŭlum, aluta, corium ſuperius ſoleæ, *Fiocco, facciuolo*. Lex. Phil.

Obſtrepitāre, obſtrepere, *Interrompere*. Obſtrepitacŭlum. Tertul. crepitaculum, *Coſa da far ſtrepito, taccola*. Obſtrepo, contra ſtrepo.

Obſtrigilla, Palla anuli. Vide.

Obſtrigillare, obſtringere. Salm. *Ripugnare*.

Obſtrigillāti, calcei; anſulati, *Con gl'orecchi, e con la fiocca*. Scal. Obſtrigilla calceorum, *Orecchi*.

Obſtrigillator, qui obſtringit. Item, qui reprehendit, & repugnat.

Obſtrigillo, as, detraho, alicui repugno. Obſtrigillātor, reprehenſor. Obſtringillo, obſto. Enn. reſiſtere, *Dir male*.

Obſtrigillum, quod gemmā incluſam obſtringit, pala anuli. Salmas, Obſtringillati, anſulati.

Obſtringillus, calcei genus, qui à ſuperiori parte per plantas conſutus obſtringitur. Cath. Iſid.

Obſtrūdo, p.p. occludo, intrudo. Obtrūdo, inuito, & renuenti aliquid vendo. Obſtructio, occultatio, occluſio.

Obſtrudo, obſtrūdo, auidè in ventrem, & fauces condo, *Diuorare*. Trudendo infercio.

Obſtrŭo, is, ſtruo, obſiſto, ne quid affluat, *Chiudere*.

Obſtruere luminibus. Obſtruere vndas molibus. Obſtructio.

Obſtupeo, obſtupeſco, attonitus fio. Obſtupefacio, ſtupidos ſenſus facio. Obſtupidus, attonitus, *Stupido*.

Obſum, noceo, *Nuocere*.

Obſuo, ſuo circum, *Cucire intorno*. Obſūtum, circumſutum, *Cucito intorno*.

Obſurdeſco, ſurdus fio, *Aſſordire*, obſius.

Obſus, aurum attritum probans, Sup. Lapis Lydius.

Obſūtus, circumſutus, *Cucito intorno*.

Obtĕgo, is, operio, tego, *Coprire*.

Obtempero, as, pareo, *Obedire*. Obtemperatio, obedientia.

Obtendo, is, contra tendo, excuſationem prætexo, *Piglio per preteſto*.

Obtendicŭlum, quo aliquid tegitur, *Copertina*.

Obtento, as, frequenter obtineo, *Ottener ſpeſſo*.

Obtentus, us, velum, prætextus, *Velo*. Item, extenſio. *Preteſto, velo*.

Obtentus, obductus, ab obtendo, vt obtenta nox.

Obtentus, occupatus, acquiſitus, ab obtineo. Obtentus, us, actio obtendentis, & id quod obtenditur, prætextus.

Obterĕre ius, conculcare. Obtero, is, p. c. contundo, *Fracaſſare, peſtare*. Obtritus, us, *Tritamento*.

Obteſtatio, precatio cum adiuratione.

Obteſtor, āris, oro vehementer, *Pregar con ſcongiuri*.

Obtexo, is, circumtexo, *Teſſere intorno*.

Obticentia, ſilentium, Apoſiopeſis figura. Obticeo, es, taceo, *Tacere*.

Obtinentia, violentia. Gloſs.

Obtineo, es, adipiſcor, *Ottenere*. Obtento, as, ſæpè obtineo.

Obtingit, euenit, *Toccare, accadere*.

Obtinnio, tinnio. Apul.

Obtorpeſco, torpidus fio. *Impigrirſi*.

Obtorqueo, vehementer torqueo, *Torcer forte*. Obtortum, contortum, *Torto*.

Obtrectat, qui obloquitur, & malè prædicat. Detrahit, qui laudes minuit alicuius. Vnde obtrectator, laudis detractor. L.I.C.

Obtrectat, contra ſententiam tractat. Feſt. Obtrecto, as, maledico. Obtrectatio, obtrectātus, maledicentia.

Obtrectātor, qui obtrectat, *Maldicente*. Obtrectatorcŭlus, aliquantulum maledicus.

Obtrigo, iureiurando aſtringo. Sup.

Obtrūdo, is, p.p. aduerſus aliquem trudo, *Spinger contra*. Obtrūſus, abditus, reconditus, abſtruſus, *Spinto incontra*.

Obtruncо, as, caput præcido. Pap. vulneribus confício, *Tagliare à pezzi*. Obtruncatio, confectio, *Troncamento*.

Obtueor, ēris, p.p. obtuitus ſum, diligenter conſpicio, *Guardare*. Vnde obtuitus.

Obtuitio, intuitus, *Guardatura*.

Ob-

Obtundit, obcæcat. Isid. Glos. obtundĕre, tundere, *Pestare*. Obtūsum, hebes. *Rintuzzato*. Obtusè, *Alla grossa*.

Obtundo, tundendo hebeto. Inde, obtusus, hebes.

Obtunsa, stulta. Obtunsus, obcæcatus. Isid. glos.

Obtuor, ĕris, p. c. è regione tueor: obtutus, & obtuitus. Vide, obtueor, ēris, p. p. obtutus sum, diligenter inspicio, *Guardar diligentemente*.

Obturamentum, quo aliquid obturatur. Obtūro, as, p. p. occludo, *Turare*.

Obturbātor, qui turbat. Obturbāre, ab omni parte turbare, *Disturbare*. Lex. I. C. sermonem, interpellare.

Obtūsus, stupidus, *Grossolano*. Obtūsè. Vide, obtundo.

Obtūtus, quasi obtuitus, us, aspectus, *Risguardo*.

Obua, obba, calix, in quo mortuis libatur. Sup.

Obuagio, contra vagio, vagitu obstrĕpo, *Gridar come bambini*.

Obuagulāre, conuitium facere ante ædes, differre populo. Varro. Obuagulari.

Ouallāre, circumuallare.

Obuallo, as, circumuallo, *Assediare*, *cinger con steccato*.

Obuallum, vndique munitum. Obuallatum, munitum, *Cinto con steccato*.

Obuarĭco, as, p. c. occurro, obsto, *Attrauersare*.

Obuaricatōres, qui cuipiam occurrebant, quo minus is rectum iter conficerent. Fest.

Obuaro, as, deprauo, peruerto, vnde, Varus, varum facio, introrsum habens pedes distortos. Enn. *Piedi storti in dentro*.

Obuenio, is, obuiam, vel contra eo, *Sopraunenire*. Item, accido, *Accadere*.

Obuentio, ōnis, emolumentum ex re, aut industriâ prouenies, cuiuscumque sit emolumenti, vltra pensiones, vt sunt regalia, &c. Vlp.

Obuentitia, fortuita. Tertul. *Cose che auuengono di fuori via*.

Obuerbero, è regione verbero. Apul.

Obuersor, obuersō, circumuersō, adsum, versor, *Praticare*, *hauer auanti à gli occhi*. Obuersātio, occursus, & contradictio, *Pratica*, *contraditione*.

Obuerto, contrauerto, *Riuoltare all'incontro*.

Obuiam, ob viam, contra viam, è regione. Lex. Phil.

Obuio, as, occurro, contraëo, *Andar incontra*, Obuius, qui occurrit. Obuiam, adu. *Incontra*.

Obultroneus, spontaneus. Sup. Plane vltroneus.

Obumbratio, obscuratio, error, *Abbaglio*.

Obumbro, as, vmbris vndique obscuro. *Oscurare*.

Obuncus, incuruus, vncus, *Molto torto*, *vncinato*.

Obungo, supra vngo. Lex. Phil.

Obuoluo, is, circumuoluo, *Inuolgere*.

Ob vos sacro, obsecro vos. Fest. sub vos placeo vobis supplico. Idem.

Oburuat, circumscribit aratri vruo, seu curuaturâ. Sup.

Obustus, circum vstus, *Abrugginto intorno*.

O C

Ocalia, dantelia, bentia, porochal fulmina portendentia varia; Ethrusca disc.

Oca, anser, *Oca*. Barb.

Occa, æ, instrumentum rusticum, instructum dentibus, quo tracto glebæ confringuntur, *Arpego*.

Occœcare, obcæcare, cæcum facere, *Acciecare*.

Occaleo, occalesco, callum obduco, *Far il callo*. Occallātus, qui callum obduxit.

Occăuo, occĭno, p. c. cantu obstrepo. Occentus, concentus.

Occāmen, contusio glebarum. Isid. Glos.

Occāre glebas, confringere, comminuere, *Arpegare*. Item, operire cas.

Occasio, opportunitas, tempus. Occasiuncŭla, parua occasio, *Occasioncella*.

Occaso, is, intereo, occido. Plaut. antiq. *Morire*.

Occasus, us, occasio. Enn. Occasus sol, cum occidit. Occasius, occidentalis. B. Vulc.

Occasus, a, um, qui occidit. Sol occasus qui occidit. Occasans, in occasum vergens. Occasio, as.

Phalerides, aues ex genere natantium: vide Phalaris.

Phalerum, crepido lapidea, stagnum ambiens. Turn.

Phallagogia, feriæ Phallorum. Neuropasta, Bacchi sacra.

Phallicum carmen, extemporāneum in honorem Bacchi, super phallos cantatum.

Phallophóri, ſacerdotes Phallica carmina obſcœna canentes, vel Phallum portantes. Phallophoria, feſtum Iſidis.

Phallophori, mimi non perſonati, ſed fuligine, tincti, & agninis amicti pellibus, quæ Peſica dicta. Scal. Poët. Vide. Ithyphalli.

Phallopŏte, veretrillopŏtæ, é vitreo pene bibentes. Caſaub. ad Capit.

Phallouitroböli, potoria vaſa ex vitro, Phallum referentia. Phalloplumbei, ex plumbo. Gyral.

Phallus, priāpus, penis, veretrum ficulneum. Ityphallus, penis tenſus, vnde compoſita.

Phallus, lignum mediocriter longum decorticatum, album, portari ſolebat, vt fuſtis, phalanga, ſudes. Item, pars virilis obſcœnā; vnde Phallica carmina. Lex. Phil.

Phalus, conus galeæ, quia ſplendidus. Phalos, albus. Lex. Phil.

Phanæ, conciones. Rh. *Prediche*.

Phanaticus, qui diuino ſpiritu afflatus, vel cui multæ vanæ apparitiones, & ludibria, *Furioſo*. Fanaticus. Vide.

Phancillæ, faſces. Varro, Lex. Phil.

Phaneromiſus, qui palam odit, *Chi odia paleſemente*.

Phanerophilus, qui palam eſt amicus, aut amat.

Phaneros, apparens manifeſtus.

Phanerofis, manifeſtatio. Tertull. *Manifeſtatione*.

Phanes, Phanāta, p.p. ſol quod quotidie appareat, & innouetur.

Phanias, qui cum tenuis ſit fortunæ, ſuas tamen diuitias iactat, *Vantatore*.

Phanon, mappula, ſudarium. Palla linoſtima ſacra; vide, Mappa. Gauant.

Phantaſia, viſum, imago rerum inſidentium animo, *Imaginatione*.

Phantaſia, imaginatio, viſio, viſum. Phantaſma, viſum, imago vi phantaſiæ concepta, nocturnum viſum. Lex. Phil.

Phantaſticum, imaginarium, *Imaginario*.

Phantaſma, imaginatio, vel viſio eius quod non eſt. Phantaſia, eius quod eſt. Suid.

Phantaſticus, a, um, imaginatiuum, imaginarium, inane.

Phantaſticè, per modum imaginationis. Lex. Phil.

Phanio, boni, & fauſti pedis homo; cuius aduentus fert felicitatem. Rhet.

Phaniſcus, à face dictus. Plaut.

Phanos, lampter; lampas, fax nautis in portu, aut puppi eminens. Fanale, *Lanterna*. Item, qui res nuntiat. Rh.

Phanoſtrăta, à claritate militari dicta mulier. Plauto.

Phanum, manifeſtum, apertum. Item, templum quod omnibus pateat, *Chieſa*. Fanum. Vide

Phara, pharus, Vide

Pharaux, pars concaua, & infima theatri. Fab.

Pharaon, Ægyptiorum lingua, Rex.

Pharas, ſeparatus: vnde, Phariſæus.

Pharĕtra, ſagittarum theca, *Turcaſſo*.

Pharetrātus, Pharetrophŏrus, qui pharetram geſtat, *Chi porta il turcaſſo*.

Pharetriger, qui gerit pharetram.

Pharias, p.p. ſerpens, ſulcum in terrā faciens caudā, & per eum ambulans. Lucan.

Pharicon, veneni genus. Phariacum. Athenæo.

Pharius, vitta lanea. Poll. *Faſcia di lana*.

Phariſæus, ſecta religioſa Iudæorum, quaſi ſeparatus.

Phariſaicum, ad Phariſæum ſpectans.

Pharma, medicina. Cath. vnde, pharmăcum.

Pharmaceon, quartum genus panacis. Pentaurion. Paner.

Pharmaceutice, medicina, quæ medicamentis curat. Therapeutice, medendi methodus. Chirurgice, manu curans. Gal.

Pharmaceuticum, ad venena pertinens.

Pharmaceutria, ſaga, venefica, *Strega*. Inſcriptio Eclogæ Virgilij in quâ venefica inducitur.

Pharmăci, ſiue, cathamarta, qui ad ciuitates expiandas ſuo interitu alebantur. Rhen.

Pharmacia, purgatio per medicamenta. L.m. Itē, domus medicamentaria. Cath.

Pharmacite, quod miſcendis, ac componendis medicamentis ſit vtile. Athen.

Pharmacites venter inſtabilis. Rhen.

Pharmacopœus, qui pharmaca conficit, *Chi fà medicamenti*.

Pharmacopōla, p. p. pharmacorum, aut venenorum venditor, *Spetiale*.

Pharmacopolium, officina, vbi pharmaca venduntur, *Bottega di ſpetiale*.

Pharmacōdes, p. p. odor medicamenti, *Odor di medicamenti*.

Pharmacopoſia, medicamenti potus, *Beuanda medicinale*.

Pharmacotheum, medicamentum diuinum, *Medicamento ſanto*.

Pharmacotrophus, medicamentis nutritus. Ita dicti populi Aſiæ quidam. Plin.

Pharmacus, veneficus, ſacrilegus. Petron.

Pharnaceon, pharnax, à Pharnace inuentore herba. Plin. Centaurion, quartum genus panacis. Lex.

Pharmăcum, venenum, medicamentum, medicina. Item, pigmentum. Pharmăcus, veneficus, *Stregone*.

Pharmuti menſis Ægyptijs, Aprilis nobis. Lex. Phil.

Pha-

Pharos, veſtimentum commune viris & mulieribus. Poll.

Pharus, ſiue ceroſtata, è cornibus facta quibus annexi erant Lychni, quod lychnorum genus vocabant Delphinum. Cerda.

Pharus, in maritimis idem quod ſpecula, in terreſtribus, *Faro, lanterna, luogo da far guardia*.

Pharus, inſula, turris, ſpecula, aut ſignum monitorium. Lex. Phil.

Pharſos, fragmentum. Rhen. Item, integumentum, inuolucrum.

Pharynx, larinx, ſtomachi principium, gutturis, & canalis animæ. Onom.m.

Phaſchnium, pallium Pontificale S. Mart. Gloſſ. A. L.

Phaſcolium, marſupium coriaceum.

Phaſe, Paſcha, tranſitus.

Phaſelinum, oleum ex lilio. Plin. Item, è phaſeolo, *Di fagiuolo*.

Phaſelis, Diana Faſcelis. Vide

Phasēlus, p. p. phaſellus, faſēlus, myopāro, nauigium miſtam habens formam ex oneraria, & longa triremi, tàm velis, quàm remis apta, *Barca*.

Phaſcōlus, phasēlus, phasīlus, paſcōlus, pasīlus, legumen notum, *Fagiuolo*.

Phaſcolinum, ex phaſeolis, *Di fagiuoli*.

Phāſganion, xiphion, herba gladiolus naſcens in locis humectis.

Phaſiānus, phaſiāna, auis nota, *Fagiano*.

Phaſianarius, qui phaſianos paſcit. *Fagianaro*.

Phaſis, ſententia, intuitio. Item, mutatio lunæ. Apparitio, accuſatio occulti criminis apud magiſtratum. Rhet.

Phaſina, apparitio, viſum, monſtrum. Item, fabulæ nomen cuiuſdam Catulli imitmographi.

Phaſon, veſtis Ægyptiaca è lino denſo. Semiphaſonium, ſemicymbium, capſidrotium, ſudarium. Poll.

Phaſſachates, gemma achates. Plin.

Phaſſa, plumbum. Item, auis.

Phatinus, panis è lente, *Pane di lente*. Phacinus, melius.

Phatne, præſepe, Stellæ in cancro nubeculam referentes. Lex. Phil.

Phatnia, loculamenta dentium, quaſi præſepia.

Phatnites, Ægypti præfectura. Plin.

Phattaga, Indiæ animal crocodilo ſimile. Lex. Phil.

Phauliæ, oliuæ, quæ minimo ſucco, corpore grandiſſimo, puſilloque ſunt nucleo, *Trambeli*. Poll.

Phaulion, cotonei genus, *Sorte di cotogno*.

Phaulos, ſimplex, & vulgaris victus ratio.

Phauſinges, maculæ in tibijs ex igne contractæ, *Macchie di fuoco nelle gambe*.

Phauſterius, Bacchus quod cum facibus celebrarentur eius myſteria.

Phazales, morbus qui rubrum mare nauigantibus oboritur. Heſych.

Phegor, idolum Baalphegor, Dominus Phegor. Lex. Phil.

Phelenion, penula, caſula, inſula, tunica, *Cappa, pianeta*. Gauant.

Phelliagogia, celebritas Rom. in qua alij alios deridebant. Suid.

Phellagia, Panegyris quædam, in quâ ſe mutuis cauillis petebant. Lex. Phil. Phallagogia fortaſsè. Vide

Phellandrion, herba paluſtris ſuper maſculum, *Philipendula*.

Phellodrys, arbor glandifera. H. p. Suberiquercus.

Phellopōdæ, qui per mare currunt, nec ſubmerguntur, quaſi habentes pedes ſubereos.

Phellus, ſuber, vnde compoſita. Item, in horologijs tympana, quæ ab aquâ ſubleuantur. Vitr. Item, ſuberis cortex.

Phelone, veſtis ſacra ſine manicis, inſtar ſacci Patriarchalis. Codin.

Phelonium, indumentum ſacerdotale, Caſula, dicta. Phelone.

Phelomāta, impoſturæ, deceptiones, *Inganni*.

Phemus, medicamentum ad cœliacam paſſionem ordinatum. Onom. m.

Phenace, aſcititia coma, caliendrum, capillamentum. Rhet. *Capelliera finta*.

Phenax, impoſtor. Phenaciſmus, impoſtura. Bud. Lex. I. C.

Phengites, p. p. lapis candidus, tranſlucens pro laternis, *Talco*.

Phenicium, miniatum. Turn.

Phenium, herba cuius flos non aperitur, niſi vento ſpirante. Anemone, dictus. Plin.

Phenomerides, virginum veſtes. Scal.

Pheraſpis, clypeum ferens & clypeatus.

Pherea, tumor, ſeu tenſio oblonga in neruoſis membris. Gal.

Pherecācos, mala, ſeu ærumnas ferens.

Pherecarpus, fructus ferens, *Fruttuoſo*.

Pheredipnus, prādij allator, *Chi porta il deſinare*.

Pherenicus, ferens, ſeu reportans victoriam, *Vittorioſo*.

Pherepōnus, laboriſer, tolerans, *Faticoſo*.

Phereponia, laborum tolerantia.

Pheresbius, vitam ferens, & quæ ad eam ſpectant, frugifer, *Fruttuoſo*.

Pheresſtaphylus, racemifer, vuifer, *Che produce vua*.

Pheretrum, feretrum, capulus, ſandapila, Oreiſponda, lectica, qua mortui efferuntur, *Barra, cataletto*.

Perna, dos à muliere conlata. Hedua, à viro. Rh. Parapherna, quod præter dotem datur.

Pheromanes, insano ferarum amore captus, *Amatore di fiere*.

Pheronymus, verum habens nomen, cui verè conuenit nomen suum, *Chi hà nome proportionato*.

Phiăla, vas vini, aut aquæ, maius poculo communi plerumque ex auro conflatum, *Inghistara, caraffa*. Item, ædificium regium orbiculatum instar phialæ. Buleng. Phicteria, Sphincter, musculus constringens anum. Mesue.

Phidippus, parsimonia equi. Plauto, nomen proprium.

Phidītia, orum, cœnationes Lacedæm. quasi philitię amicitiæ gratiâ institutæ. Syssitia, Andria.

Philacolūthus, qui libenter sequitur, *Chi volontieri segue*.

Philacteria conseruatoria, cartulæ in quibus mandata Dei custodiebantur scripta.

Philadelphīa, fraterna charitas, amor fraternus.

Philadelphus, fratrum amans, *Amator del fratello*.

Philagăthus, amator bonorum, *Amico de buoni*.

Philalēthes, amans veritatis, *Amator della verità*; vnde, Philalethia.

Philallēli, se mutuò amantes, *Quelli che s'amano insieme*.

Philandrīa, amor vxoris erga maritum.

Philandrus, amans maritum.

Philanthropīa, p. p. amor erga homines, humanitas, *Cortesia, benignità*. Philanthrōpum.

Philanthōpus, amator hominum. Item, aparine, lappæ species.

Philanthrōpum, munificentia erga homines.

Philarchia, imperandi cupiditas.

Philarchus, imperandi cupidus, *Amator d'imperio*.

Philarchæus, amator antiquitatis, *Amico dell' antichità*.

Philaretus, virtutis amator, *Amator della virtù*.

Philargyria, argenti amor, cupiditas pecuniarum.

Philargyrus, amator argenti, *Amico del danaro*.

Philasynthetos, amator orationis disiunctæ.

Philaulus, amans tibiarum, cantusque, *Amico della musica*.

Philautia, amor sui ipsius, *Amor di se stesso*.

Philautus, qui se ipsum diligit, *Amico di se stesso*.

Philapechthemon, qui libenter inimicitias suscipit, aut susceptas exercet. Philecththrus, dictus.

Philēdīa, amor rerum suauium.

Philēdes, qui amat suauia, *Chi si diletta di cose dolci*.

Philemonīa, amor voluptatum.

Philedōnus, voluptatum amator, *Amator de' piaceri*.

Phileleuthĕrus, sui iuris retinens, libertatis amator.

Phileleutherīa, libertatis amor, & sui iuris, *Amor della libertà*.

Philelias, Iulus, Vpingus, Hypæpus, hymni in honorem Apollinis, Del.

Philellas, amator Græciæ, & linguæ Græcæ.

Philellēnes, amatores linguæ Græcæ, *Amatori della lingua Greca*.

Philema, osculum, suauium, *Bacio*.

Philematium, suauiolum, fœmina dicta. Plaut.

Philemon, deosculans. Bibl.

Philempōrus, mercaturæ amator, *Amatore della mercantia*.

Philenēmus, venti amans, *Amator del vento*.

Philenius, amans fræni.

Philenium, fœmina dicta à laudis studio. Plaut.

Phileortus, qui dies festos amat, *Amator delle feste*.

Philepeiceia, æqui, bonique studium.

Philepeiceius, æqui bonique studiosus, *Amator del giusto*.

Philepitimētes, qui libenter obiurgat, *Chi volontieri riprende*.

Phileraſtus, redamari cupidus.

Phileraſtīa, desiderium redamandi, *Desiderio d'esser riamato*.

Philergus operis amans, *Amator del lauoro*.

Philerēmus, amans solitudinis, *Amator della solitudine*.

Phileretmus, amator rei nauticæ seu remorum, *Amator del nauigare*. Philēros, cupidus Gell.

Philæteria, herba Polemonia. Philæterius, aparine, ita dicta, quia vestium lacinijs euntium adhærere gaudet. Lex. Phil.

Philetæ, latrones. Senec. Lex. Phil.

Philethærus, sodalium, seu amicorum studiosus. Philetæria, Philetæterium, herba, aparine.

Philetica, conuiuia amicorum.

Phileticus, ad amandum propensus, *Inclinato ad amare*.

Philetīcum, thiasum, orgeonicum, demoticum, phratrium, prandium. Rhet.

Philētus, amabilis. Tertul.

Philistoricus, amator historiarum, *Amator delle storie*.

Philia, Dea amicitiæ.

Philiatrus, medicinæ studiosus, *Amator della medicina*.

Philicon, amicale, quod datur amicè.

Phi-

Philippei numi, ſeu Philippi, aũrei numi, à Philippo Rege cuſi, *ſcudi*.
Philippus, equorum amator, *Amator di caualli*.
Philito, à charitate dicta mulier. Plauto.
Philius, amicitiæ præſes. Ath.
Phillyrea, arbuſcula liguſtro ſimilis. Plin. vide Philyra.
Philobarbãros, amans barbariem, *Amico delle barbarie*.
Philobatileus, in regem ſtudioſus, *Affettionato del Rè*.
Philobottrys, qui vuis libenter veſcitur, *Amator dell'vua*.
Philocãlus, pulchritudinis, honeſtatis ſtudioſus, *Amator dell'honeſtà*, mundus, politus.
Philocænus, nouitatis amator, *Nouitioſo*.
Philocompus, iactantiæ amator, *Vago di vantarſi*.
Philocẽnus, vanarum rerum amator, *Vago di nouità*.
Philocerdos, lucri ſtudioſus, *Ingordo del guadagno*.
Philochares, amans, gaudium, marrubium herba. Lex.
Philochremãtus, pecuniæ amans, *Vago del danaro*. Philocrematia.
Philochreſtus, amans bonorum, *Vago di beni*.
Philochriſtus, amator Chriſti, & Chriſtianus, *Amator di Chriſto*.
Philochõrus, qui in loco aliquo libenter verſatur, *Amatore del luogo*. Philochoria, amor loci.
Philochryſus, p. p. auri amans, *Amico dell'oro*.
Philocitharíſtes, qui cithara ludere amat, *Vago di ſuonar citara*.
Philocindynus, p. p. periculi adeundi cupidus, *Temerario*.
Philocœnus, nouitatis amator. Leg. Philocæ.
Philocõlax, amicus aſſentationis, *Vago d'adulatione*.
Philocomaſium, amica conmeſſationum dicta fœmina. Plauto.
Philocoſmus, ornatus ſeu cultus amans, *Vago d'abellimenti*.
Philocõmus, p. p. qui amat commeſſationes, *Vago di banchettamenti*.
Philocrãtes, amoris tenax. Item, victorioſus, Plauto, nomen proprium.
Philoctẽta, poſſeſſor amoris, *Poſſeſſor d'amore*.
Philoctiſtes, qui amat ædificationem, *Vago d'edificare*.
Philocynẽgus, venationis amans, *Vago della caccia*.
Philodẽmus, amans populi, *Amator del popolo*.
Philodeſpõtus, p. c. domini amans, *Amator del padrone*. Deſpotus, dominus.
Philodeſpõtus, ſeruus dominum amans. Athen.
Philodicaſtes, tabula forenſis. Athen.
Philodicæus, iuſti amans, *Amator del giuſto*.
Philodĩcus, litium amans, & controuerſiarum. *Litigioſo*. Dica, lis.
Philodoria, munificentia, liberalis donatio. Bud.
Philodoxus, gloriæ cupidus, & opiniones ſectans. Philodoxia, gloriæ cupiditas, *Deſiderio di gloria*.
Philodũlus, amator ſeruorum, *Amatore de ſerui*.
Philœnus, vini amans, *Vago di vino*.
Philogãmus, nuptias amans, *Amico delle nozze*.
Philogelœus, qui iocos, & facetias amat, qui libenter iocatur. Philogelus, qui libenter ridet, *Chi ſi diletta di coſe ridicole*.
Philogeorgus, qui agriculturam amat, *Amatore dell'agricoltura*.
Philogrammãtus, litterarum amator, *Amator delle lettere*.
Philogræcus, libenter vtens verbis Græcis, *Amator delle lettere Greche*.
Philogymnaſtes, amicus exercitationis, *Vago dell'eſſercitio*.
Philogynus, procliuis in mulieres, *Inclinato alle donne*.
Philogynia, mulieroſitas.
Philolãches, dictus à ſtudio ſortis. Plaut.
Philolœdõrus, amans conuiciorum, Lex. Phil.
Philologĩa, eloquentiæ ſtudium, & humaniorum literarum. *Belle lettere humanità*.
Philolõgus, p. c. humaniorum literarum profeſſor. *Humaniſta*. qui loqui amat, amator verborum.
Philolũtron, philydron, balneorum & aquæ cupidus. Rh. *Vago de bagni, e dell'acque*.
Philomathes, diſcendi cupidus. *Deſideroſo d'imparare*.
Philomathia, amor diſcendi. *Deſiderio d'imparare*.
Philomãchus, pugnæ auidus, *Vago di combattere*. Philomachia.
Philombrius, philombrus, pluuiæ cupidus. *Deſideroſo della pioggia*.
Philomedẽa, amans riſus: Ita Venus dicta.
Philomẽlus, qui pomis libenter veſcitur. *Vago di pomi*. Philomela, luſcinia.
Philomũſus, p. p. Muſarum, & Muſicæ amans. *Amico delle Muſe*, eruditionis ſtudioſus.
Philomythus, p. p. fabularum, aut fabulationum amicus. *Vago delle fauole*.
Philonĩcus, amator rixarum, & victoriæ. *Chi vuol ſempre vincere*.
Philonium, medicamentum anodynum, ita dictum ab auctore. Gorr. Lex. Phil.
Philõpæs, puerorum amicus. *Amico di putti*.

Philoparabŏlus, alacriter temerè ſe offerens ad opericula, *Temerario*.

Philoparthĕnus, virginitatis ſtudioſus. *Geloſo della pudicitia*.

Philopător, patris amans. Philopatria, patriæ aut patris amans. *Amator della patria*.

Philopharmăcus, qui libenter capit pharmaca. *Chi volontieri piglia medicine*.

Philopenthes, luctus amans, ad luctum procliuis. *Chi piange volontieri*.

Philophilus, amici amicus, ſtudioſus amici. Philophilia, amicitia amici. *Amico dell'amico*.

Philophron, cui mens eſt benevola erga aliquem. *Chi è di buona mente*.

Philoplăcus, cui placet placenta. *A chi piace la torta*.

Philopolĕmus, philoptolĕmus, philoplos, armorum aut belli ſtudioſus. *Armigero*.

Philoplŭtos, amicus diuitiarum. *Vago delle ricchezze*.

Philopœus, amicorum effector. Item, qui labores amat.

Philopŏlis, philopolītes, ciuitatis & ciuium ſtudioſus. *Vago della Città, amico de Cittadini*.

Philoponēma, opus elaboratum. *Opera artificioſa*.

Philoponia, amor laborum. *Deſiderio d'affaticarſi*.

Philopŏnus, laborum amans. *Amico della fatica*.

Philopragmon, alijs libenter negocia faciens.

Philoposia, deſiderium potandi: philopōta, p. p. potandi ſtudioſus. *Beuone*.

Philoproſegŏrus, facilis ad ſalutandum. *Vago di ſalutare*.

Philoprōtus, qui affectat eſſe primus.

Philoporiſtes, qui autumnales fructus decerpere, iiſque veſci ſtudet. *Chi guſta i frutti nell'autunno*.

Philopſos, obſonium amans, *Ingordo del companatico*.

Philoprotrepia, exhortatio amica.

Philopſychia, amor vitæ nimius, mollities hominum timentium mori, philopſychus.

Philopſychus, nimium vitæ cupidus. *Deſideroſo di viuere lungamente*.

Philoptochus, amator pauperum. *Amator de poueri*.

Philopſychrus, qui frigida amat: contra. Philothermus, qui calida amat.

Philopygiſta, pædico, nates amans, pygiſta. Vide.

Philoſarcos, philoſarca, amans carnem.

Philoſarcia, libido edendi carnes, *Deſiderio di mangiar carne*.

Philoſcius, amans vmbram, *Amico dell'ombra*.

Philoſcommon, dicterijs mordacibus aut ſcommatis gaudens. *Chi ſi diletta di detti acuti*.

Philoſomătos, amator corporis. *Amator del corpo*.

Philoſophari, Philoſophiæ operam dare. *Filoſofare*.

Philoſophaſter, philoſophorum imitator. *Filoſofaſtro*. prauus æmulator philoſophorum.

Philoſophēma, quæſtio, & quicquid philoſophus tractat, ratiocinatio. Lex.

Philoſophicus, a, um, ad philoſophum ſpectans.

Philoſophus, amator ſapientiæ. Philoſophia, amor ſapientiæ. Philoſophor, ſapientiæ ſtudeo.

Philoſopholithus, lapis philoſophorum.

Philoſophor, aris, philoſophiam tracto, ſapientiæ ſtudeo.

Philoſtephănus, coronarum amans, *Vago delle corone*.

Philoſtorgia, indulgentia nimia parentum in filios.

Philoſtorgus, parens nimium amans liberos.

Philoſtratiotes, militum amans, de imperatore intelligitur. *Amatore de ſoldati*.

Philoſtrŏphus, qui verti, & mutari amat. *Deſideroſo di mutarſi*.

Philoſycus, p. p. qui ficis libenter veſcitur. *Mangia fichi*.

Philoſymmachus, qui amat ſuos belli ſocios, commilitones.

Philotarichus, amans ſalſamentorum. *Vago di coſe ſalate*.

Philotechnus, artis ſtudioſus. *Vago dell'arte*.

Philoteſia, epulatio inuitatio, ad potandum. Philotheſius crater, conciliandæ amicitiæ propinatus. Prou.

Philotheticus, p. p. ſpeculationi deditus. *Speculatiuo*.

Philotheōrus, amans ſpeculationis. Lex. Phil.

Philotheus, Dei amans. *Amico di Dio*.

Philothrēnus, amans luctus. *Piangitore*.

Philothytæ, ſuperſtitioſi, ſemper diuinis rebus inhærentes. *Superſtitioſi*.

Philotimus, honoris cupidus. *Ambitioſo*. Vnde Philotimia, honorum cupiditas.

Philōtis, amica aurium dicta mulier. Plaut.

Philormētos, dies circumciſionis, à Nonio dictus.

Philotyrannus, tyrannidis, aut tyrannorum amator. *Amico del tiranno*.

Philoxenus, hoſpitij amans. Philoxenia, hoſpitalitas. *Hoſpitalità*.

Philozōus, vitæ nimis cupidus, *Troppo auido del viuere*.

Philtătos, amiciſſimus,

Phil-

Philtrodotes, herba, aſplenum, quaſi dans philtra. Lex. Phil.

Philtron, cauum in labro ſuperiori. Poll.

Philtrum, pharmacum amorem concilians. Amatorium poculum. Philtra, herbæ ad id. Ap.

Philyberbatos, amator hyperbati, & ordinis confuſi.

Philyra, philtra, tilia arbor, ex quâ coronarum lemniſci deſumpti, *Tiglia*. Item, membrana papyri, carta. Membrana, inter corticem, & lignum.

Phima, præcluſio anguſta in ſacculorum collis.

Phimos, inſtrumentum vrinatorium. Item, cadus iudicum calculis colligendis. Item, ſagena.

Phimōſis, p.p. phimos, colligatio, obſtructio in ano, & muſculis caſu aliquo, aut matricis, contra, Atretos, imperforatio. Item, vitium, quo glans penis ita tegitur præputio, vt nudari non poſſit, contra. Paraphimōſis, p.p. cum tegi non poteſt. L.m. Vide Paraphimoſis.

Phitharus, piſcis genus.

Phithij, dicti duo contubernales Regii è viginti octo ſenatoribus lecti apud Lacedæmonios. Alc.

Phittacides, genus calceamenti muliebris.

Phittari, iuuencularum luſus, in quo ſeſe mutuo ad celerandum incitabant.

Phlaſca, flaſcum, vas vinarium è corio. Iſid. gl. *Bottaccio, fiaſca*, Monos.

Phleborrhagia, venarum ruptio: phlebs, vena. Phlebicum ad venas pertinens.

Phlebotomare, ſanguinare, *Cauar ſangue*. Cod. li. antiq.

Phlebotomia, venæ ſectio, ſanguinis emiſſio, *Salaſſo*.

Phlebotōmum, ſcalprum chirurgicum, lanceola, ad venæ inciſionem, *Lancetta*. L.m.

Phlebotōmus, qui venam incidit, *Caua ſangue*.

Phlegethon, fluuius flammis æſtuantibus rapidus apud inferos, ab incendio, & ardore dictus.

Phlegma, inflammatio, ardor. Item, pituitæ humor albidus, præfrigidus, blena, mucus, L.m.

Phlegmagoga, pituitam educentia, Tiraq.

Phlegmatia, inflammatio cum febri. Gal. *Infiammatione con febre*.

Phlegmaticus, qui phlegmate plus iuſto abundat, *Flemmatico*.

Phlegmon, incenſio cum tumore, & vlcere. Onom. m.

Phlegmone, p.c. inflammatio, tumor à ſanguine bono præter naturam collectus, calidus, cum rubore prominens.

Phlegontis, dis, gemma, quòd flammâ quâdam intus ardere videatur.

Phleos, herba paluſtris. Hip.

Phlepharica, palpebraria, palpebris accommodata. Aurel. Tiraq.

Phletoricum, pletoricum vide.

Phliæ, ligna recta, in vtraque parte liminis in quibus axes, & cardines, Hipp.

Phlidones, rugæ veſtium, *Creſpe delle veſti*.

Phlœon, cortex, Rh. *Scorza*.

Phloges, puſtulæ ac tumores orientes in tiblis fabrorum ex ignis contagio. Poll.

Phloginus, lapis gemma flammeo colore.

Phlogis, caro adiata. Poll. Item, veſtis flammea. Rh.

Plogmăta, peruſtæ in panibus partes. Rh. *Parti abbruggiate*.

Phlegōſis, ardor, inflammatio. Lex. med. *Infiammatione*.

Phlomos, verbaſcum herba, qua pro ellychnijs vtuntur, lucernaria. Lex. Phil.

Phlox, flamma. Item, genus, floris. Plogion, viola flammea. Gaza. Lex. Phil.

Phlyarographus, ridiculorum ſcriptorum liber. Dalech.

Phlyaria, inaures, puellarum ornamenta. Monos, *Orecchini*.

Phlyax, vinolentus ridiculus. Nugator. Rh. Item, floris genus ſolo placens colore, odoris expers.

Phlyctænæ, phyctides, puſtulæ ſimiles iis, quæ ab igne fiunt. Item, in oculi membranâ extuberantiæ, Haliabas. Arab. Item, quæ fiunt in ore ob ardentiſſimam febrim. L.m.

Phlyctænoſis, puſtularum eruptio, *Bruffole*.

Phlyctis, puſtula prælonga maximè circa pudenda, & axillas. Poll. Phlyctæna. Vide.

Phlyſis, eruptio in cute, ſuperfluitate humoris qui eſt in corpore. Hippoc.

Phoba, panicŭla, lanoſa coma, qualis arundinum. Iun. *Pannocchia*. Item, coma leonis, iuba.

Phobodiſpſos, cum timore ſitiens: hydrophŏbus, vt ij qui à cane rabido morſi.

Phoca, bellua marina, corio & pilis tecta, vitulus marinus. Item, vorax. Rh. Phocęna, turſio, piſcis. Iun. balæna, Lex. Phil.

Phocătos, inſtrumentum, quo vtuntur in fracturis caluariæ. L.m.

Phodes, puſtulæ, maculæ rubentes in cruribus ex nimiâ ignis propinquitate. Poll. Rh.

Phœbæ, capilli puri, ſplendicantes. Rh.

Phœbe, luna. Phœbus, ſol. Item, ſplendida coma. Lex.

Phœbas, Phœbi ſacerdos fatidica, Phœbi interpres.

Phœbus, purus, impollutus, ſplendens, vaticinus.

Phœ-

Phœgium, ſanctus locus. Pap.
Phœnice, cynoſura, vrſa minor. Item, herba. Phœnix. Lex.
Phœnicea, herba.
Phœniceus color, ſpadiceus, ruber, puniceus, qualis in ſpadice, ſeu fructu palmæ. Vide, Spadix.
Phœnicias, ventus ab ortu ſolſtitiali medius inter brumam, & meridiem.
Phœnicobalănus, p.c. palmæ Ægyptiæ fructus, veſcentes inebrians.
Phœnicon, herba anemone. Phœnius, ſanguineus. Lex. Phil.
Phœnicophagi, palmiuori. Herod.
Phœnigmus, medicamentum, ruborem, & pabulas excitans, *Veſcicatorio*. Sympaſma, rubor è ſinapiſmo. Iun.
Phœnicoptĕrus, p.c. auis rubentes pennas habens, *Vccello dalle penne roſſe.*
Phœnicūrus, p.p crithacus, auis dicta à caudâ rubrâ, *Coda roſſa*.
Phœnix, palma. Plin. auis nota. Item, lolium ſylueſtre. Inſtrumentum muſicum, Phœnicum inuentum.
Phoganon, ſartago. Rh. *padella*.
Pholas, piſcis teſtaceus. Rond.
Pholeus, luſtrum, latibulum.
Pholiæ, latebræ vrſarum. Pholădes, vrſæ.
Pholides, ſerpentum ſquamæ, & æris. Rh.
Pholij, fului canes ore nigrantes. Rh.
Pholus, piſcis marinus, *Bauoſa*. Rond.
Phollices, aſpritudines cutis quales ſunt ſcabioſorum, *Ruuidezza della cotenna*.
Phollis, tributi genus, quod pendunt nobiles à phollo obolo dicto. Rh. Vuolf.
Phollus, obulus. Phollis.
Phone, cædes. Item locus, in quo ea perpetratur. Item, vox vnde, phonaſcus, vocis moderator.
Phonaſcus, moderator vocis, & muſices, *Maeſtro di cappella*.
Phonaſgum, potio quædam, quâ vtebantur poëtæ recitaturi. Cath.
Phonēſis, vocis emiſſio.
Phoneticus, facultate vocis emittendæ prædictus.
Phonoctŏnus, qui interficit cæde, ſeu per cædem.
Phonos, herba attractylis. Plin. Item, cædes, homicidium.
Phorbus, ſceleſtus, improbus, *Fubo*. Monos.
Phora, furtum. Item, portatio.
Phorădes, fordæ boues, & equæ dictæ, à geſtando vtero.
Phorculatio, porcorum nutricatio. phorculator, ſubulcus, Rh.
Phorme, ſuilla pellis. Rh. *pelle di porco*.
Phorium, res furtiua.
Phorminx, cithara.
Phormiones, tegetes ex iuncis, aut ſtraminibus, vnde, Phormion, Euphormion, nomina: vide.
Phormiſium, muliebre pudendum. Rh.
Phormus, ſporta, cophinum, teges; vnde. phormophŏrus, ciſtiger, *Ceſtaruolo*.
Phortium, ſarcina, ſarcinæ onus, *Fardello*. Monos.
Phorton, baiuli onus, *Carico*. Dalech.
Phorolŏgus, tributi exactor, *Eſſattore*.
Phoruădes, equi gregales. Trophiæ, domeſtici, Rh.
Phos, lux.
Phocon, veſtis. Calcag.
Phoſphŏrus, p.c Lucifer, Veneris ſtella; Diana, mane: veſperi, Heſperus.
Photſones, vela: phonium, Syndon. Rh.
Phoxi, quibus eſt caput acuminatum. Rh. *Teſta aguzza*.
Phoxichili, quibus os eſt acuminatum. Rh. *Bocca appuntata*.
Phoxinus, piſcis fluuiatilis. Rond.
Phoxos, phoxon, deprauata capitis figura. Lex. med. *Teſta ſconcia*.
Phractici, ſatellites, cuſtodes corporis Tyranni. Athen. Rh.
Phragma, ſepimentum, maceria; vnde, Phractus, munitus: Phractici, ſatellites.
Phragmus, ſeps, ordo dentium. Rh. *Siepe*.
Phrangelitæ, lictores. Moſc. *Sbirri*.
Phraſis, elocutio, genus loquendi, *Fraſe*.
Phraſticus, eloquenei vi præditus.
Phrator, contubernalis.
Phratria, contubernium, curia, *Confraternità*, conuentus hominum pagi, quaſi eiuſdem putei. Fratria.
Phratriarchus, præfectus curiæ, ſeu ſodalitij, *priore*. Fratriarcha.
Phratrores, eiuſdem phratriæ, *Della medeſima confraternità*. Fratrores.
Phrear, puteus. Item ingens poculum. Rh. vnde, phratria dicta curia, pagus, quaſi eiuſdem putei.
Phreatoricus, putei foſſor, *Canapozzi*.
Phreattium, forum Athenis rerum capitalium. Sipont.
Phrenes, diaphragma, ſeptum tranſuerſum, præcordia. Item, rationis expertes.
Phrenēſis, phrenitis, dis, continua dementia, cum febri acutâ: vnde, Phreneticus: ſi verò ſine febre, Delirium, vel Mania; ſi delirium non ſit perpetuum, dicitur. Paraphroſyne, vel Paraphrenitis. L.m.

Phre-

Phrenicæ venę, è trunco venæ cauæ ſuperioris orientes inſertæ in diaphragma. L.m.

Phrenitis, grauis inſania. phrenēſis. Vide.

Phrenoblabia, mentis læſio.

Phrenomōrus, cui ſtulta eſt mens, *Matto*.

Phrenotectōnes, quibus mens eſt fabricatrix, è ſuoque marte aliquid componunt.

Phronēſis, p.p. prudentia, ſapientia. Phronēma, cogitatio, inſolentia. Phronematicus, ſuperbus. Item, ſenſus, & vis ſentiendi.

Phronimus, prudens, ſapiens, *Sauio, prudente*.

Phroneſchema, mentis ſpecies, forma, quod mente effingimus: tali, *Impreſa*.

Phrontiſtæ, Socratici dicti, quaſi curatores ſolliciti. Suid.

Phrontiſterium, ſchola; locus, in quo cogitationes, ſeu commentationes noſtras explicamus. Monaſterium. Didaſcalium, Vide.

Phrontiſtes, commentator, ſpeculator.

Phrontiſticum, ad commentationes idoneum.

Phrura, phrurium, præſidium. *Guardia*. Phrurus cuſtos.

Phrurarches, qui præſidiarijs militibus præeſt, *Capitano della guardia*, caſtelli præfectus.

Phryce, in ſemitertianâ horror, atque concuſſio. Onom.m.

Phryctoria, ſpeculæ prominentiores, ex quibus oſtentatæ faces è longinquo, ſignificaturque quid in quâque regione ſit.

Phryctoriam, Sinoni attribuit Sophocles & alij, Cerda.

Phryctos, toſtus. Item, calculus iudiciarius. Item, fax quâ hoſtium aduentus ſignificatur.

Phryctōrus, cuſtos: phryctoria, ignium obſeruatio in cuſtodiâ, *Torrigiani*.

Phryganephŏri, qui ſarmenta portant.

Phrygetron, inſtrumentum quo hordeum exiccabatur. Item, coquinarium vas. Poll.

Phryginda, luſus genus, in quo fabis toſtis, ſeu frixis vtebantur. Heſych.

Phrygiones, p.p. facientes opus phrygium, *Ricamatori*.

Phrygiāna, Phrygia, Phrygiāta, veſtis acu picta, *Ricamata*.

Phrygion, lignum aridum, cremium. Item, lorum, mirra.

Phrygiāre, phrygio ornatu pingere, *Ricamare*.

Phrygius modus, in Muſicis, entheos, Luciano: religioſus Apuleio, habet ſeueram quandam indignantis inſultationem. Scal. Lex. Phil.

Phrynion, herba, paronychia. Plin.

Phrynos, rubera, ranæ genus venenoſæ. Onom.m.

Phryxianæ veſtes, imitantes Phryxeum vellus, habentes criſpos, eminenteſque villos. Turn.

Phryxeum, vellus, arietis noti, *Toſone*.

Phethir, pediculus, *pidocchio*. Item, medium claui, ſeu gubernaculi. Poll. Item, piſcis.

Phtharma, deleterium, corruptio.

Phthartica, deleteria, corrumpentia, exitialia, *Coſe che corrompono*.

Phthinopōrum, autumnus, poſtrema pars æſtatis, & principium hyemis, Metopōrum. Vide, Gorr.

Phthiria, pediculatio.

Phthiriāſis, ſcabies circa palpebrarum radices ſquamas furfuri ſimiles diruttens. Item, morbus pedicularis. Onom. med. pediculatio.

Phthiriācus, pedicōſus, pediculōſus, pediculari morbu laborans, *pidocchioſo*.

Pithirocţōnum, herba pedicularis, Lex. Phil.

Phthirophăgus, qui pediculos edit. Idem, ſordidos.

Phthiſis, tabes, colliquatio corporis; propriè pulmonis vlceratio, vel thoracis, vel faucium. Item, oculi pupillæ affectio, anguſtioris factæ, ac debilioris, ſeu rugoſioris. Gal. Lex. med. *Tiſicaia*. Propriè, extenuatio, imminutio.

Phthiſiſcens, in phthiſim tabeſcens. Sidon. *Chi intiſichiſce*.

Phthoë, tabes, totius corporis extenuatio, cum parua febre. Item, ſanguinis ſputum. Gal. Lex. med.

Phthongarium, tubarum genus, quibus phonaſci modos vocis, & tenores regebant. Turn.

Phthongus, ſonus, vox inarticulata. *Suono*. Item, ſoni eiuſdem continuatus tenor in Muſicâ, *Tuono*, Item, littera vocalis: vnde. Diphthongus, duplex vocalis coaleſcens.

Phthongus, in Muſicis eſt ſonitus vocis diſcretæ, contentione æquali, aut inæquali. Tonus, eſt ſonorum in voce extenſio, eorumque interuallum, & differentia. Vitr. Lex. Phil.

Phthora, corruptio. Item, herba Alpina, Thora, necem inferens, venenata. Lex. Phil.

Phthoria, medicamenta electoria ad fœtus mortuos, vel viuos è ventre eijciendos, Echolia. Lex. m. Item, corruptoria.

Phthoropœum, phtharticum, deleterium, lethale vene-

venenum, totum immutans ſtatim, ſibi ſimili affectione alterans, L.m.

Phu, herba dicta Valeriana odorifera hortenſis, *Valeriana maggiore*. Siluestris nardus.

Phuca, potionis genus. Lex. Phil.

Phucus marinus, alga, H.p.

Phy, interiectio mirantis, Phy, gry, particulæ prouerbiales, nil, aut rem viliſſimam ſignificantes; vide Gry.

Phycis, piſcis verno tempore varius, reliquis candidus, *Phico*. Rond. Item, alius Phuca, Gazæ. Lex.

Phycites, p.p. gemma algæ colorem habens.

Phycos, frutex. Plin.

Phycos thalaſſium, fucus marinus herba ſimilis lactucæ.

Phyctoria, plantaria ſeminaria; vnde Bithyni, ſeu plantæ transferuntur. Rh.

Phygergos, fugiens opus, fugitans laboris, *Chi fugge la fatica*.

Phygethlon, phygetrum, panus, eryſipelas, inflammationis particeps, in inguinibus, & aliis. Lex. med. Poll.

Phygomăchus, qui fugit, & detrectat pugnam.

Phygopolĕmus, militiam qui fugit, *Fuggitiuo*.

Phygoponia, laborum fuga. Phygoponus, fugiens labores.

Phylăca, p.c. cuſtodia, carcer, *Carcere*.

Phylacis, nauis ad locorum cuſtodiam miſſa, *Naue da guardia*. Prophylacides, quæ ante claſſem excubant.

Phylacíſta, carceris cuſtos, & ergaſtulorum ſeruorum, *Guardiano di carcere*. Turn. Item, artifex expectans in atriis manupretium, vel mercis mercedem flagitans. Plaut.

Phylacites, carcerarius.

Phylacterium, ſeruatorium, quicquid cuſtodit, antidotum contra venenum. Item, tabula & membrana decalogis præceptis inſcripta, quam Phariſæi, fronte, & brachiis affixam geſtabant. Item, crux pectoralis reliquijs referta è collo Archiepiſcoporum propendens. Encolpium, verò non tam erat, quàm thecula inſtar ſinus, vbi crux incluſa. Niceph.

Phylacterium, id quo aliquid cuſtoditur, 2. Schedaquâ ſeruatur memoria Legis, 3. amuletum contra nocumenta. Item, ſuperſtitioſum. Item, ſpirituale contra malignos ſpiritus. Lex. Phil.

Phylacti, magiſtratus Cumanorum. Rh.

Phylactéria, phylactorium, herba, polemonio clematis. Lex. Phil.

Phylandrion, in paluſtribus naſceus herba.

Phylarchus, tribuum Præfectus, equitum dux, qui parebat Hipparcho. Item, regulus Arabum. Lex.

Phyletæris, planta ſpinoſior, quam rhamnum. Rh.

Phylla, odoramenta hortenſia, quæ cmentibus olera, addunt, vt menta ruta, &c. Hip.

Phyllanthes, herba ex genere aculeatarum.

Phyllanthion, herba purpuram tingentibus vtilis.

Phyllas, ſtrues, ſeu cumulus foliorum, *Mucchio di foglie*.

Phyllia, dicuntur flores, quos terra producit. Herbæ odoriferæ hortorum.

Phyllitis, herba foliоſa, *Lingua di cane*. H.p.

Phyllobolia, frondium feſta aſpergo. Anthobolia, florum.

Phyllobŏlus, folia amittens, aut abiiciens. Phyllobolia, *Cascata delle foglie*.

Phyllolŏgus, qui folia legit, *Coglitore di fronde*.

Phyllon, Polygonaton, ſpina ſine caule, ſine flore. Item, vnguentum foliacum. Rh. Item, folium.

Phyllophanes, Praſſium, quaſi folioſum pallium. Lex. Phil.

Phyllophŏrus, folia ferens, *Che produce foglie*.

Phylloſtaphylon, capparis, *Cappari*.

Phyllum, folium, Brionia, herba in aſperis naſcens. H.p.

Phylothetes, ſacrificiorum ſtudioſus. Vide, Philothytes.

Phyllira, phylira, frutex. H.p. ſphilyra, Vide.

Phyma, vomica, tuberculum, quod cito augetur ad ſuppurationem, furunculo ſimile, ſed rotundius, ac planius. Celſ. *Enfiagione*.

Phymăta, inflammationes. Item, animalia, in quæ ſi quis inſpicit incidit in maciem. Ælian.

Phypella, vide, panus.

Phyrama, maſſa farinæ ſubactæ, & humore maceratæ ad panificium.

Phyrapon, ammoniacum pingue, reſinoſum. Lex. Phil.

Phyſa, piſcis ex genere teſtaceorum.

Phyſalis, bulla in aquâ naſcens. Item, veſicaria herba.

Phyſalus, buſo, *Roſpo*.

Phyſema, reſinæ ſpecies. L.m.

Phyſca, inteſtinum craſſum in quod farina infarcitur, & caro ex quo fiunt allaſites. Rh.

Phyſemăta, ſpiritus ſuperbientes. Item, conchæ, quæ audito tonitru pauent, ac repente comprimuntur. Plin. Phyſema, flatus. Item, picea reſina. Gorr.

Phy-

Physes, gemmæ quæ ad naturalium similitudinem sunt effictæ ab artificibus. Plin.

Physeter, p.p. flator, bellua marina magnæ aquæ copiam hausta effundens ex balenarum genere, *Capidoglio*. Lex. Phil.

Physeterium, instrumentum aptum ad inflandum, *Gonfietto del pallone*. Rh.

Physica, orum, Physice, scientia de rebus naturalibus. Physicè, naturaliter.

Physicilli, panes ex oleo, melle distributi in cœnis Copidibus. Rh. vide, copis.

Physicillus, panis bellarium, bullæ modo inflatus.

Physicus: naturalis, & qui physicis dat operam, Philosophus.

Physiculata proficia, naturalia responsa. Capel.

Physiognomia, naturæ regula, & scientia præcognoscendi homines, ex corporis, & vultus aspectu. *Fisonomia*.

Physiologus, de natura differens.

Physiologia, studium naturæ indagandæ, *Filosofia*.

Physiologia, medicinæ pars, corporis humani partes naturales actiones, & animæ facultates pertractans. Senert.

Physiognathus, buccas inflans panis.

Physiognomus, Physiognomon, qui hominum mores, ex corporis, vultusque inspectione, prænoscit. Physiognomia, Physiognomonicus, a, um.

Physis, natura, Physiosis, tumor animi. Vnde Physicus.

Physodes, physa, tinnitus, & spiritus in auribus. Onom. m.

Physsalus, piscis marinus. Rond.

Physsionus, benè vasatus. On. m.

Physta, maza, ex farinâ, & vino, & melle. *Pasta*. Poll.

Phytalia, locus consitus arboribus. Item, hyemis pars postrema, dicta ab insitionibus fieri tunc consuetis. Goll.

Phyteuma, herba amatoria. Item, planta quæ conseritur, Campanula cerulicaria in asperis nascens. H. p.

Phyteusis, plantatio; vnde, emphyteusis.

Phytilia, pars prædæ debita Protostratori. Codin.

Phytobasilia, singularis, & regia planta. Lex. Phil.

Phytonissa, vide. Pythonissa.

Phyturgus, qui circa plantas opus facit, phyturgia.

Phytopinax, index plantarum.

Phyxianelum, arbor, quæ ob altitudinem effugit, ne à pecudibus edatur. Plut.

P I

Piabile, quod expiari potest, *Che si può purgare*. Habens vim purgandi.

Piaculum, piamen. Piatio, piamentum, crimen, piandum, sacrificium, cultus, quicquid expiat scelus exspiandum, expiatio, *Sagrificio per i peccati*.

Piaculum, culpa, scelus. Item, quod piat, sordis, aut culpæ piatio, seu remedium. Item, sacrificium pro culpa. Lex. Phil.

Piaculare, ad piaculum pertinens, seu quod est pro piaculo, vt hostia piacularis. Lex. Phil.

Piaculare sacrum, quod pro expiatione fit.

Piacularia auspicia, quæ sacrificantibus tristia portendebant.

Piacularis pecunia, erogata ob piaculum, *Elemosina per i peccati*.

Piaculāris, afficiendus supplicio. Item tristis.

Piactilo, as, expio. Cato. *purificare*.

Piaculus, piacularis. Cato. Turn.

Piāgo, purifico. Sup. *purificare*.

Piam, syllabica adiectio: Quispiam, vspiam.

Piāmen, vide Piaculum, piamenta, expiationes. Fest.

Piamāter, Choroides, meninx tenuis. L. m.

Piamentum, piamen, actio piantis, & id quo fit piatio, placamentum, Lex. Phil.

Piānus, piarius, sector pij. Salm.

Piare, vide. pio, as.

Piator, & piatrix, sacerdos expiatione operans, & expiare solita. Fest.

Piatio, ōnis, expiatio. Piāre, colere, purgare.

Piatrix, sacerdos, quæ expiare erat solita, quam alii sagam nominabant. Fest. Lex. Phil.

Pica, auis, gaza, *Ghiandaia*. Item, morbus in grauidis, *Malacia, citta*. Picatio, mollities prægnantium, absurda in eis appetentia. L. m.

Picæ, Sphinges.

Picaria, picis, fodina, *Cava di pece*.

Picatæ manus aduncæ.

Picati; quorum pedes formati in modum sphingis. Fest.

Picātum, p.p. illitum pice, aut picem redolens, *Impeciato, ò che sà di pece*.

Picatio, medicamentum pilos abradens, aut ad cutem trahens in locis non admittentibus nouaculam. Item, picis linitio, *Impeciamento*. Vide, Pica.

Picea, arbor resinifera, *piella*. Piceaster.

Piceastrum, piceaster, picea sylvestris. Item, physema resinæ species expers pinguitudinis valdè exiccans. Lex. med.

Piceātus, pice illitus, *Impeciato*. Piceum, quod ex pice, siue nigrum, viscosum. Picitus, picatus. Salm.

Picenum, vas picens, homo ex Piceno. Front.

Pico-

Piceſion, pingue iumentorum, butyron. Lex. Phil.
Picinum oleum, Piſſinum, piſſeleon, quod è pice fit.
Pico, as, pice illino, *Impeciare*.
Picra, hitra picra, medicamentum ex aloë, quod ſui amaritudine morbos humoreſque pellit. Lex. med. Picra, amara.
Picris genus lactucæ, amaræ, ſeu cichorei agreſtis, *Lattuca ſaluatica*.
Pichrochŏli, p. c. in quibus abundat flaua, & amara bilis. Lex. med.
Picrogămus, amaras expertus nuptias, & acerbas, *Mal maritato*.
Picta toga, purpurea, triumphalis, cui picturati colores ſubtexti, Bayf. Picta, tinctura, pictura.
Pictatium, pyctacium, exiguæ tabellæ, & commentariolꝰ rerum ſummam continentes. Iun. Item, fruſtulum corij, aut cartæ, *Pezzetto di cuoio, ò carta*.
Pictes, pugillator. Colum.
Pictatiuncŭla, paruum pictacium, membrana, *pezzo di carta, o coſa ſimile*.
Pictis, inſtrumentum muſicum duabus conſtans chordis, Scal.
Pictor, qui pingit, *Pittore*. Pictorium opus, *Pittura à freſco*, pictim, adu.
Pictones, qui videntur vincere in picturâ.
Pictŏta, pharmaca piceæ reſinoſa.
Pictūra, ars pingendi, tabula picta, *Pittura*. Picturatum opus, *Opera di pittore*. Pictim, coloratim.
Picturo, as, pictura variego.
Picumnus, auis, Picus, Martius. Non. Item, Deus. Picumnus, Pilumnus Dij coniugales.
Picus, auis exiguæ, aduncis vnguibus. *Picozzo, picchio*. Item, gryphus, bellua quadrupes.
Piem, tolam, cuſtodiam. Plaut.
Piencula, cuſtodia.
Piens, pientior, potentiſſimus. Pieticus, a, um, pius compaſſiuus, Lex. Phil.
Pieris, prius antiq.
Pieſma, retrimentum, paſtillus ab expreſſo ſucco reliquus ſuccus expreſſus. On. m.
Pieſtron, inſtrumentum extrahendo fœtui mortuo è ventre idoneum.
Pietas, religio. Piaticultrix, quæ pietatem colit.
Pietĭcus pſius, compaſſiuus. Cath.
Pius, religioſus. Pietas, virtus, *Pietà*.
Piga, ſummitas natium, vel natis quaſi depreſſa. Item, burſa. Cath. Vide, Pyga.
Pigamon, herba paluſtris, *Soldanella*. H. P.
Pigargus auis parua. Cath.
Pigella, artopta, genus vaſis. Iſid. gl.
Pigellus, a, um, nonnihil piger. Lex.
Piger, tardus, *pigro*.
Pigere, tardari, pœnitere. Feſt. Piget, quod dolet. Pudet, quod turpe eſt. Don.
Pigmentum, vnguentum, quo vtuntur puellæ ad faciem venuſtandam, *Liſcio, belletto*. Item, color, fucus, fraus, medicamentum.
Pigmentarius, qui pigmenta vendit, *Chi fà liſcio*.
Pigmentātus, pigmentis ornatus, *Imbellettato*.
Pigne, pigritia. Non. Pigries, antiq.
Pignĕra, rerum: pignora, filiorum. Turn. nati. Pignĕra, nati: pignŏra, res. Cath.
Pigneratio, actus pignerandi, *Impegnamento*.
Pignerator, p. p. qui pignus accipit.
Pignoratitia actio, ad pignus perſequendum inſtituta. Pignoratitius creditor, cui pignus datum.
Pigneratitium, pignoraticium, quod pignori datum eſt, *Dato in pegno*.
Pignĕro, as, pigneror, āris, pignus do. Item, pignori capio, *Impegnare*. Pignoratus, a, um.
Pignoriſcapio, onis, vſucapio, actus pignorandi. Gell. *Impegnamento*.
Pignŏſa, pignora. Feſt. antiq.
Pignum, honorarium ius. Sup.
Pignus, quod datur creditori, vt ſit ſecurus, & ad creditorem tranſit. Hypothēca, quum non tranſit nec poſſeſſio ad creditorem. Vlpian.
Pigra, picra, medicina amara. Cath. vide picra.
Pigreſco, pigreo, pigreſio, piger ſio, *Impigrirſi*.
Pigridiæ, olera amara lactucæ agreſtes.
Pigro, as, cunctor, tardo, detineo antiq. *Tardare*. Pigror, aris, depon. Lucr.
Pigritia, pigrēdo, pigrities, pigries, antiq. Pigritia, pigrè, tardè, *pigramente*.
Pigror, āris, pigritor, pigreo, grauor, *Impigrirſi*.
Pignus, verecundus, piger, Cath.
Pila, inſtrumentum luſorium, Sphærula, *palla*. Item, taberna. Item, vas concauum in quo antiqui ſiccata frumenta pinſebant, *Mortaio*. Item, columna ſtans, ſtela in monumentis. Item, opus informe in aquis ad fluctus arcendos, Vngula; apud Græcos, Stela; nos, *Molo*.
Pela, taberna, ganeum ſubterraneum inſtar pilæ. Lex. Phil.

Pitæ,

Pilæ, lapideæ in ædificiis columnæ, quadratæ structiles, *pilastrate di mattoni*. Iun.

Piladium, pilidium, pilum, pilisçus, paruum biretum, galericulus, *Berettino*.

Pilæ, homines ficti, linei, lanei vel fœnei, qui pilarum instar tauris obiiciebantur, & suspendebantur in compitis. Fest.

Pilæ, humanæ effigies ex lana Compitalibus suspensæ in compitis, quibus tot pilæ positæ, quot capita hominum in compitis. Sex. Pomp.

Pilani, milites qui pilis pugnabant.

Pilare, plumare, pilis, & plumis vestire, græcari. Item, pilos detrahere, depilare. Item, cogere, premere. Non. Afran. vnde, Compilare: vide.

Pilarij, præstigiatores, qui leui agitatione pilulas videntur emittere. Pilates, fures.

Pilarius, a, um, rotundus instar pilæ. Lex. Phil.

Pilasca, vas vinarium, è corio pilosо. Isid. glos.

Pilarius, globosus. Sup.

Pilat, pilos habere incipit. Item, pilos detrahit: vnde, depilati, Fest.

Pilata, fur, latro. Pilatūlum, latrocinium, quod cum pilo ideſt telo lateat. Cath.

Pilātes, fures. Fest.

Pilātes, æ, genus lapidis candidissimi. Cato.

Pilaticum, sceptrum Imperatoris ad instar pili. Codin. Pilaticium, monile de collo Imperatorum. Buleng.

Pilatim, strictim, pressè per pilas, ideſt per columnas. Vitr.

Pilatum agmen, pressum, densum sine iumentis. Scal. Pilatum, spissum, densum. Cerda.

Pilātus, pilānus, grosphophorus, pilo armatus, ideſt, breuiori hastili: vide, pilum.

Pilax, murilegus, cattus, quod multis pilis abundet. Isid. glos. Cath. *Gatto*.

Pilearius, qui pileos vendit. Pileificus, qui pileos conficit. Poll. Item, globosus. Sup.

Pileātus, qui pileo tectus est, *Incappellato*. Item, Lacones, qui pileis vsi. Pileati frater, Castor, & Pollux.

Pilēma, p. p. lana coacta, cento, *Feltro*.

Pilentum, petoritum, vehiculi pensilis genus, quo matronæ ferebantur, *Carretta*.

Pileo, ōnis, qui pileos conficit, aut vendit, *Cappellaro*.

Pileōlus, pileolum, paruus pileus, *Capelletto*.

Pileor, pilleor, aris, pileo induor. Lipſ.

Piletica, vim habentia restringendi, & densandi. Tiraq.

Pileus, pilleus, pileum, tegmen capitis, *Cappello*. Item, pro libertate; vnde, pileum induere, liberari, *Riceuere la libertà*. Pileo, as, pileum induo: contra, Expileo, Depileo.

Pilicrepus, p. c. qui crepitante pilâ lusitat: vel qui pilas, pice illitas alendo vaporarii igni fomitem adijcit, Iunius: melius, balnearius minister qui pilos cum forficularum crepitu truncat. Item, qui alas depilabat. Pilarius, Fornacator, dictus. Isid. glos.

Pilidion, galericulus. Tiraq.

Piligerat, pilos componit, incptit. Sup.

Pililudius, qui pilâ ludit. Isid. glos. Mauil. *Giuocatore di palla*.

Piliphōrus, pilifer, pilānus, pilum gestans. Lex. g. b. *picchiero*.

Pillones, piliones, portitores mortuorum. Isid. glos. *Beccamorti*; vnde, Vespillones, dicti Pilones, mortuos pilantes.

Pilo, as, pilos emitto, *predur peli*. Item, aufero, furor, complano, *pelare*. Vnde, compilo, p. p. compilāre, furto aliquid subtrahere, præsim colligere, Scal. Item, pilâ tundo, *pestare nel mortaio*.

Pilogōnus, herba sanguinaria. Isid.

Pilosella, herba in asperis nascens, à copia pilorum, Ita dicta, *pelosella*.

Pilōsi, incubi. Greg. Mag.

Pilōsus, pilis abundans, *peloso*.

Pilotæ, fures: vnde, Compilo, as, furor. Compilo, vndique pilos aufero.

Philotonsus, lupus ceruinus, glos. A. L.

Piloton, aliquid ex lanis præparatum ad cubandum.

Pililudius, qui pilâ ludit, *Giuocatore di palla*.

Pilūla, parua pila, globulus, *palletta*. Catapotium.

Pilum, pilus, hastile breue vibratorium. Item, instrumentum, quo aliquid pinsitur in pilâ, aut tunditur, *pestone, pestapepe*. Item, pilum. Catapultarium. Plaut. Item, rasorium, nouacula. Cath.

Pilūmen, quicquid in pilâ tunditur. Isid. glos. Cath.

Pilumni, dicti à conterendo frumento in pilis.

Pilumnoë, poploë, pilumni, Populi, in Saliar carmine. Fest. Pilumnus, picumnus, Iouis filij.

Pilus, capillus, *pelo*. Item, instrumentum, quo aliquid teritur, aut tunditur, *pila*.

Pimenta, pigmenta. Salmas.

Pimpinella, saxifraga, herba vmbellifera, *Pimpinella*. H. p. *Saluastrella*.

Pina, æ, fames, Cath. Item, genus piscis, siue conchæ.

Pinacīdes, pinacidia, tabellæ ceratæ pugillares, in

in quibus capita omnium rerum continentur, *Indici*. Item, saltatores super lances, aut lances terentes. Poll. pinax, cis.

Pinacion, quadrans medimni. Zon. Item, pactum iudiciale, continens cautionem in rem.

Pinacopōla, qui tabulas vendit.

Pinacothēca, locus in quo tabulæ pictæ, argentum, &c. reponuntur: Tablinum, verò vbi tabulæ pictæ, seu codices seruantur, *Galeria*. Pinax; vnde, pinacium, dicta à tabellâ. Plaut.

Pinastellus, herba peucedanum habens folia similia pini. Lex.

Pinaster, pinus sylvestris, *pino salvatico*.

Pinax, lanx, tabula. Item, Index librorum, tabella picta seu pictoria: vide, pinacides.

Pinca, subula. Petrus de Natal. in vita Sancti Felicis.

Pincerna, nomen dignitatis Imperatoris supra Curopalatem.

Pincerna, pocillator, poculorum minister, *Coppiero*. Pincerna pluuiarum, Auster. Onom.m.

Pindæ, pinnæ dicta sunt à petendo. Isid.gl.

Pindo, is, pinso, percutio, pilo tero. Cath. *pestare*.

Pinea, æ, arbor nota, nux pinuum, *Pignuola, pinella*.

Pinetum, locus pinis consitus. Plin. piniser, qui fert pinum.

Pineum, quod ad pinum attinet, ex pino, *Di pino*, Pineus, a, um.

Pingamen, pinguamen, pinguedo, sebum. Sup. *Grasso, sieuo*.

Pingo, is delineo, *Dipingere*. picto, as, pictito, sepè pingo.

Pinguaria, in quam decidit pingue carnium cum assantur, *Ghiotta*.

Pinguarius, qui pinguia amat, aut vendit.

Pingueo, pinguesio, pinguis fio, *Ingrassarsi*, Pinguefacio, pinguem facio, *Ingrassare*.

Pinguitudo, pinguedo, pinguities. Var. *Grassezza*.

Pinna, durior pluma, *Penna*. Sumitas cuiusque rei.

Pinna, piscis astura, pinna magna, piscis testaceus, Ostreum. Rondel.

Pinna, est pinna durior. Item, aliquid pinnatum, vt sagitta. Pegasus piscis, galea militum, gladiatorum. Item, pinnæ murorum, fastigia, eminentiæ, vnde Pinnaculum. Item, conchæ genus. Lex. Phil.

Pinnaculum, lorica templorum summa ambitus muri corona, pinnæ muri, minæ muri, supimentum, peribolus, corona tectorum, quæ præcipitium prohibet. kilian. *Merli*.

Pinnæ, pennæ, auium, piscium quibus innatant, *Penne*. Item, murorum summitates, *Merli*.

Pinnacūlum, fastigium & summitas ædificii in acutum tendentis.

Pinnatæ literæ, infelicitatem: contra laureatæ, felicitatem prænunciabant. Salm.

Pinnātus, qui pinnas habet. Pinniger, qui gerit pinnas, *Pennuto*.

Pinniräpus, p.c. gladiator retiarius pinnam in acuta summitate galeę myrmillonis appetens, iacto rete.

Pinniräpus, qui pinnas rapit, deplumat aues, vel qui rapit pennam de capite alicuius, Cath.

Pinnium, adutum. Cath.

Pinno, as, pinnam compono, accommodo. Sup.

Pinnophylax, pinnæ custos.

Pinnōsus, altus. Pinnositas, altitudo, *Altezza*. pinnosè.

Pinnotheres, piscis. Pinna, conchæ genus.

Pinnūla, parua pinna, & summa pars auris, vel naris. Cath Item, quod pinnæ simile.

Pollinctum, vbi cadauera ponuntur. Isid. Gloss. Idem, cœna feralis.

Pollinctūra, curatio cadauerum.

Pollingo, is, vngo cadauer, vnde, Pollinctor. Vide Pollincio.

Pollingo, perligo, tæniis cadauer ligo: perlino cadauer, curo ad sepulturam quouis modo, ad sepulcrum fero, sepelio. Lex. Phil.

Pollinctor, curator pistrini, qui pollinario cribro pollinem excutit. Lex. Phil.

Pollintor, ōris, qui pollinem conficit curator pistrini, *Mugnaio*. Cath.

Pollincio, à pollinceo quod est farinam in pistrino diuido, *Lo stacciar fino, o fior di farina*.

Polliones, pillones. Vide, poliones à pollendis mortuis dicti. Lex.

Pollis, pollen, puriſſima farina. 2. farina tenuis, & volatica 3. farina communis, etiam impurior. Lex. Phil.

Pollis, in tritico est flos farinæ in siligine. Plin. Lex. I. C.

Pollis, pollen, flos farinæ, *Fior di farina*.

Pollit. polit, ludit pilâ. Fest. vide, polire.

Pollophemistus, celebris. Isid. Gloss. *Famoso*.

Pollubrum, polubrum, pelluium, trulleum, peluis, quâ pedes lauantur, *Bacino da lauare i piedi*.

Pollabrum, polubrum, peluis, vas, quo aqua ex ablutis manibus polluta excipitur. Lex. Phil.

Pollucco, pollucor, oppiparè conuiuium apparo, sacrum lautum Herculi facio. Item, polluceo, niteſco.

Pollucibilis cœna, oppipara, lauta, splendida, *Cena sontuosa*.

Pollucibilis, le, laurum, splendidum, vt sacrificium Herculis.

Pollucibiliter, sumptuosè, lautè, splendidè, *Sontuosamente*.

Pollucta pago meretrix, paganis ad libitum expoſita in pago. Plaut. Turn.

Polluctor, qui pollucet. Vide, polluceo.

Pollustrum, locus sacrorum. Isid. Gloss.

Pollustare, consecrare. Isid. Gloss.

Pollustum, cœna magnifica oppipara, & quodvis balneum. Item, cœna feralis in rogum delata.

Pollustus virgis, expoſitus virgis, Plauto vel magnificè illis mulctatus.

Pollustus, litatus, struc cumulatus, largiter exceptus, & tractatus. Lex. Phil. Pollucta mulier, omnibus expoſita. Plaut. Casaub. Turn.

Pollula, plurima. Vario. parua. Turn.

Polluo, polluo, porro lauo. Item, inquino, *Sporcare*. Polluitus, inquinatus, *Sporcato*.

Pollus, pollulus, paulus, paululus, *Vn porchetto*.

Polyxenus, astutus, versipellis. Gloss. g. b. *Astuto*.

Polnus, volnus, vulnus. Sup.

Polōsus, altus. Polōse, altè. Isid. Gloss. Cath.

Polphi, globi, pastæ, quos leguminibus injicichant, vnde. Polphāgus.

Poltarium, pultarium vas, in quo pultes versantur. Rh. *Scudella delle minestre*.

Polteio, vlteriore. antiq.

Polton pultes. Puls, sorbitio ex cerealibus solutis. Rh. *Farinata tenera*

Polūbrum, pollubrum, ma'luuium, pelluuium, peluis, vas, quo aqua ex ablutis manibus excipitur, *Bacino*. Iun.

Poluinar, puluinar, à polis, alutaceo scorto. Var. Scal. vide, Polulæ.

Polumen, locus sacrorum. Isid. Gloss. Pollustrum.

Polūlus, paulūlus, paruulus antiq. Cato.

Polus, cœli cardo: Arcticus, & antarcticus. Item, horologij index mobilis, & horologium cum indice. Athen. Terminus axis, Vertex. Item, cœlum.

Polupoſus, polypoſus; vide, Polypus.

Polūlæ, polæ, pilæ ex alutâ mōlli tomento farctæ, quibus datatim ludebant in foro, *Pallotta*.

Poly, in compoſitione multitudinem significat. Vide

Polyacanthus, frutex dictus à multitudine spinarum, *Calcatrippa*.

Polyæmia, sanguinis abundantia, *Abondanza di sangue*.

Polyæmus, sanguine abundans, *Sanguigno*.

Polyænus, multâ laude dignus, *Degno di gran lode*.

Polyagrus, qui multam prædam accepit, *Chi hà fatto molta preda*.

Polyalthes, multâ vi medendi pollens, *Gran medico*.

Polyalphitus, hordeum multam farinam reddens, *Che fà molta farina*.

Polyancioſtrum, frequentia humorum, *Abondanza di humori*.

Polyandrium, commune hoſpitium, sepulchrum, cœmeterium vbi sunt multa sepulchra, *Carnaio, cemeterio*.

Polyandria, multitudo ciuium.

Polyandros, polyanthrōpus, multos viros habens.

Polyanodynos, acuta, multum afferens indolentiæ.

Polyanthea, libri variis floſculis referti. Ita, opûs eruditiſſimum inſcriptum, editumque.

Polyanthēmum, ranunculus, florifera herba, cauſticam vim habens. Plin. H. p. multum florens.

Polyanthes, floribus multis refertus, *Fiorito*; vnde, Polyanthea. Item, multâ vi medendi pollens.

Po-

Polyanthropia, hominum frequentia, *Frequenza di huomini*.
Polyarchia, plurium principatus, *Gouerno di molti*: contra Henarchia, vnius.
Polyarchion, cataplasmatis nomen. Gorr.
Polyarchus, qui multis dominatur, *Chi gouerna molti*. Princeps vrbis.
Polyarnasa, polyarnos multorum agnorum, qui possidet multos agnos, Varro. *Possessori di molti agnelli*.
Polyaschölus, multis negotijs occupatus, *Occupato in molte cose*.
Polyatrus, multis medens, *Medico vniuersale*.
Polybius, multum longam vitam habens, *Di lunga vita*.
Polybūlus, cui multum consilij inest, *Di gran consiglio*.
Polybutes, multorum boum, *Chi hà molti buoi*. Varro.
Polycæsarea, multitudo Cæsarum.
Polycandela, candelabra templorum, in quibus multæ candelæ. Cedren. *Candeliere di molti lumi*. Polycandelum, *Luminera*.
Polycarpia, vbertas in fructu ferendo, *Raccolta di molti frutti*.
Polycarpus, multum fructificans, *Fruttuoso*.
Polycærpon, herba sponte nascens in segetibus. H. p.
Polycaulus, qui multos caules habet, *Di molti gambi*.
Polycephälus, multa capita habens, *Di molti capi*.
Polyclerus, p. p. cui multa hæreditas accidit, *Herede di molto*.
Polycletus, p. p. à multis vocatus, *Chiamato da molti*.
Polychalcus, multum habens æris, *Di molto bronzo*.
Polychir, multimanus. Polychiria, multitudo manuum, *Di molte mani*.
Polychnemon, p. p. multarum tibiarum herba, *Herba di molti gambi*. L. Polycnemon.
Polychordum, multas habens chordas, *Di molte corde*.
Polychordia, multitudo chordarum, *Moltitudine di corde*.
Polychrestum, ad multa vtile medicamentum. *Medicamento*. Panchrestum, omnibus medens. Polychresta catapotia, pilulæ aggregatiuæ.
Polychronium, acclamatio facta Imperatori, & Patriarchæ Const. *Lunga vita*.
Polychronius, multo tempore durans, diuturnus, longæuus, *Di lunga vita*.
Polychrous, multis coloribus refertus, *Di molti colori*.
Polychrysus, multo auro abundans, *Di molto oro*.
Polycnemum, herba odorifera. H. p. quasi multas tibias habens cunilæ bubulæ similis, multis geniculis. Lex. Phil.
Polycœlius, multos habens ventres, *Di molti ventri*.
Polycœnus, multis communis, *Commune à molti*.
Polycolymba, cantilena, quam ranæ canunt sæpius natantes.
Polycomus, cui multa est coma, *Di molta chioma*.
Polycratia, multorum imperiū, *comando di molti*.
Polycōmus, comessationibus abundans, *Chi spesso banchetta*.
Polyctönus, multorum occisor, *Ammazzatore di molti*.
Pölydædälus, valdè ingeniosus, *Ingegnosissimo*.
Polydämus, multos domans, vir omnium & mulierum. Cath.
Polydectus, continens plura. Cath.
Polydendrus, multis abundans arboribus, *Di molti alberi*.
Polydesmus, multis ligatus vinculis, *Di molti legami*.
Polydipsius, valdè siticulosus, *Affetato*.
Polydorus, multa donans. Polydoria, donatio multis.
Polydoxus, valde clarus, *Illustre*.
Polydrosus, multum rorem habens, *Rugiadoso*.
Polydulia, seruorum multitudo. Polydūlus, qui multos habet seruos, *Di molti serui*.
Polydynamia, multa potentia. Polydynämus, valdè potens, *Molto potente*.
Polyenus, multorum annorum, *Di molti anni*.
Polyeraſtus, à multis amatus, *Amato da molti*.
Polyergos, semper aliquid operans, *Chi fà sempre in facende*.
Polyeuctus, multum desideratus. Athen.
Polygäla, polygälon, herbæ genus, seu frutex lactis abundantiam faciens. H. p.
Polygalactus, multo lacte abundans, *Di molto latte*.
Polygämus, qui multas duxit vxores, *Di molte moglie*. Bigämus duas; Monogämus, vnam. Vide
Polygia, anethum. Dioſc.
Pölyglossius, multarum linguarum peritus. Cath. *Perito di molte lingue*.
Polygnōmon, qui multi est consilij, *Di molto consiglio*.
Polygnōtus, multis notus seu cognitus, *Noto à tutti*.
Polygonäton, p. c. herba sine folijs, asparagi caule, *Frasinella*.
Polygonoides, herba speciem polygoni habens. Lex. Phil.
Polygönum, sanguinalis, Centinodia, herba sanguinaria, Proserpinaca, *Corrigiola*. H. p.
Polygönus, multis fœtibus abundans, *Di molti figli*.

Po-

Polygōnus, p. p. polygonius, multis angulis constans, *Di molti angoli*.
Polygrammus, multis lineis interstinctus. Item, piscis. Item, gemma.
Polygrammatum, multis literis constans.
Polygrammătus, vir multæ literaturæ.
Polygymnastus, multum exercitatus, *Molto essercitato*.
Polygynæus, qui multas habuit vxores, *Di molte moglie*.
Polygynæcon, mulierum frequentia, *Moltitudine di donne*.
Polyhistor, multiscius, ita dictus Appion apud Gell. *Chi sà molto*.
Polyhedrum, circulus in sphærâ cuius diameter secat sphæræ centrum.
Polyides, staphis agria, multiforme. Lex. Phil.
Polylŏgus, polyloquus, qui multa verba facit.
Polylogia, expositio quæ multis verbis fit.
Polymasthos, multimammia: ita dicta Lucina. Tirin. quasi habens multas mammas, etsi sit Virgo.
Polymathes, multiscius, qui multa didicit, *Chi sà molto*.
Polymathia, multa eruditio, talis inscriptio operis ab auctore Amalthææ editi 1632. Vicentiæ.
Polymaschălus, multas habens alas, *Di molte ale*.
Polymelathrus, multas hăbens ædes, seu atria, *Di molte case, e sale*.
Polymechănus, qui est ingenio prompto ad multa excogitanda. Polymechania.
Polymēlos, multas habens oues. Varro. *Chi possede molte pecore*.
Polymemphes, plenus querelarum, *Querulo*.
Polymĕrus, multiplex, & multis partibus constans, *Di molte parti*.
Polymēthes, multum ebrius, *Molto imbriaco*.
Polymistus, multa mercede conductus, *Chi hà gran salario*.
Polymita, p. c. vestis versicoloribus licijs contexta. Polymitarius, talis vestis textor.
Polymitarius, Plumarius, varijs coloribus opus texens. Lex. Phil.
Polymītus, a, um, ex multis licijs constans, versicolor, nos, *Cangiante*. Lex. Phil.
Polymnemon, multarum rerum memor, *Chi si ricorda di molte cose*.
Polymnesta, multis procis petita, & ambita, *Dama da molti amanti desiderata*.
Polymnia, Musa dicta à multiplicitate hymnorum, quibus ea præest.
Polymorphus, a, um, multiformis. Lex. Phil.
Polymythus, fabulis & verbis abundans, *Fauoloso*.
Polymyxus, lucerna habens multa ellychnia, *Lucerna di molti stoppini, è lumi*.
Polycœnia, multa vini copia, *Abondanza di vino*.
Polycœnus, multum vini habens, *Abondante di vino*.
Polyommătos, multos habens oculos, *Di molti occhi*.
Polyonymia, fama, multum nomen, *Gran nome*.
Polyonymus, multa habens nomina, *Di molti nomi*.
Polyopsia, obsoniorum abundantia, *Molto companatico*.
Polyopsus, obsonij abundans.
Polyorcus, multum iurans, *Chi spesso giura*.
Polyos, herba omnimorbia. Lex. Phil.
Polyotus, multas aures habens, *Chi hà molti orecchi*.
Polypæs, cui multi sunt liberi. Polypædia, liberorum multitudo, *Di molti figli*.
Polypenthes, cui crebræ calamitates luctum afferunt, *Calamitoso*.
Polyphăgus, p. c. qui multum edit, *Mangione*. Polyphagia, voracitas.
Polypharmăcus, multis medicamentis vtens, abundans, *Di molti medicamenti*.
Polyphyllum, multis folijs præditum.
Polypicrum, cui multum amaroris inest, *Molto amaro*.
Polypia, polypi parui. Sepidia, paruæ sepiæ. Rh.
Polypiria, multarum rerum experientia, *Esperienza grande*.
Polypistus, multum credens, *Di molta fede*: contra, Oligopistus, *Di poca fede*.
Polyplanes, p. p. multiuagus, errorum plenus, *Vagabondo*.
Polyplŏcus, multis nexibus implicatus, *Annodato molto*.
Polyplusius, bene nummatus, *Danaroso*.
Polyphernus, cui multa dos contigit, *Di molta dote*.
Polyphemus, valdè celeber. *Famoso*.
Polyphilus, cui multis sunt amici, *Di molti amici*. Polyphilia, amicorum multitudo, & mutatio.
Polyphon, Echo multisona. Polyphonus, garrulus qui multarum est vocum, *Ciarlone*.
Polyphorbus, multum pabulum suppeditans, *Abondante di pascoli*.
Polyphortus, cui multum oneris inest, *Caricato molto*.
Polyphyllus, multa folia habens, *Di molte foglie*.
Polypodes, multipedæ, siue millepedæ. Gorr.
Polypodium, filicula in muscosis nascens herba, *Polipodio*.
Pelypōgon, multum barbæ habens, *Barbone*.
Polypŏlis, regio multas habens vrbes, *Paese che hà molte città*.
Polypŏnus, laboriosus, labores multos sustinens, *Faticoso*.

Po-

Polypōrus, multos poros, & meatus habens, *Di molti pori*.
Polyposia, immodica potatio.
Polypōrus, polypo, morbo laborans.
Polypōtes, immodicus potor, *Gran beuitore*.
Polypragmon, qui eſt multorum negociorum, negocioſus, *Gran negotiante*. Ardelio, Satagius.
Polypremnum, herba hortenſis. H. p.
Polyprobātus, multas habens oues, *Di molte pecore*.
Polyptĕrus, multas habens pennas, *Di molte penne*. Polypthycha.
Polypthycha, publicæ rationes, chartæ publicæ. Marcul. Cod. ll. antiq. Cerda. Item, literæ amatoriæ. Diptycha, duplices. Vide Salmas.
Polyptĭchus, ſinuoſus, multas plicas habens, *Pieno di pieghi*. Polyptychus.
Polyptychi, libri cenſuales, & rationum publicarum. Sirm. *Libri di conti publichi*.
Polyptōta, p. p. multos caſus habentia. Polyptōton, p. p. fig.
Polypus, p. p. multipes. Item, piſcis mollis genus, *Polpo*. Item, morbi genus, carnis excreſcentia in nare propendens. Item, homo rapax, paraſitus.
Polypōſus, hoc morbo laborans. Iun.
Polypyrgus, multas turres habens, *Di molte torri*.
Polypyrum, polyſitum, multum triticum ferens, *Di molto grano*.
Polyrrhizos, herba montana dicta ita à radicum multitudine. H. p.
Pollyrrhizus, multas radices habens, *Di molte radici*.
Polyrrhodon multis roſis abundans, *Di molte roſe*.
Polyſarcia, corpulentia.
Polyſarchus, corpulentus, ſuperfluum carnis incrementum habens, *Corpolento*.
Polyſcius, multas habens vmbras, vmbroſus valdè, *Molto ombroſo*.
Polyſema, multiſignia. Polyſemæ veſtes, multis clauis diſtinctæ. Multiſignes. Salm.
Polyſitia, frumenti abundantia, & copia. *Abondanza di grano*. Vide Polypyrus.
Polyſpaſtum, inſtrumentum mechanicum tractorium, quod multis modis trahitur. Pappus.
Polyſtephānus, multis coronis redimitus.
Polyſpermus, multum ſeminis ferens.
Polyſpermia, affluentia ſeminis genitalis, *Abondanza di ſeme*.
Polyſplanchnus, multum in viſceribus habens miſericordiæ, *M ſericordioſo*.
Polyſpondylus, multas habens vertebras, *Di molte congiunture*.
Polyſtēnum, polyſtemum, polyxenum, multorum ſenſuum. Cath.
Polyſtaphylus, multas ferens vuas, *Di molta vua*.
Polyſtaurium, veſtis Patriarchalis, cui multæ cruces intextæ. Balſam. Phenolion. Lex. Phil.
Polyſtichia, verſuum multitudo.
Polyſtichus, multis verſibus conſtans, *Di molti verſi*.
Polyſtŏmus, multa habens ora, *Di molte bocche*.
Polyſtrŏphus, qui multis gyris circumagitur, *Di molti rigiri*.
Polyſtylus, multas columnas habens, *Di molte colonne*.
Polyſyndĕton, p. c. oratio in quâ multæ, & crebræ ſunt coniunctiones, fig.
Polyſyntheton, p. c. fig. ſententiæ cum continentur copia conuenienti multorum articulorum & multipliciter coniunctum.
Polytalantus, multa habens talenta, diues, *Ricco molto*.
Polytecnia, abundantia filiorum, *Moltitudine di figli*.
Polytecnus, multos habens liberos, *Chi hà molti figli*.
Polytechnus, multum artificij habens, *Artificioſiſſimo*.
Polytele, nauis genus. Calcag.
Polyteles, qui multa profundunt; Euteles, pauca.
Polyteleſtoratus, profuſiſſimus.
Polytheus, qui multos Deos eſſe ſtatuit, *Chi crede molti Dei*.
Polythermus, multum calidus, *Caldiſſimo*.
Polythērus, habens multas feras, *Di molte fiere*.
Polythrenus, multum luctum afferens, *Di molto pianto*.
Polythrŏnus, cui multi ſunt throni, ſeu ſellæ. Item, multa throna, ſeu pharmaca.
Polythyrus, multas habens fores ſeu ianuas, *Di molte porte*.
Polythytum, locus vbi ſæpè ſacrificatur, *Luogo done ſpeſſo ſi ſacrifica*.
Polytrĭchus, multos habens pilos.
Polytrĭchon, herba fidicula capillaris, *Capel venere*.
Polythryllus, magnus ſuſurro.
Polythrix, multos pilos habens. Polythryx, gemma.
Polytrŏpus, homo, cuius ingenium verſatile, quaſi in varias partes vertatur.
Polytropia, multiplex, & verſatile ingenium.
Polytrŏphus, multum accipiens alimentum.
Polytrophīa alimenti copia, *Abondanza di nodrimento*.
Polyxenus multos excipiens hoſpitio, *Albergatore di molti*.
Polyzēlus, quem æmulari, & imitari magno ſtudio ſolemus, *Emulato da molti*.

Po-

Polyzōnus, p.p. gemma nigra dicta à multiplicitate zonarum candicantium. Plin.
Polyzygum, habens iuga, & transtra multa, *Di molte trauerse*.
Pomana, vide, Pomona, Dea pomorum.
Poma legere, in obscœnis. Item, pomo petere.
Pomarium, pomētum, locus arboribus pomiferis consitus, & in quo poma reponuntur.
Pomarius, pomorum venditor, & custos, *Guardiano di frutti*.
Pomāta, potiones, potus. Athen. *Bemande*.
Pomatium, liquidis cibus è pomis. Isid. Gloss. *Viuanda di pomi*. Item, vnguentum è pomis, *Pomata*.
Pomellum, paruum pomum. Cath. *Pometto*.
Pomen, ponimen, à pono, impositio. Salmas.
Pomeridiānum, quod est post meridiem, vel fit, *Doppo mezzo giorno*.
Pomētum, locus pomiferis arboribus consitus, sicut oliuetum. Sup. Pomarium, vbi seruantur.
Pomifer, poma ferens, *Che porta pomi*.
Pomifĕrat, poma fert. Sup.
Pomilio, pomilius, nanus homo, paruæ staturæ, *Nano*. Item, venditor pomorum, & custos. Cath. Vilis seruus.
Pomœrium, quasi post murum, locus circa muros ab humano cultu, & ædificijs purum solum habens, *Spatio frà la fossa, e il muro della città*.
Pomōna, pomorum Dea.
Pomōnal, locus in agro Sabino. Fest.
Pompa, solemnis apparatus in speciem triumphi cum ludis, & supplicationibus. Pompabiliter.
Pompa, missio, & deductio à certo loco ad certum, traductio solemnis, & pompæ ferculum, *Pompa*. Solemnis actio. Comitatus magnificentiæ causâ cum principe. Item, ostentatio. Lex. Phil.
Pompŭla, paruula pompa.
Pompæus, Mercurius dictus, qui à terrestribus ad cœlestia ducat.
Pompalla, sacra vasa ad pompam idonea. Item, sacrorum amicula. Poll.
Pompaticum, pompale, ad pompam spectans ostensionale. Tertul. Pompalior. Idem. Pompaticè. Sidon. Pompabiliter.
Pompa vtensilia, quæ ad lustrationes, & pompas spectant in pompis.
Pompeum, vas, quo vtuntur in pompis.
Pompare, pompas facere. Salmas. Pompo, as, superbio.
Pompator, qui aliquid superbè agit. Pompōsus. Cath.
Pomphi, tumores in cute, bullulæ liuidæ, ac tumentes. Hipp.

Amaltheæ Onomast. Pars Altera.

Pomphŏlyx, bulla nascens ex aquâ dum pluit. Item, bulla, à flatuoso spiritu excitata. Lex. m. Item, fuligo alba officinarum, æris, & caduiæ tauilla, *Tutia*. Iun.
Pompicus, cantus in pompâ. Poll. Pompicum, ad pompam spectans. Pompaticum.
Pompĭlus, piscis marini genus, Nautilus. Plin.
Pomponiana pyra, mammosa, *Grosse schiacciate*.
Pompōsum, pompam præseferens. Pompōsus. Pompicus, pompaticus. Pompōsè.
Pompulentus, pompâ plenus, vt corpulentus, corpore plenus. Cath. Pap. Pompulentius.
Pompus, dux itineris, *Guida*.
Pomum, omnis fructus arboreus sine molli corio, siue duro tegatur, etsi propriè quæ molli. Lex. Phil.
Pomum, notus fructus, *Pomo*. Pomus, arbor pomifera.
Pomosum, pomis plenum. Pomifĕrum, ferens poma, pomum cadimum, seu caducum: Calculosum, seu lapidosum. Decumanum, seu prægrande, *Molto grosso*: Fugax, breue, præcŏquum, seu, præcox. Serotinum: Vietum, putre, seu putrilaginosum; Vermiculans, seu vermiculosum. Iun.
Pomŭlum, paruum pomum, *Piccol pomo*.
Pondĕro, as, p. c. libro, æstimo, *Pesare, estimare*.
Ponderitas, grauitas. Acc. Non.
Ponderōsum quod est grauis ponderis, *Pesante*. Ponderōsus, cui humor viscerum in virilia labitur. Ponderositas. Cod. ll. antiq.
Pondo, indeclinabile, libra, as, solidum, seu eorum. L. I. C Vide. As, diuisum in X I I. vncias.
Pondus, eris, grauitas, libra. Item, pars genitalis; hinc, ponderosi. Hincm.
Pondus, quod in trutinâ ponitur, vt pendatur. 2. mensura grauitatis. 3. omnis grauitas, magnitudo, numerus. Item, embryon.
Pondusculum, paruum pondus. Cath. *Piccol peso*.
Ponè, post, retrò, iuxta, *A dietro, e doppo*.
Pone, prope, iuxta, & propter. Isid. Gloss. *Vicino*.
Poneria, vitæ conditio misera, *Vita infelice*.
Ponerolŏgus, improba loquens, *Chi parla vsa brutte*.
Ponerophilus, qui malorum amicorum commercio gaudet, *Chi pratica con i cattini*.
Poneropŏlis, improborum ciuitas condita à Philippo in Thraciâ quo pessimos ablegauit.
Ponēros, improbus, *Cattiuo*.
Ponēticum, ad laborandum aptum, *Faticabile*.
Ponimen, pomen, à pono, Salmas. Imponen, Impomentum.
Ponos, labor, & dolor, *Fatica*.

Pono, is, colloco, conſtituo, *Mettere*. Compõno, &c.

Pons, notæ ſignificationis, *Ponte*. Pons roboreus, ſublicius, verſatilis, Iun. vide

Pons, præter notam ſignificationem, erat menſula in Comitio anguſtiſſima, vbi ſuffragiorum erant tabellæ. Mendoça.

Pontaticum, vectigal quod in tranſitu pontis datur. Cod. ll. antiq.

Pontellus, id cui aliquid innititur. Cath. *Pontello*.

Pontica, gemma. Plin. Pontica nux, auellana.

Ponticũlus, paruus pons, *Ponticello*.

Ponticus, marinus, & è ponto, *Di mare*, auſterus.

Pontifex, Curio maximus. Pontificium, pontificale, ad Pontificem ſpectans. Pontificia, õrum, libri pontificij. Pontificatus, us, Pontificium, auctoritas Pontificum, dominium. Buleng.

Pontifico, as, pontem facio. Pontificor, aris, pontificatum gero. Cath.

Ponto, õnis. Vide Pontones.

Ponto, as, pontem facio. Cath. *Far ponte*.

Pontogephyra, pons conſtructus è pontonibus, *Ponte ſopra barche*.

Pontones, p.p. naues, quibus in traijciendis amnibus loco pontium vtimur. Paul.

Pontonium, nauigium piſcatorium, Iſid. *Barca di peſcatore*.

Pontoporus, pontigrãdus, qui mare traijcit.

Pontũlus, ponticulus, paruus pons. Cath. *Ponticello*.

Pontus, mare, *Mare*.

Popa, æ, qui victimas vendebat, cædebat, ligatáſve ad aras educebat. Item, guloſus, & pinguedo. Pap.

Popãlum, poculum Salmas, *Bicchiero*.

Popănum, p. c. placenta lata tenuis, rotunda in ſacrificijs.

Popăne, popina locus iuxta balnea.

Popare, creſcere. Pap.

Popax, popa, Supr. vide, Popa.

Popeanum, popeana, genus vnguenti, vel medicamenti: Popa enim pinguedo dicitur. Pap.

Popellus, paruus populus, *Popoletto*.

Popellus, plebs infima idiotarum. Caſaub.

Popi, quaſi Siopi, Dij omnia deſpicientes. diops, dux.

Popia, trulla quâ ſpuma defæcatur, Sup.

Popīna, æ, Thermopolium, locus vbi publicè obſonia, & delicatiores cibi conduntur, venduntur, *Taverna, cucina*, popina, meraria, cruſtaria, &c. Iſid. Gloſſ. Meraria, vbi merum. Cruſtaria, vbi cruſtum venditur.

Popinãle, ad popinam ſpectans.

Popinarius, popinator, popino, õnis, qui carnes aſſas, aut elixas obſoniaque venditat, *Cuoco*, *leccardo*.

Popinatio, helluatio, *Trangugiamento*. Gell.

Popinõnes, p. p. Tabernarij qui in popinis, & tabernis verſantur, helluantur, aut eas exercent. Popino, õnis.

Popinor, aris, helluor popinis indulgeo, *Dinorare*, *goleggiare*.

Popinula, parua popina. Lex. Phil.

Poples, tis, ancyle, pars oppoſita genu dicta, quod plicetur, & curuetur, *Garetto ſotto il ginocchio*.

Poplitmus, gemma. Pap.

Poplo, populo Acc. pro populor. antiq. *Saccheggiare*.

Poppeanum, vnguentum ex lacte aſinæ à Poppea inſtitutum ad cutis candorem. Lex. Phil.

Poppyſma, poppyſmus, voces blandimentum, quo equi demulcentur, cum tractantur, *Vezzi*.

Poppyſſo, as, labris compreſſis ſonum edo. Item, demulceo, blandè attrecto. Poppyzo, ſibilo, compreſſis labris ſonum edo.

Poppyzon, poppyſſator, demulcens, attrectans.

Popula, verruca eminens, *Punte eleuate*, melius, Papula.

Populabile, quod populari poteſt.

Populabundus, prædabundus, *Chi và ſaccheggiando i campi*.

Populago, tuſſilago, frutex. Iun.

Populacia, nugacia, puerilia. Non.

Popularia loca, vbi plebs ſedebat. Item, nugatoria, & ſacra omnium ciuium.

Populãre, amorem populi conciliare.

Populãres, eiuſdem populi Athenis ijdem qui Romæ tribules. Nann.

Popularis, e, ad populum pertinens, vulgare. Popularia ſacra, quæ omnes ciues faciunt. Populares, eiuſdem populi, *Paeſani*. Popularitas. Populi fugia, &c. Lex. Phil.

Populãritas, fauor populi. Populariter, vulgariter. Populãris, re, ad populum ſpectans, *Popolare*.

Populat, populatur, prædatur. Populatio, populatus, vs. Populator, populatrix.

Populatim per populos coaceruatim, *Per tutto il popolo*. Pompon.

Populitari, pro populari. Briſſon. Lex. I.C.

Populo, populor, vaſto immiſto populo, prædor.

Populor, ãris, prædor, *Saccheggiare*, *deſertare*.

Populoſitas, multitudo. Sidon. *Popolatione*.

Populõſum, plenum populis, *Popolato*.

Popŭlus, p.c. primâ longâ arbor nota, *Pioppo*. Populeus, populnus, populneus, ex populo, *Di pioppo*. Populetum, locus conſitus populis, *Pioppeto*. Populeum, medicamentum ex floribus populi confectum.

Po-

Populeus,a,um,populneus,populnus,ad populum arborem ſpectans.

Pŏpulus,p.c. vnius ciuitatis homines. Populi, vrbes. Seru. prima breui.

Por,puer;vnde. Marcipor,Marcipuer. Quintipor, Quinti puer,&c.

Pora mater,panacea,Supplem. antiq.

Porca, ſus fœmina. Item, quod in arando extat, quod defoſſum eſt. Auctor de Limit. Vnde, Imporcitor, qui porcas in agro facit arando. Feſt. Porca,eſt terra elata inter duos ſulcos;vnde, Imporcatum, ſemen quod in porcâ eſt ſatum. Iun. Item, Porca, pudendum muliebre. Turn.

Porcarium, porcīnum, quod ex porcâ eſt, *Di porco*.

Porcaſter, magnus porcus, *Porcaccio*.

Porcarius, porcularius, porculator, porcorum, cuſtos. *Porcaro*.

Porcellus, paruus porcus. Porcellus, lactens. Porcellus Indicus, cuniculi genus. Porcellus Troianus, fartilis in vtero habens animalia alia, vt ille armatos milites habuit. Iun.

Porco, es, prohibeo, antiq. Lucil. Porcēre, procul arcere. Porcet. prohibet. Non. vnde, porca agri.

Porcetra, porca quæ ſemel tantùm peperit. Scropha, quæ ſæpiùs peperit, *Scrofa*.

Porcellata,portulaca herba nota, *Porcacchia*.

Porcile, ara porcorum,luſtrum.

Porcinarium, locus, vbi porci aluntur. Lex. Phil. Gloſſ.

Porcītor,qui facit porcas. Imporcitor. Cath.

Porcinarius, ſuarius, qui carnes porcinas vendit, aut parat, *Venditor di carne di porco*.

Porcinum, quod ex porco eſt, *Di porco*.

Porciſtetum,locus, vbi porci ſtant,ſtabulum porcorum. Cath. *Stalla di porci*.

Porcipor,porci puer. Turn.

Porcos,rete,ſeu ſeptum,quo piſces capiuntur. Rh.

Porcŭla, parua porca. Cath. *Porchetta*.

Porculātor,qui curat lactentes porcellos.

Porculatio, nutricatio porcorum, & eorum cura. Colum.

Porculena, porcula, parua porca. Sociēna, ſocia. Plaut. Lex. Phil.

Porculētum, p. p. porca, terra editior inter duos ſulcos. Hermol. *Porca*.

Porcŭlum, machinæ genus apud Catonem, vbi prælum figitur.

Porcŭlus,porcellus,ſubrumus,lactens,galathenus, *Porcelletto di latte*.

Porcus, ſus domeſticus, pinguis, ſus, tam domeſticus,quàm ſylueſtris; vnde,Porcina caro.

Porcus, ſerarius, ſero nutritus. Nefrens, qui frendere fabam nequit. Saginatus, pinguis. Colluuiaris, colluuione nutritus, Iun. Porcus marinus, piſcis, *Bottaccio*. Porcus Troianus, farctus alijs animalibus, aut condimentis. Macr. Onom. med. Porcus, homo impurus.

Porci ſacres,puri & integri, quales immolabantur, à piacularibus, aut familia auctis.

Porgo,porigo, porrigo. Enn. Porgam, porrigam. Feſt. præbeo, porgere.

Porgŭla, pergula. Sæmas, *Pergola*, quaſi extra ſe porgat.

Pori, calli perduri, tumores in articulis. Item, meatus cutis per quos ſudor,& pili erumpunt. Apŏrus,meatum non habens.

Poria, profeſſio, vitæ inſtitutio, vel recta, vel praua.

Portaticum, tributum quod pro mercibus traijciendis perſoluebatur. L.g.b. Buleng.

Porigam,porrigam. Feſt. à porrigo.

Porio,id cuius ope,vel auxilio iter facimus. Item, commeatus datus ſenioribus pro legatione. Item,nauigium traijciendis militibus comparatum, *Naue da portar ſoldati*.

Poriſma, propoſitio conſecutionem neceſſariam habens ex probatis, & demonſtratis. Geometrica vox. Item, apertio, & illuminatio ſenſus. Cath.

Poriſma,conſectarium,proloquium ex antecedente aliquo conſequens, tanquam additamentum & corollarium. Lex.

Porizo, ex demonſtratio infero & aſtruo. Lex. Phil.

Pormina, fornicatio. Cath. Pornia, fortaſsè: vide.

Porna, fœmina corpus ſuum proſtituens, *Meretrice*. Pornus, ſcotator.

Pornia,fornicatio.Pornium,lupanar, *Bordello*.

Pornæ, ludi ſcenici, in quibus meretrices producebantur: Floria dicta.

Porniſterolūron, calcarium corrigia. L.g.b.

Pornoboſcus,qui meretrices alit.

Pornographia, de meretricibus tractatus.

Pornomānes, meretrices inſano amore proſequens, *Puttaniere*.

Porocēle, p. p. ramex calloſus, duratio ex apoſtemate facta circa ſcrotum, herniæ ſpecies, Poll. L.m.

Poromphalon, concretio tophi in vmbilico, Lex.med.

Poropœia,exiguorum meatuum ſtatus. L.m.

Poros, callus.

Porpax, anulus oſtij, clypei amentum, Ochanus, etiam dictus.

Porpe, fibula, bulla, monile. Tiraq.

Porpēma, indumentum fibulatum, *Veſte affibbiata*;

• Porphyra, p. c. purpura, pannus liquore purpuræ tinctus. Porphyris, dis, vestis purpurea, *Veste di porpora*.
• Porphyreus, purpurarius, *Porporaio*.
• Porphyreutica, scientia venandi purpuras.
• Porphyricum, ad purpuram pertinens, *Di porpora*.
• Porphyris, dis, vestis, purpurea, *Veste di porpora*.
• Porphyrion, auis purpurei rostri, porphyrio. Item, piscis genus, quasi purpureus.
• Porphyrites, p. p. porphyreticus, marmor rubens purpuræ in modum. Plin. *Porfido*.
• Porphyrium, purpurula. Rh. *Porpora piccola*.
• Porphyrobăphus, qui purpura tingit vestes, aut lanam, *Tintor di porpora*.
• Porphyrogennētes, in purpurâ genitus, patre Imperatore. Zona. Porphyra, domus Augustæ. Lex. Phil.
• Porphyropōla, qui purpuras vendit, *Chi vende porpora*.
• Porphyrus, p. c. serpens Indicus, capite candido, reliquo corpore purpureo sine dentibus. Ælian.
Porraceum, quod est porri, *Di porro*.
Porraceus color, viridis, *Verde al porro*.
Porrecta, à porricio. Vide. Vnde Prou. Inter cæsa & porrecta, id est, breui temporis articulo. Vide Adagiographum. Porrectim cadere, contra Volutim. Cerda.
Porrectio, extensio. Porrectus, extensus, *distesо*.
Porricida, cadens porros, prosocūris. Vide
Porriciæ, exta, quæ in aræ foco ponuntur, quòd Dij porriguntur. Turn.
Porricio, is, p. c porrò iacio, *Stender, porgere*. Fest. verbum solemne sacrificantium, qui soli hostias porricere, & ab ijs hostiæ porrici dicebantur, vt plurimum, ad mare pertinent. Pollucere, ad quæuis libamina. Cerda.
Porrigo, is, p. c. extendo, præbeo, *Porgere, stendere*. Vnde, porrectio, porrectum. Porgo.
Porrigo, p. p. nis, furfuratio, pityriasis, pityra, capitis cutis furfuraceis squamulis fœda, *Tigna*. Iun.
Porriginōsus, porrigine laborans, *Tignoso*.
Porrina, æ, locus consitus porris, *Porraio*, vt rapina, rapis; Napina, napis. Cato. Vide, porrum.
Porrina, genus oleris porracei, porrus, *Porrazzolo*. Lex. Phil.
Porrò, certè, postea, procul, valdè, *Certamente*.
Porrum, porrus, oleris genus, notum, *Porro*. Sectilis, sectiuus, capitatus, aricinus, Iun. Porrum ampeloprasum, sylueſtre, *Porrazzolo*. Porrina, locus porris consitus, vel porrorum multitudo in eodem loco. Item, genus oleris porracei. L. I. C. Porrūlum paruum porrum. Porrōsum, porris plenum. Porrarium, porrina, locus plenus porris. Porrata, cibus ex porris. Cath. Porricida, qui porros cædit. Onom.
• Porta aditus ciuitatis: Prætoria, in castris ex qua miles ad prelium educebatur. Portūla, dimin.
• Portacia, portulaca, *Porcacchia*. Supplem. antiq.
Portaria, vectigalia & mercedes datæ portitoribus. L. I. C. *Nolo*. Portarium, vectigal portæ.
• Portella, posticum, parua porta, *Portella*.
Portemia, nauicula. Isid. gloss.
Portendo, is, ante tendo, prædico, prænonstro, *Significar cosa à venire*.
Portensis, ianitor, *Portinaro*.
Portenta, nauicula. Glossæ. A. L.
Portentum, quod portendit, & prænonstrat aliquid futurum, *Prodigio, portento*.
Portentuōsum, portentōsum, portentificum, quod portentum facit, *Monstruoso*.
Porthmeus, portitor, qui traijcit viatores, transfretator, *Traghettatore, che traghetta*. Item, Charon.
Porthmis, porthmium, nauicula ad traijciendum viatores.
Porthmas, fretum, sinus, angustia maris, qui traijci potest nauicula, *Stretto di mare*. Isthmus, contra, terræ angustia.
Porti, portus. Turpil. antiq.
Porticatio, porticus; aut eius dispositio, *Porticato*. Item, quædam septa, quæ circa sepulchrum fiebant, Rebuf.
Porticus, p. c. notum, *Portico*, ambulacrum columnis fultum.
Porticulus, parua porticus, Varro. *Portichetto*.
Portio, ōnis, pars. Portiuncula, p. c. parua portio, particula, *Portioncella*.
Portionale, particulare: contra, Vniuersale. Tertul.
Portionarius, clericus recipiens portionem in Ecclesia collegiatâ, medius inter Canonicos, & Capellanos, qui vel Mansionarius, vel Tertianarius, vel Quartanarius, Barb.
Portisculus, paruus portus, & locus, vbi pausarius stabat in mediâ puppi. Item, ipsa pertica, & baculus celeustæ. Item, pergula celeustæ. Item, ipse celeustes, & signum ab eo datum. Lex. Phil.
Portisculus, p. c. baculus in manu nauclerî, quo remigibus dat signum. Item, hortator remigum cum manu tenens, *Comito*. Item, qui in portu modum dat classi, Fest. Gloss. Pausarius. Celeustes.
Portito, as, p. c. sæpè porto, *Portar spesso*.
Portitor, qui homines in vlteriorem ripam nauigio, vel ad nauem de litore transuehit, aut portat. Item, qui fructus pecuniarios ex portu conducit, & à venientibus exigit vectigal portitorium. Isid. Item, qui aliquid portat. Item, baculus lixarum. Isid. Gloss. Portorij exactor.

Por-

Portitores, p. p. telonarij qui portum obsident, omnia scrutantur, vt ex eo vectigal capiant, *Gabellieri*. Item, tabellarij. Sidon.

Porticorium, porticulum, baculus lixarum, quo scilicet aliquid portant. Gloss. Isid. Lex. Phil. Item, locus, vbi vectigal exigit publicanus, portitor. Idem

Portomorphus, imaginarius, qui imaginem fert. Gloss. g. b.

Portorium, vectigal non tantùm, quod in portu, sed quod in transitu pontis pro exportandis meretibus soluitur. Lex. I.C.

Portorium, merces, naulum; quod portionibus datur, *Nolo, paga, à porto*. Item, vectigal è mercaturâ, *Gabella*.

Porto, as, fero, *Portare*.

Portŭla, portella, porticula, parua porta, *Porticella*.

Portulāca, portulata, porcellana, porcillaca, herba, *Porcacchia*.

Portunalia, festa in honorem Palæmonis, dicti Portuni, Isthmia. Portumnalia, à Portumno. Fest.

Portunarius, qui portorium exigit. Cod. ll. antiq. Portanarius. Barb. *Portinaro*.

Portunus, quietus. Portunitas, quies: contra, Importunitas. Item, Portumnus, Palæmon, qui portubus præest. Lex. Phil.

Portuōsus, portibus plenus. Portuositas, portuōsè, Cath. contra, Importuosus. Portus, statio nauium. Portusculus.

Portus, locus, quò naues appellunt, vt merces importent, aut exportent. Lex. Phil.

Porus, callus perdurus, tuberculum in iuncturis. Item, meatus cutis, subtile foramen, vnde pili, & sudor exit. Portusculus, paruus portus.

Porxi, porrexi. Marul.

Pos, vnde composita; possum, impos, compos.

Pos, potius pontem significat, quam potentem, Varro. de L. L. Pos, odis pes. Pos, otis, potens, Compos.

Posca, pusca, vinum tenue in torculari aquatum. Lora, vel ex alijs. Oxycratum, potio ex aceto aquâ misto.

Poscenium, postscenium, locus postscenam. Proscenium, ante scenam. Turn. Vide, Postscenium.

Poscinumius, qui numos poscit: Poscinumia, meretricum: Negotinummia, aduentorum. Ap.

Posco, peto, *Dimandare*.

Poscolenta, poculenta, à posca dicta. Onom. m. *Cose da bere*.

Posessui, pro, posui. Inscr. vett.

Positio, partium situs: propositio, Thesis, suppositio, permanentia. Arist. Positio Logica, *Amalthea Onomast. Pars Altera*. est affirmatio, Grammaticæ concursus consonantium.

Positiones, ædificia. Item, theses. Isid. Gloss.

Positiuum, quod primo positum est.

Positiuum, ponendi vim habens, arbitrariuum, æstimatiuum, reale, fundamentale. Positiuus gradus in Grammaticâ opponitur comparatiuo. Vide. Lex. Phil.

Positor, oris, qui ponit.

Posiui, posui. Catull.

Positus, us, positura, æ, positio, situs, defunctus dicebatur. Positus, ante Nouendiale factum. Cerd. Item, nota quâ sensus in oratione distinguitur, thema. Lucr.

Possessio, vsus agri aut ædificij, non ipse fundus aut ager, qui dicitur fundus. Fest. Lex. I.C.

Possessio fiduciaria, tradita eâ conditione, vt restituatur.

Possessionatus, habens bona solo. A. Bonf.

Possessione capere, vsucapere. Lex. I.C.

Possessio, recedit, vt quisque constituit se nolle possidere. Dominum manet nihilominus, qui dominus esse non vult. Lex. I.C.

Possessiones, agri latè patentes, publici priuatique.

Possessiuncula, parua possessio, *Possessioncella, piccola heredità*.

Possessiuum, quod possidetur, ius possessorium, possidendi.

Possessor, qui rem possidet, & proprietatem habet, non verò qui tantùm vsumfructum. Lex. I. C.

Possestrix, quæ possidet. Afran. Possessor, qui possidet. *Possessore*.

Possetur, poset. Quadrig. Antiquar.

Possibile, quod fieri potest.

Possideo, habeo, *Possedere*: quasi posse sedere. Polliceri, posse liceri. Polluere, posse luere, *Lauare*, Alc.

Possidet, qui obtinet animo, & potestate domini. Tenet, verò etiam inuitus, & seruus alienum, & peculium. Tenemus, naturali possessione: habemus, & possidemus, ciuili. Lex. I. C.

Possum, vălco, *Potere*, vim habeo, & ius.

Post, postea, posterus, posterior, postremus, postremissimus, postremò, &c.

Posta, posita per syncopen.

Postæ, quasi positæ stationes equorum cursualium, *Poste*. Buleng.

Ponstante, inante, antiq. postea, antea.

Postcœnium, comessatio, cibus, potusque sumptus post cœnam. Stuch.

Postēla, postilena: Antēla, antilena, vide suis locis.

Posterare, differre. Pallad. N. Ang. Posteritas.

Posteraſtinat, differt. Pap.

Posſido, p. p. is, Obsido, is, qui posſidet, obsidet pro posſideo, obsideo, Lucr. posſideo, ęs, teneo, *Possedere*.

Posterdie, posstridie, Fest. Posstridie, hodie. Isid. Gloss.

Postergo, as, posthabeo, *Gettarsi dietro alle spalle*, reijcio. A Boni.

Posteriora, podex, & quæ retro sunt, *Parti dietro*.

Posteriores, qui vltra trinepotem sunt, in infinitum. Lex. I. C.

Posterŭla, postica, porta, posterior, *Posterla*. Salmas. Vide, Posticum. Item, portula, magnis portis adiacens. Salm.

Postĕrus, qui alium sequitur. Postĕri, minores. Postrēmus, vltimus. Postremissimus. Postĕro, as, postremum facio. Pallad. Posterissimum. Gell. Posterrimè, postremè. Scal. Posteritas, filij, nepotes, & alij sequentes.

Posterus dies, qui non crastinus, sed vltra eum. Posterum, indefinitum. Crastinum, definitum. Lex. Phil.

Posterior de duobus. Postremus de multis.

Postes, antæ, antepagmenta, parastades, arrectaria, in ædificijs latera ostiorum ex lapide lignove, *Balestrate, ò spallette della porta*.

Postfactum, quod post est actum. Paul.

Postfuit, posthabitum est. Scal. Bud.

Postfĕro, postpono, *Posporre*.

Postgeniti, posteri, *Descendenti*.

Posthabēre, postponere, *posporre*.

Posthac, posthinc, deinceps, *Dopoi*.

Postheri, hodie. Postpridianus, hodiernus. Lex. Phil.

Posthumare, alicui esse posteriorem. Tertul.

Posthūmus, posthumatum patrem natus. Posthumæ rationes, post mortem redditæ. Bud.

Posthia, crithæ, abscessus exiguus iuxta palpebræ cilium. L. m.

Postibi, postea. Interibi, interea. Inibi, ibidem. Plaut. Lex. Phil.

Postica, pars sinistra. Antica, dextera. Item, postica, pars cœli septentrionalis. Antica, meridionalis. Lex. Phil.

Postica, æ, posticum, pseudothyrum, ostium in posteriore parte ædium, *Porta dietro*. Antica, in anteriore. Posticulum, dimin. Posticula, posterŭla, *Porticella dietro la casa*.

Postica, linea, in agris ab Oriente in Occidentem. Fest. Posticus, a, um, à posteriori.

Posticæ, interiores templorum fores. Anticæ, anteriores.

Postico recedit, qui nobis inscijs furtim abit, *Partirsi senza lasciarsi vedere*.

Posticum, p. p. ostium in posteriori parte domus, *Porta dietro*. Posticus, a, um, qui post est.

Posticŭlum, parvus postis. Cath. Posticŭlus. Postellus. Posterŭla.

Posticus, qui post nos est: Anticus, ante. Postica, sinistra; Antica, dextra. Septentrio; postica; Meridies, antica pars Cœli.

Postidea, postid. & postea. Plaut.

Postifices, iudices. Isid. Gloss.

Postilena, p. p. incurvum lignum, seu crassum lorum sub iumenti caudâ positum, *Groppiera*. Ancilena verò, *Petrorale*.

Postilla, vtrea est illa, ita postilla, est postea. Lex. Phil.

Postilla, commentarius in textus sacrorum Librorum inde vox orta, quod expositio est, post illa, scilicet verba, quæ fundamenti vice ponuntur. Barb. Lex. Phil.

Postilla, postea, *Dopoi*. Item, Scholium. Barb.

Postisĕcus, post, deinde, *Dopoi*.

Postitio, postulatio. Isid. Gloss.

Postinde, postea. Sup.

Postis, postes. Vide

Postis, Mancum, ianua Manalis, Orci ostium.

Postliminium, postlimen. Sup. est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum reducendæ, contra, Iliminium.

Postliminium, reuersio post limen, vnde quis elatus fingebatur. Item, reuersio in genere. Item, ius reuersionis ad recuperandam rem amissam.

Postliminio receptus, qui extra Prouinciæ terminos captus ad propria reuertitur, Antiquar. vel iam defletus tanquam mortuus, redit ad suos.

Postmitto, posthabeo, negligo, *Posporre*.

Postmŏdum, postmŏdò, postea, postremò, *Dopoi, finalmente*.

Postmurium, insertorium. Isid. Gloss. Pomœrium, vide.

Postŏmis, frænum quod equino rictui injicitur ad cohibendam eius durtiam, *Morso, moraglia*.

Postpartores, successores, & hæredes post nos succedentes, Plaut. Truc.

Postridie, hodie. Isid. Gloss. alterâ die post tertiam. Cath.

Postprincipia, progressus, qui principia subsequitur in tuto. Varro.

Postputo, posthabeo. Fer. Lex. Phil.

Postquam, postea quam, *Poiche*.

Postremissimus, postremus. Tertull.

Postrēmo, postremè, postremitas: postremius, magis postremum. Tertul. Apul.

Postridie, postero die, *Il giorno doppo*.

Postriduanus dies, infaustus, ominosus. Rh.

Postridie, postriduo, postero die, *Il giorno doppo*. Item, post tres dies.

Po-

Postropœa, conuersio, quando ad diuersas personas verba conuertimus.

Postscenium, locus post scenam: contra, Proscenium, locus ante scenam.

Postscenia, actiones, quas homines celant. Postcenia, omnia illa, quæ antiquæ dum se fucant, & ornant, faciunt intus, quasi post scenam, remotis arbitris. Lex. Phil.

Postsidero, as. Vide Præsidere.

Postuenio, venio post. *Venir doppo*.

Postsignani, scutati milites, & grauioris armaturæ, inter quos veluti principes Triarij elucescebant. Vvolf.

Postulare, petere, vt sibi liceat lege aliquâ publicorum iudiciorum quempiam interrogare. Postulare capitis, reum facere criminis capitalis. Lex. I. C.

Postularia, postulatoria, fulgura, ostenta, significantia neglecta vota, & sacra spreta: vnde, Postulationes, petitiones. Postulatitium, postulatorium, quod postulatur, *Domanda*.

Postulata, petitiones apud Mathematicos, & alios. Ætemata.

Postulatio, actus postulantes. Item, querela de eo qui peccauit, apud alterum: expostulatio aduersus eum quem incusamus. Item, alicuius personæ ad dignitatem, vel societatem fraternam canonica facta vocatio. L. I. C.

Postulatitij gladiatores, qui postulante populo præter ordinarios exhibebantur. Rh.

Postulio, postilio, postulatio. Suppl. antiq.

Postulationes, factæ ob monstrum, prodigium aut errorem in ceremonijs, sacrificijs, &c. vnde Dij postulare videntur.

Postulo, as, instanter peto, *Domandar con istanza*. Postulatur, honestè. Poscitur, improbè.

Postumus, extumus, citumus, post, extra, citra, quasi postremo loco. Posthumus, verò post humatum patrem natus. Postumare, esse ordine postremo. Contra, anticipare, Tertul. Cerda.

Postuorta, Dea, quæ ventura prospicit. Anteuorta, præterita. Posuerta & Prosa, Deæ cultæ ad commodum, & non peruersum partum habendum. Gell. Macr.

Potacula, compotationes. Tertull. *Sbeuazzamenti*.

Potager, podager, Salmas. *Podagroso*.

Potamautis, herba quâ potâ homines fiunt lymphatici. Plin.

Potamogiton, fontinalis herba, lata, sub vndis nascens, innatans paludi. H. p. quasi fluuio vicina.

Potamophorētus, qui flumine rapitur, *Chi è portato via dal fiume*.

Potaria, potoria. Salmas, *Vasi da bere*.

Poto, as, bibo, *Bere*. Potatio, potus, us, bibendi actus, *Il bere*. Potare, est luxurie. Bibere, naturę.

Potor, potator, qui potationibus indulget, *Gran beuitore*. Potatrix. Potatricula. Potricula.

Potax, b bax. Sup. *Beuane*.

Pote, possibile. Item, particula expletiua, vtpote.

Poteaculum, puteaculum, à puteo. Lex. Phil.

Potens, qui potest, potentia, potenter.

Potentare, dominium exercere. Lucifer.

Potentatus, us, principatus, potentia, potenter, potentia.

Potentilla, herba palustris. H. p.

Potentiores, nobiles potestate & opibus præditi. L. I. C.

Poteratur, poterat. Cœl.

Poterio, herba, frutex spinosus, nernas, phrynum. H. p.

Poteriotheca, poculorum theca. Gloss. Lex. Phil.

Poterium, potorium poculum, *Bicchiero, vaso da bere*. Item, frutex spinis horridus.

Potes, Dij potentes.

Potestam, potestatem: antiq.

Potestas, potentia, *Potestà*. Item, magistratus ciuilis. Vide, Imperium.

Potestates, qui in dignitate constituti. Potestates castrenses, Vvolf. Item, angelorum ordo.

Potestatiuus, in potestate constitutus. Lex. Phil.

Potestatus, potestas. Prætor. Codin. *Potestà*.

Potessim, possim. Potessem, possem. Lucr. Potesse, potis esse, posse. Lucr.

Potestur, potest. Lucr. *Si può*.

Pothen, vnde; Græcum. Lex. Phil.

Pothos, floris genus, quo sepulchra ornata. Th. Desiderium.

Potibasis, panis hordeaceus, triticeus assus. Athen. Buleng.

Poti, potiri. Pacu.

Potin, potisne? potis est, potest. Pote, potest. Ter.

Potina. Dea, præses puerorum. Potica, potionis.

Potio, onis, potatio, potus, *Beuanda*. Potio vincea, laqueus. Plaut.

Potio, is, potem, seu compotem facio, inusit. Plaut. Lex.

Potiono, as, potionor, do potum. Potionatur, cui potio, seu philtrum præbetur.

Potionātus, us, potio, *Beuanda*.

Potior, iris, fruor, *Impadronirsi*. Potis fio, consequor.

Potirium, medicina. Poterium, poculum, Gono. *Bicchiero*.

Potis est, potest. Pote, potes. Potis, potens, possibilis. Pote, possibile.

Potisset, potuisset. Potisse, potuisse. Lucil.

Potissum, possum. Enn. Lucr. Lipsi.

Potistrides, potoria vascula. Gesn.

Potitius, stultus. Plaut. Fest.

Potito, ſæpè poto, *Bener ſouente*.
Potitor, qui potitur, compos. Plaut.
Potiuncula, parua potio, *Beuandina*.
Potiuit, potitus eſt, compotem fecit. Plaut.
Potiundum, fruendum. Pap.
Potius, potiori ratione, *Più toſto*.
Potniades, quadrigæ, *Carrozze*.
Poto, as, bibo, *Bere*.
Potomium, nauigium fluuiale tardum. Cath. Pap.
Potorium, ad bibendum aptum, *Da bere*.
Potrix, potatrix, quæ potat. Potatricula, potricula. Cath. *Beuitrice*.
Potulentus, poculentus, potui, & poculis deditus, *Imbriaco, inclinato al bere*.
Potura, potatio, à potu. Varro. *Beuimento*.
Potus, a, um, ebrius. Potus, us, potio, potatio, *Beuimento*.

P R

Practicè, practica, ars agendi, & quæ in actione verſatur, *Pratica*.
Practicus, agendo aptus, & in agendo poſitus, *Practico*, actuarius, efficax, agilis.
Practores, exactores tributorum, Suid. *Eſſattori*.
Præ, ante. Præ manu, ad manum.
Præ, ante, loci, & temporis.
Præaccipio, ante accipio, *Antìcipare*.
Præacūtum, valdè acutum. Præacuo, prius acuo, *Aguzzare prima*.
Prædificātum, quod ex priuato in publicum ceſsit ſolum. Feſt.
Præambŭlo, ōnis, amteambŭlo. Bleſen. *Palafreniero*.
Præambŭlo, as, ante ambulo, *Paſſeggiare auanti*.
Prædituus, ante auditus, *Vdito auanti*.
Præbenda, fructuum perceptio, à Canonicatu ſeiuncta, & ſi Eccleſiaſtica, non tamen pro diuino officio, ſed pro labore datur, *Prebenda*.
Præbendatus, præbenda ornatus. Barboſ. Præbenda eſt ſpirituale ius recipiendi certos prouentus in Eccleſia competentes ex diuino officio, cui præbendatus deſeruit.
Præbendicŭla, præbendŭla, parua præbenda.
Præbenda, orum, ligna, ſal, & quæ Parochi, & Copiarij publicè miſſis exhibebant.
Præbendarius, præbens auxilium. Iſid. Gloſs. Itē, qui dat, aut recipit præbendam. Cath.
Præbeo, ex, exhibeo, *Dare, porgere*.
Præbia, amuleta, & remedia collo pueri adpenſa, ad prohibendum faſcinum. Varro.
Præbibo, is, p. c. ante bibo, *Far brindiſi*.
Præbitĕre, perimere. Plaut. Item, præterire. Idem.
Præbitio, exhibitio, & cum conuiuium publicè præbetur. Præbitor, qui præbet, dator, *Datore*.
Præcaluus, caluus in anteriore capitis parte, *Caluo dauanti*.

Præcantrix, præcantatrix, ſaga, venefica, *Incantatrice*. Præcantator.
Præcantatio, incantatio, *Incantamento*.
Præcanus, p. p. ante annos iuſtos canos, *Canuto auanti tempo*.
Præcanto, præoccupo incantamentis; vnde, præcantator, Præcantatrix.
Præcaria, contractus, quando fit conceſſio rei immobilis pro annua penſione de quinquennio in quinquennium renouanda. Lex. I. C.
Præcapio, ante capio. Cath. *Pigliar auanti*.
Præcautor, qui ante cauet.
Præcaueo, es, ante caueo, *Preueder qualche coſa*.
Præcautus, ante cautus.
Præcedo, præcurro, *Paſſar auanti*.
Præcello, ante co, ſupero, *Eſſer più eccellente*.
Præcelſus, valdè excelſus, *Molto alto*.
Præcen, præcentor. Feſt.
Præcentio, præludium, modulatio vocum ante initium cantus fieri ſolita, *Principio di canto*.
Præcentor, qui præit præcinendo, quaſi viam monſtrando, *Intuonatore*.
Præcentoria tibia, quæ præcinebat ad Deorum puluinaria. Iun. dicta etiam Incentiua, Dextra. Spondaica, Salm.
Præcentrix, quæ cantu præit, *Intuonatrice*.
Præceps, præcipitoſus, præruptus, *Scoſceſo*.
Præceptat, in Saliari carmine, ſæpè præcipit. F.
Præceps, præcipes, qui prono capite fertur, quaſi præ capite, præeunte capite. Item, pronus corpore, procliuis animo, & qui intempeſtiuè feſtinat. Lex. Phil.
Præcepſit, præceperit. antiq.
Præceptio, ante captio, præſumptio.
Præcepto, as, frequenter præcipio. Feſt. *Comandar ſpeſſo*. Præcipio, præceptum do.
Præceptor, qui præcipit, *Maeſtro*. Præceptrix, *Maeſtra*.
Præceptum, præceptio, ante captum. Item, mandatum, *Comandamento, precetto*.
Præceptum, quod præcipitur, aut vetatur, aut docetur, vt eſt regula alicuius diſciplinę. Item, in ll. vett. eſt inſtrumentum, aut priuilegium, quo aliquid iubetur, aut prohibetur. Lex. Phil.
Præcerpo, ante carpo, *Sfiorare, coglier auanti*.
Præcertatio, futurę pugnę præludium, *Scaramuccia*.
Præcido, is, p. p. ante cędo, *Tagliare in cima*.
Præciæ, exclamationes eorum, qui Flamines antecedebant, vt operarij ab operibus deſiſterent, ne ſacra contaminarentur. Feſt. Item, Præciæ, præclamatores, metatores. Præcire, præclamare. Idem, Præclamitatores.

Præ-

Præcidaneum, præcidarium, quod primo cæditur ante sacrum, quod nisi litabat, succidaneum succedebat, Cato. vnde, hostia præcidanea: ante cæsa, succidanea, secundo cæsa.

Præcidi, auersè stuprari, in obscœnis. Palm. Item, cædi.

Præcido, p.p.ante cædo, immolo. Fest.Præcidere, signanter, & præcisè desumere vtrum magis probes. Lex.I.C.

Præcincti, milites. Salmas. Præcingo, is, ante cingo.

Præcinthiones balthei, diazomata, graduum interualla per gradum latiorem, *Cinta, piazzetta*. Vitr.

Præcinctorium, castula. Vide

Præcinctura, cinctus.

Proſopolepſia, acceptio perſonarum. Proſopoleptes, acceptor perſonarum.
Proſopopœia, perſonæ fictio, figura cum perſonæ fictæ inducuntur. Proſopon, apoſtrophe.
Proſōpum, facies hominis. Protome, animalium. Rh.
Proſopium, perſona, larua, *Maſchera*.
Proſoputta, vas æneum, echino perſimile, habens in oris ambitu leonem, aut bouem. Rh.
Proſper, ſecundus, felix. Proſperitas, felicitas. Proſperè.
Proſpecto, as, procul foras ſpecto. Proſpecŭlor, procul ſpeculor. Proſpectus, us. Proſpectè.
Proſpectus, è ſuperiori, & inferiori loco dicitur. Lumen, verò tantùm è ſuperiore loco, Duaren.
Proſpegma, affixum. Item, pars nauis quædam.
Proſperari, ad meliora proficere. Pap.
Proſpĕro, as, p. c. ſecundo, proſperum efficio, *Proſperare*.
Proſpergo, aſpergo, *Spargere*.
Proſperrimè: proſperatus, exoratus, Prud. Proſperè, *Proſperamente*.
Proſpĕrus, proſper, qui dat proſperitatem.
Proſpex, qui proſpicit, Tertul.
Proſpheromĕna, quæ intro in corpus ſumuntur, vt cibus, & potus. Lex. med.
Proſphonarium, ſiſcella, ſportula. Lex. g. b.
Proſphomēna, allocutio, compellatio, exclamatio. Proſphoneticè, exclamatoriè. Pap.

Prosphonetica, allocutoria, appellatiua.
Prosphora, oblatio, tales erant quatuor Liturgiæ Chrysostomi.
Prosphthenteria, dona quæ sponsus pro ablatâ virginitate sponsæ donabat.
Prospica, & Despica, intenta, & contempla. Næu.
Prospicès, prospicè, *Cautamente*. Prospicienter. Fest.
Prospicio, è longinquo aspicio, *Preuedere, antivedere*.
Prospicuus, conspicuus, intentus, vigil. *Vigilante*.
Prospiro, p.p. spiritum longè, lateque diffundo.
Prosporismus, peculium, quod per eos acquiritur, qui in nostrâ sunt potestate.
Prostas, porticus, vestibulum.
Prostaxis, iussio, figura, cum sententia imperandi modo effertur.
Prostagma, prostaxis, edictum, iussio, præscriptum, *Editto, comandamento*.
Prostasia, præfectura, imperium.
Prostătis, cum quis pro altero se liti opponit. Patronia. Item, extensio. Gorr.
Prostatæ, vide. Proxenij.
Prostaterius, præses Apollo, sic dictus in vestibulo ædium cultus, Turn. Prostaterius, mensis quo Pithœgia celebrata, cum dolia relinebantur.
Prostătes, præses, adiutor in bello, vicarius. Item, qui præest cornui. At qui subest; Parastătes.
Prostatica persona, principalis, seu primarum partium in Comœdiâ. Protactica, Scal. Vide
Prostegium, prominentia tecti.
Prostĕga, domus pars eminentior, *Altana, terrazza*.
Prosternidia, ornamenta pendentia à collo equorum. Promotipidia, à fronte. Parotia, ab auribus. Pareia, à maxillis. Parapleuridia, à lateribus. Parameridia, à femoribus, coxalia dicta. Paracnemidia, à tibijs. Rh.
Prosterno, is, in terram proijcio, *Atterrare*.
Prostethsis, pars carnosa, quæ in manuum & pedum cauâ parte attollitur. L.m.
Prosteuctica, deprecatoria. L. Proseu.
Prostaphærĕsis, æquatio motus.
Prosthĕsis, prothĕsis, fig. cum in principio verbi additur, vt; gnatus, pro, natus: contra, Aphærĕsis. Item, additio, appositio.
Prostheta, pharmaca topica quibuscumque partibus dolentibus adhiberi solita. Gorr.
Prosthij, pedes anteriores equorum. Opisthij, posteriores. Rh.
Prostibŭla, meretrix nequior, interdiù etiam prostans: Meretrix, verò noctu solùm. Prostibŭlus, homo. Prostibulata, prostibula, mulier meretrix, *Meretrice*. Tertul. Prostibilis.
Prostibŭlum, lupanar, locus meretricum, *Bordello*. Item, scortum.
Prostimenta, præfinita quædam aduersus iuris violatores: sicut, Epobelia. Rh.
Prostituo, prosto, pudicitiam venalem habeo, publicè statuo.
Prostitūtum, quod venale proponitur, *Esposto in publico*; vnde. Prostituta mulier, meretrix, dicta, *Meretrice*.
Prosto, as, à longè sto, pro pretio sto, seu viuo.
Prostant, quæ meretricantur, & pudicitiam habent venalem.
Prostŏmis, vide, Postŏmis.
Prostomium, labrorum mutuus concursus. Rh. Onom. med.
Prostoum, locus ante porticum, Propyleum, vestibulum, *Piazzetta*.
Prostro, prostrare, diluere, in planum reddere.
Prostrales, prosternales, prostrati psalmi dicti, qui post vesperas canebantur à senibus procumbentibus, & pueris prostratis in pauimento. Nouar. Sched.
Prostrati, iacentes melius. Prosterno.
Prostrŏpæ, preces supplices, *Suppliche*.
Prostropæus, Deus ad quem supplices conuertuntur.
Prostylus, ab anteriore parte columnas habens, seu ab vnâ parte porticum. Amphiprostylus, ab vtraque parte columnatus. Vitr.
Prosubigo, is, p. c. suffodio ante pedes.
Prosubulæ, adminicula. Iun.
Prosŭla, parua prosa. Cath. *Profetta*.
Prosum, es, iuuo, *Giouare*.
Prosum, procellosum, flustra, leuiores fluctus, malacia. Tertul.
Prosum, prorsum, prorsus: Rusum, iusum, rursus, sursus. Prosus, rectus: Susus, deosus, sursum, deorsum. Palm. Prosus, prosum, adu. recta.
Prosumia, genus nauigij speculatorij, parui, Cæcil. Gell. Bayf. Protumia, pro Portumia.
Prosuperare, superabundare. Sipont.
Prosus, a, um, rectus, erectus. Prorsus. Passer.
Prosynapantesis, occursus fig. cum duobus nominibus positis iterum ad eadem fit recursus.
Protædæ, faculæ de ligno pineo. Pap. *Facelle di pino*.
Protactica persona, prostatica, quæ tantùm in protasi loquitur, & extra argumentum ad argumentum exponendum, seu quæ in primo actu, nec amplius apparet. Scal.
Protactus, in priori acie collocatus, & pugnans.
Protaxis, collocatio aciei in primâ fronte, *Vanguardia*.
Protagonistes, qui primas agit partes fabulæ in scenâ, *Primo recitante*;

Pro-

Protalogator, magister cursus publici. Catacuz. Alögon, iumentum. Megaloalogitæ, magnis equis vtens. Buleng.

Protapostolarius, qui publicè Apostolum legit. Codin.

Protăsis, p. c. propositio in vnam tantùm partem prolata, *Propositione*. Problema, in vtramque. Antiprotasis, oppolita propositio. Protalis, etiam initium fabulæ, seu dramatis, & actus primus.

Protaticum ad protasim pertinens. Protatica persona, quæ tantùm loquitur in protasi, seu primo actu. Lex. Phil.

Protaueltiarius, qui præest vestibus regis, cubicularius. Cedren.

Protecdicus, qui susciput captiuos, & Iudex causarum criminalium. Codin.

Protecta, proiecta, partes domus prominentes, vt mœniana, podia pensilia, *Sporti, portichetti*. Protectum, quod proijcitur ad tegendum. Proiectum, ad alium vsum. Lex. I. C.

Protector, qui protegit. Protectio, patrocinium. Protectores, Domestici custodes corporis principis. Buleng. Doryphori, Somatophylaces, Spatharij.

Protegere, tectum proijcere; vnde, protecta. Vide

Protego, p. c. tegendo tueor, *Protegere*.

Protelăre, longè propellere, percutere, perturbare. Sisen. excludere. Turpil.

Protelat, differt, prorogat. Vlpian.

Protelia, p. p. dona ante nuptias, vel propter nuptias: sacrificium pridianum: sacra initiatiua nuptiarum, dicta etiam, Progamia, Poll. Isid. Glossi. Vide

Protelij, euche, preces, quæ cum sacrificijs peragebantur ante nuptias apud Atticos. Item, quælibet precationes factæ, ante sacrorum, & ceremoniarum tractationem.

Protelium, omne primordium rei diuinæ faciendæ.

Protēlum iugis quippiam agendi tenor, impulsus, continua certatio. Lucil. Protēlo, ducere, actum continuare.

Protēlo, p. p. as, protraho, præuenio, exagito, longè propello. Sisen. Tertull. *Tener lontano, prolungare*.

Protememisma, loca ante fanum. Rh.

Protempto, prætento. Sup.

Protendo, vltra tendo, porrigo, *Porger innanzi*. Protentus, extensus, *Disteso*.

Protēnis, protinam, protinus, statim, *Di subito*. Afran. Plaut.

Protenus, p. c. porrò tenus: longè à finibus deinceps. Non. protinus. Aldus. *Lontano*.

Protera, priora. Pap.

Protermino, as, fines propago, extendo. Sidon. Apul. *Allungare il termine*.

Protēro, is, pedibus tero. Pap. *Calpestare*.

Proterreo, es, à longè terreo, *Spauentare*.

Proteron, ante. Pap. *Auanti*.

Proterotes, qui primus arat, *Primo arratore*.

Proteruia, propter viam. Vide

Proteruio, is, lasciuio, petulanter ago. Proteruia, proteruitas petulantia, *Insolenza*. Proteruus, petulans. Proteruiter, proteruè, petulanter, *Fieramente*. Proteruicax, quasi proteruus, & peruicax.

Proteruus, qui circa libidinem temperare non potest.

Proterbus, Glossi. Lex. Phil.

Protestari, palam testari. Vlpian. Protestatio, iuramentum, quo accusator testatur se vera dicere. Contrateſtatio, cum reus contra iurat, se non deliquisse. Contestatio, vtrumque amborum iuramentum. Deieratio, cum quis ad munus publicum lectus impotentiam iurat. Detestatio, contradictio deierantium. Poll. *Protesto*.

Protheles, qui primos pubertatis annos attigit, primo pubescens, *Chi è nel fior dell'età*.

Protheoria, præmeditatio, præuia cognitio. Argumentum, primo præfixum declamationibus. Protheoria categoriarum, Anteprædicamenta.

Prothema, edictum publicè, tabula aliqua præpositum, *Editto*.

Protherapia, cataſceue, præparatio, *Preparatione*.

Prothĕsis, præpositio, præmissum. Item, altariolum, à læuâ altaris, vbi sacerdos sacra parat.

Prothesinia, dies præscriptus, ad quem ius alicuius durat.

Prothochium, Xenodochium. Cath. *Spedale*. L. Ptoch.

Prothologia, subtilis elocutio, Cath.

Prothyma, atis, sacrificij præludium, vaporatio thuris, siliginis, hordei, aliarumque primitiarum, quæ ante sacrificium fieri solebat.

Prothymata, primitiæ sacrificij, res, quæ ante sacrificium offeruntur, vt thus, hordeum. Suid.

Prothymè, hilariter. Plaut. *Allegramente*.

Prothymia, animi alacritas, promptitudo, *Prontezza*. Plaut. Prothymum, promptum, alacre.

Prothymus, animum alacrem habens, *Pronto*.

Prothypnion, prima noctis vigilia, primi somni tempus, *Sul primo sonno*.

Prothyra, Diathyra, repagula lignea, quibus arcentur equi, aut currus ab ædium vestibulis. Vitr. Phulan. Lex. Phil.

Prothyrum, vestibulum domus, & quod est ante ianuam: Diathyrum. Propylæum, vestibulum vrbis, *Piazzetta dauanti*, vel templi, vel regiæ.

Protichisma, antemurale.

Protictores, stipatores Imperatoris. Lex. g. b. *Alabardieri*.

Protimesis, æstimatio præ alio: prælatio, & prærogatiua. Feudistis dicta prioritas graduum. Lex. Phil.

Protimesis, ipsa actio pluris æstimandi, fig.

Protimus, maiore honore dignus.

Protinam, protinus, protenis, protenus, statim, longè, porrò, directè, *Di subito*, in anteriorem partem. Item, in tempus quod ante est, quod instat, statim vt, illicò, deinceps.

Protoasecretis, primus secretarius. Codin. *Primo segretario*.

Protoapostolarius, Doctor primus in Ecclesiâ Orientali, populo Apostolorum scripta exponens, & prophetas. Codin.

Protobathros, qui in eminentissimo loco sedet.

Protocancellarius, primus cancellarius. Lex. g. b. *Primo cancelliere*.

Protocanonarches, primus præfectus canonum. Codin. Lex. g. b. Canonarcha, canonas & odas cantandas incipiens.

Protocarăbus, primus gubernator nauis. Item, nauigij genus. Const. Lex. g. b. Buleng.

Protocentarchus, primus centurio, quem primum vocabant. Vicarius qui secundus. Lex. g. b.

Protocerius, primicerius, primæ ceræ dignitas, *Primicerio*.

Prothochŏrus, princeps chori, vel primus chorus. Athen.

Protocollum, protocolum, p. p. prima concinnatio, & primum notariorum exemplar succinctè notatum, vt inde extendi possit, *Protocollo, scartafaccio*: contra Eschatocollum, vltima.

Protocōlum, fastigium chartæ. Eschatocolon, imum. Cola sunt partes agglutinatæ in chartâ. Vide. Lex. Phil. Scal.

Protolephthes, primarius fur, qui diu furta exercuit, *Ladro vecchio*.

Protocomites, principes pagi. Pallad. *Conti*.

Protocos, qui semel tantùm peperit.

Protocursor, præfectus cursorum. Lex. g. b. *Mastro della posta*.

Protocynēgus, canum venaticorum præfectus. Item, præfectus venatorum principis, *Capocaccia*. Buleng.

Protogala, lac statim à partu mulctum. Colostrum. Vide. Gorr.

Protogānes, qui est primi generis à quo generis initium ducitur. Antochthones, Aborigines.

Protogĕrus, dignitatis Ecclesiasticæ nomen. Lex. g. b.

Protogeustes, prototeutha, prægustator. Rhet. *Assaggiatore*.

Protognōmon, qui primus sententiam dicit, *Chi primo dice il suo parere*.

Protogonus, p. c. primogenitus. Tertul. *Primogenito*. Protogonia, prima generatio.

Protoierarchārius, venationis Imperatoris præfectus, accipitrarijs ferentibus aues. Codin. Buleng.

Protolia, primitiæ frugum, prima spolia. *Primitie*.

Protollo, differo. Protolli, prorogari. Gell. Plaut.

Protolochia, ordo primipilarium.

Protologia, primæ partes dicendi, primus sermo.

Protologium, alloquium primum.

Protŏma, thorax, thoracides, effigies, seu imago hominis vmbilico tenus. Clypei. Vide, Thorax.

Protŏmæ, facies animantium ratione carentium. Item, imagines Heroum, Cæsarum, &c. in orbe æneo, aureo, argenteo collo tenus expressæ. Buleng.

Protomæstor, artifex mechanicus. Buleng.

Protomandator, primus mandatorum, Cedren.

Protomartyr, primus testis, primus martyr, vt D. Stephanus, *Primo martire*.

Protomastor, protomastros, protomæstor, primus magister. Gloss. g. b. *Primo maestro*. Buleng.

Protŏme, præfectio, effigies hominis vmbilico tenus. Item, præcisio orationis. Fig.

Protomphălon, vmbilicus clypei.

Protomysta, Mystarum, seu sacerdotum primus, *Primo sacerdote*.

Protŏmum, p. c. quod primum est, & ante omnia secatur. Cyma, tenerior caulis, *Broccolo, cima*.

Proton, primum. Protos, primarius, *Primo*.

Protŏno, as, ante tono, *Tonar auanti*.

Protonium, palliolum: quo sacerdotes induebantur, moxque post sacrificium ei, qui mactauerat, imponebant. Suid. Poll.

Protonotarius, primus notarius, quorum alij Palatini, alij Ecclesiastici. Lex. g. b.

Protŏnus, funis, à malo summo in proram tendens.

Protopăgus, nuper compactus, recenter constructus.

Protopapa, primus Papa, Princeps tribunalis Ecclesiastici, secundus à Patriarchâ, in Ecclesiâ, atque Imperatoris clero, Codin. Buleng.

Protopathia, primarius affectus. Idiopathia, proprius affectus. Lex. m.

Protopatricius, primus patricius. Lex. g. b. *Primo senatore*.

Pro-

Protopīrus, primum experiens.

• Protoplasma, primum figmentum, aut figlinum opus, *Primo modello*.

• Proplastica, proplastice, ars faciendi typos ex argilla, seu gypso. Vasaria.

Protoplastus, qui primùm effictus, & formatus est, vt Adam.

Protoplastes, qui primus fingit, & creat, vt Deus hominem è limo. Item, dignitas, populi congregator. Buleng.

Protoplous, primùm nauigationem experiens, *Primo nauigante*.

Protophānes, primo apparens. Protophania, prima apparitio, *Prima apparitione*.

Protopōlis, quæ virgo iam primùm nupsit marito, Poll.

Protopraxia, prima exactio, prima actio exigendi, aut prærogatiua agendi, *Anteriorità*.

Protoprohedus, primus præsul. Lex. g. b. *Primo prelato*.

Protopsaltes, primus psallentium. Lex. g. b. *Primo de cantatori*.

Protos, primus: composita Vide

Protoscriniarius, primiscrinius, qui præest scrinijs. Lex. g. b.

Protosebastes, primus Augustus. Lex. g. b. *Primo Imperatore*.

Protosecreta, primus à secretis. Salmas, *Primo secretario*.

Protosphatarius, primus ensifer. Lex. I.C.

• Protospōrus, qui maturè serit, aut seritur, *Chi semina primaticcio*.

Protostactus, qui maturè distillauit.

Protostates, qui primus in acie stat, *Primo in battaglia*, antesignanus.

Protostasia, principalitas. Prototopia, prima statio.

Protostrātor, primus militiæ, *Mareſciale*. Lex. g. b. Buleng. Item, qui principem in equum tollit. Strator. Vide

• Protosynbūlus, senatus præses. Lex. g. b. *Presidente del Senato*.

Protosyncellus, vide, Syncellus.

Protosyncellus, primus inter cellæ consortes. Codin.

Protochrōnus, primo loco sedens, *Chi stà nel primo luogo*.

Protothyrum, exterior ianua, & prior, *Porta principale di fuori*.

Prototocia, ius primogenituræ, *Maioraſcato*.

Prototōcus, qui primo partu editus fuit, quæ primo peperit, *Primaiola*.

Prototomi, caules brassicæ teneriores. Gal. Gorr.

Prototōmus, qui primo cæditur, seu primæ sectionis, cyma brassicæ, *Broccoli*. Prototōmum. *Amalthea Onomast. Pars Altera*.

• Prototypum, Archetypum, primum exemplar, *Primo essemplare*.

Protouestiarius, primus vestiarij præfectus. Bul.

Protozeugma, cum verbum quo res comprehenditur, primo loco ponitur. Fig.

Protrāho, is, in conspectum duco, *Tirar fuori*.

Protrepticus, exhortatiuus, Instructiuus. Sym.

Protrimenta, edulia minutim concisa ex carnibus frustillatim concisis. Apul.

Protrope, exhortatio, impulsus monitis mistus. Fig.

Protropum, p. c. vinum mustum, quod sponte profluit ex vuis non calcatis. Item, oleum sponte fluens ex oliuis non tortis, *Vin corſio*, *oglio vergine non torchiato*.

Protrūdo, is, p. p. porro, seu vltra trudo, *Spingere*.

Protrygeter, ante vindemiator; stella, quæ iuxta Virginis dextram alam figitur, & quod ante vindemiam oriatur.

Protrygia, antevindemia celebritas in honorem Dionysij, & Neptuni. Stuch.

Proturbare, porrò, & vltra à se repellere, *Scacciar da ſe*.

Protus, primus, *Primo*.

Protutor, qui ante tempus se ingerit in tutelam, aut pro ipso tutore occupato tuetur, *Vicetutore*.

• Protypum, p. c. prototypum, primum exemplar efformatum, *Modello*; primò enim typi efformantur, ex quibus effinguntur Ectypa, *Madri*, *matrici*. Quod verò inde primò exprimitur, prototypum, dicitur, præcipuè ex cerâ, & cretâ. Proplasticè, ex ligno. Modulus, *Modello*.

Prouecta sunt, promouerunt. Isid. Gloss.

Prouecta ætas, senilis, *Vecchiaia*. Proucho, ante veho.

Prouectus, procul ante vectus, *Portato auanti*. Cath.

Prouenio, prodeo, *Vſcir fuori*. Item, fructifico; vnde Prouentus, fructus, & redditus bonarum, & malarum rerum, *Guadagno*, abundantia, euentus.

Prouerbior, aris, prouerbijs vtor, facio. Cath.

• Prouerbium, paræmia, adagium, commune omnium verbum, aut sententia. Prouerbiolum, dimin. Prouerbiale. Prouerbiosum. Prouerbiositas.

Prouersus, porrò versus, & in anteriorem partem, sic homo prouersus incedit non vt cancer retrouersus. Varro. contra, Retrorsus.

Prouidè, p. c. prouidenter, diligenter, *Accortamente*.

Prouidentia. Prouisus, us, prouisio, prudentia. Prouisor, prouidens, comparator, *Chi proueńe*.

Prouideo,es,p.c.consulo, *Prouedere*. Prouidere, promouere. Prouidus Prouisus.
Prouincia,regio, *Prouincia*. Item,munus, onus.
Prouinciales, qui ex Prouincijs sunt, omnesque præter Italos. Prouinciale, ad Prouinciam pertinens.
Prouinciatim, per Prouincias. Suet. *Di Prouincia in Prouincia*.
Prouiso,is,p.p.prouisere,procedere,& videre,spectare num veniat Prouisor. Prouisio,actus prouidendi, *Prouisione*. Prouisus.
Prouiuo, p. p. vltra, & amplius viuo, *Prolongar la vita*.
Prouocabula, pronomina, aut nomina appellatiua.
Prouocare, à longè vocare, lacessere, perfugere, seu appellare, *Chiamar di lontano*, *sfidare*, *appellarsi*.
Prouocatio, appellatio, *Disfida*.
Prouocatoria dona, militaria, quæ meruit prouocatus.
Prouocator, qui alium ad pugnam prouocat, *Sfidatore*.
Prouolo,as,p.c.procul volo,*Volare da lungi*.
Prouoluere, porrò voluere, *Riuolgere*.
Prouolui fortunis, fortunis labi. Tac. *Fallire*.
Prouomo,is,p.c. valdè vomere, *Vomitar molto*.
Prouorsum, prouersum fulgur, quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum, diurnum enim Ioui, nocturnum Sumano fit.
Provt, sicut, vti, *Come*.
Prouulgari, promulgari, in vulgus spargi. Tertul. *Diuolgare*. Prouulgo, as.
Prox, bona vox, proba vox. Plaut. Fest. *Buona voce*.
Proxeneta,p.p.æ,conciliator contractuum,*Sensale*, pararius,conciliator, interpres.
Proxeneticum,merces, quæ pro operâ proxenetis dantur. Vlpian.*Sensaria,paga del sensale*.
Proxenetria, promneſtria, nuptiarum conciliatrix, Vlp. Proxeneticus, a, um, ad proxenetam pertinens.
Proxenia,munera legatis, & hospitibus data.
Proxenus, qui hospitio recipit, vt olim qui recipiebat senatores, legatos peregrinantes.
Proxenij,proceres, publici hospites ad legatos suscipiendos,à principibus constituti. Item,Præsides, & Vicarij ducis exercitus. Protostasiæ, alij, sed malè. Vvolf.
Proximar.appropinquat. Plaut. Proximitas, propinquitas. Proximè,propinque.
Proximi die, proximo die. Plaut. Cato.
Proximi sacrorum scriniorum, qui seruant scrinia,& libellos principum. Bud.
Proximitas, propinquitas, Sup. *Parentela*, *amicizia*.
Proxĭmo,as,propè accedo, *Auuicinarsi*.
Proximus, adiutor, & optio, *Aiutante*. Buleng. Item, vicinus. Item, affinis, & consanguineus, *Parente*. Lex. I. C. Item, amicus, & quiuis homo.
Proyparche, beneficentia, quâ quis alterum præuenit.
Proypergasia, parasceue seu præmunitio, figura, qua vtimur ad aliquid quod sumus dicturi confirmandum: vt si testem productum fide dignum dicamus.
Proypostasis, præcedens corporis substantia.
Proypotyphæ, prima colorum fundamenta, vt ij firmius hæreant, *Impremitura*.
Prudens,sagax. Prudentia,virtus. Prudenter,prouidè. Prudentiuncula,parua prudentia. Cath.
Prugnum, priuignum. Fest. *Figliastro*. Progonum, fortè.
Pruina, ros gelidus, *Brinata*.
Pruinosum,pruinâ scatens, *Pieno di brinata*.
Prumnus,prunus syluestris in Asia. Gal. Gorr.
Pruna, æ, carbo ardens, carbo, pruna extincta, *Bracia*. Prunale. Prunosum.
Prunæ batillus, quo prunæ portantur, *Palletta dal fuoco*.
Prunella,brunella,herba pratensis,& syluestris.
Prunetum, locus prunis consitus, *Susinaro*.
Pruniceps, instrumentum ad prunas capiendas, *Molla dal fuoco, ò tanaglia*.
Prunus, i, arbor pruna ferens,*Susino*. Prunum, fructus pruni, *Susina*.
Prupergasia, parasceue, præmunitio. Fig.
Prurientes auribus, audientes libenter detractores. Isid. Gloss.
Pruriga, æ, qui admissarios ad Veneris pruritum excitat.Proriga, alijs. Varro.
Prurigo,nis. Pruritus, us, p. p. excursus humoris spirabilis inclusi contra naturam,*Rosa,pizzicore*.Pruriginosum,pruriginosus;qui laborat prurigine, *Chi hà pizzicore*.
Prurio, is, libidine scalpendi ardeo, *Hauer pizzicore*.
Prylis,saltatio armata dicta Pyrrhica, *Moresca*.
Prymna,puppis,quod vltima sit in naui.
Prymnelium, funis quo nauis ad terram ligatur. Item,ad quem funis nauticus ligatur, tonsilla, dicta. Fest. *Fune*, *ò palo da legar le naui*.
Prymnesius,a,um, ad puppim pertinens.
Prymnetes,gubernator in puppi sedens.
Prytaneum, p. p. locus vbi Athenis iudices, & magistratus, & de Republ. benemeriti alebantur. Prytanes, vero viri huiusmodi, & summi magistratus Athenienses.
Pritania, pecunia actoris, & rei litigantium deposita in Prytaneo, sportula Latine. Prytania, imperium diei, cum in orbem imperatur. Rh.

Dis-

Discrimen sportulæ, & Prytaniarum: vide in sportula.

P S

Psacmon, pera, vbi recondebantur libelli oblati Pontifici. Baron.

Psada, vnguenti species. Hipp.

Psædius, rarus, & raros capillos habens, *Di capelli radi*.

Psagium, vas, vale.

Psæstos, placenta, maza ex farina, & oleo. Aristoph. *Focaccia*.

Psalides, in fornicibus, & frontibus ædificiorum lapides oblongi forficum figuram referentes.

Psalidium, forceps. Herib. *Forbice*.

Psalis, psalidium, forfex, forficula muliebris. Poll.

Psalium, ornamentum equorum, catenula ferramentum substringens, *Barbazzale*.

Psallentium, ij, Psalmorum cantus. Novar.

Psallenda, Ingressa, Antiphonæ, ante Euangelium partes missæ Ambrosianæ. Radulphus.

Psallinum, frænum. Rh.

Psallo, is, cano, siue ore, siue instrumento, *Cantare, suonare*.

Psallocitharista, qui citharâ psallit, seu canit. Suet.

Psalloides, interior concameratio auriculæ. Poll.

Psalma, psalmus, fidium cantus, carmen fidibus cantatum, *Canto*. At Diapsalma, silentium, & quies inter psallendum interposita. Sympsalma, vocum copulatio in cantu. D. August.

Psalmates, psalta, nablio, nablistes, qui canit, & psallit. Gloss. *Suonatore*.

Psalmeli, in Ambrosiano, quod graduale, in Romano. Radul.

Psalmi, liber Psalmorum.

Psalmicines, qui canunt psalmos. Sidon. *Cantori di Salmi*. Psalmista, qui psalmos canit aut facit.

Psalmista, qui psalmos facit, vt Dauid. Lex. Phil.

Psalmochares, qui psalmis delectatur, ad fidium cantum.

Psalmodia, hilariana, psalmorum cantatio eorum præcipuè, quos Dauid cecinit ad lyram.

Psalmodus, qui psalmos canit. Psaltodus, psalmographus, scriptor psalmorum. Psalmographia. Psalmographo, as. Psalmographus.

Psalmus, psalma, canticum quod ad psalterium cantaretur, canticum, vox cantantis in lætitiâ. Psalmulus, paruus psalmus. Item, stridor hastarum, aut telorum. Cerda.

Psalterium, organum, laudatorium instrumentum x. chordarum quo psallitur. Magadis, dictum: nablon, xii. chordarum digitis pulsatum. Item, psalmorum cantus. Item, canticum in alterius infamiam cantatum, &c. Psalmorum liber.

Psaltes, psaltrius, cantor, *Cantore*, qui psallit, aut potest psallere.

Psaltria, cantatrix, *Cantatrice*, quæ psallit.

Psammacosia, arenarum numerum æquantia innumera, *Innumerabili come la rena*.

Psammathon, arena marina. Amathon, fluuiatilis. Rhet.

Psammisimus, curatio hydropici per arenam calidam, caputque tectum. Lex. m.

Psammorrhœa, limi, & arenæ commotio.

Psammos, arena. Sabulum, *Rena, sabbia*.

Psarus, auis. Item, mobilis, celer.

Psaris, passeris genus.

Psathyrium, fruticulum ex friaturâ.

Psathyrum, friabile ex ariditate, *Fragile, arido*, edulium friabile. Gorr.

Psecas, ădis, aspersio leuis, stilla, *Gocciola*. Item, ancilla matronarum capillos inficiens focis.

Psecter, radula strigil. *Stregghia*.

Psegma, flos, ăris, ramentum, quod radendo, & detergendo detrahitur.

Pselliophori, armillati.

Psellium, ferrum mento equi subtensum. Poll. Item, ornamentum manuum. Athen. Tiraq.

Psellus, balbutiens, blæsus, inarticulatè loquens.

Psellisma, balbuties, *Balbettamento*. Psellotes, psellus, balbus.

Psenes, culices ficarij, & vermiculi in ficubus quos agricolæ de ficubus suspendebant, ne ficus caderent. Suid.

Psen, fructus palmæ maris, vt balanus ex spathe propendens. Rh. Vermiculus in caprificis nascens.

Psephi, calculi præstigiatorij, & globuli lusorij in mensa. Casaub.

Psephidophorus, qui suffragium ferre potest.

Psephophorus, suffragij lator.

Psephisma, decretum plebiscitum, *Decreto*.

Psephistes, calculator, *Computista*.

Psephobolum, camus, in ludo talario vasculum, fritillus, quo tesseræ captæ in pyrgum immittebantur, ne manibus contrectarentur ad fallacias euitandas. Psephobolia, tessellatio. Salmas.

Psephocleptæ, præstigiatores. Idem, Psephoplexia, præstigiæ.

Psephodectæ, qui calculo suffragia ferunt. Firm.

Psephopactæ, præstigiatores, calculis, & latruncul is, manuum celeritate fallentes.

Psephologēta, pauimenta. Salmas.

Psephophorus, suffragij lator, *Chi dà suffragio*.

Psephus, lapillus, calculus in sententijs ferendis.

Psephiaci, calculo laborantes. Pap.

Psetta, solea, piscis latus. Plin. Pscitta.

Pseudadelphus, falsus frater, fraternitatem mentitus, *Fratello falso*.

Pſeudapoſtŏlus, falſus Apoſtolus.
Pſeudargyrium, argentum falſum, *Argento falſo*.
Pſeudanchuſa, falſa anchuſa herba. Plin.
Pſeudangĕlus, falſus nuncius, falſa nuncians, *Chi annuſa il falſo*.
Pſeudaula, falſa aula, *Corte falſa*.
Pſeudegŏrus, qui mendacia dicit, *Chi dice il falſo*.
Pſeudencedri, inſidiatores ficti. Rh. *Inſidiatori*.
Pſeudepigrăphus, falſo inſcriptus, ementitum gerens titulum, *Chi hà titolo falſo*.
Pſeuderium, ementitum ſepulcrum, *Sepolcro finto*.
Pſeudiſodŏmum, ſtructuræ genus, quando inæquali craſſitudine lapidei extruuntur parietes. Plin. Falſum Iſodomum. Vide, Iſodomum.
Pſeudo, decipiens, falſus. Cath. *Falſo*, vnde compoſita.
Pſeudoalcthina, veſtis non ex purpurâ, ſed eam imitans. Salm.
Pſeudobunium, herba fructificans palmi altitudine.
Pſeudocaſſia, veram caſſiam ementiens. Onom.m.
Pſeudocatones, hypocritæ. Bud.
Pſeudocinnamomum, fictitia cinnamomi ſpecies.
Pſeudocletia, falſa vocatio, in ius accuſatio apparitoris, qui falſo renunciauit ſe in ius quempiam vocaſſe. Pſeudoclĕtor, falſo accuſans. Bud. com. *Accuſatore falſo*.
Pſeudocomitatenſes legiones, Comitatenſes ementitæ. Lex. I.C.
Pſeudochriſtus, falſo nomine Chriſtus, *Falſo Chriſto*.
Pſeudochryſa, aurum falsò mentientia, *Coſe d'oro falſo*.
Pſeudocoſtus, herba vmbellifera. H. p.
Pſeudodictămum, herba dictami ſpeciem referens.
Pſeudodiſcălus, qui doctoris titulum falsò ſibi arrogat, *Dottore falſo*.
Pſeudodiptĕros, ædes, in quâ ſublato dipteri generis interiore columnarum ordine, relinquitur laxamentum ambulationi. Phil. Vitr.
Pſeudodoxia, falſa gloria. Pſeudodoxus, cui falſa eſt opinio, *D'opinione falſa*.
Pſeudodūlus, falſus ſeruus. Pſeudūlus. Plaut. *Seruitore falſo*.
Pſeudoĕnedrus, pictus inſidiator. Lex. Phil.
Pſeudophŏrum, falſa ferens. Sculpit. *Chi porta coſe falſe*.
Pſeudographum, falsò ſcriptum. Pſeudographiæ, falſa ſcriptura. Pſeudogrăphus, falſa ſcribens, falſarius.
Pſeudolĕſtes, falſus latro.
Pſeudolŏgus, falſa dicens. Pſeudologia, mendacium, *Bugia*.
Pſeudŏlus, ex mendacijs compoſitus. Plaut. *Compoſto di bugie*, mentiens.
Pſeudomantes, falſus vates, *Indouino bugiardo*.
Pſeudomartyr, falſus teſtis. Pſeudomartyria, Pſeudomartyrium, falſum teſtimonium, *Teſtimonio falſo*.
Pſeudomĕnos, captionis ſophiſtarum genus, *Sofiſticaria*. Item, mentiens.
Pſeudomelanthium, herbæ genus, *Gittone*. H.p.
Pſeudomythia, falſum commentum, *Inuentione falſa*.
Pſeudonardus, veram nardum mentiens.
Pſeudonymus, nomen ſuum mentiens, *Chi non dice il vero nome*.
Pſeudopædia, falſa eruditio, *Dottrina falſa*.
Pſeudoparthenus, falſa virgo, virginitatem mentiens, *Chi ſi ſpaccia per vergine*.
Pſeudophanes, adulterinâ luce ſplendens.
Pſeudophiloſophia, falsò dicta philoſophia.
Pſeudoplaſtes, qui mendacia fingit, *Inuentor di bugie*.
Pſeudoplūtus, qui ſe diuitem mentitur, *Chi ſi fà tener ricco*.
Pſeudopontifex, falſus Pontifex, *Antipapa*.
Pſeudoporticus, falſa porticus, *Portico finto*.
Pſeudoprophēta, falſus propheta, *Falſo profeta*.
Pſeudoptoma, falſus lapſus, cum qui lapſus diſſimulat. Suid.
Pſeudopyra, ignis ementiti ſpecies ad hoſtes territandos, *Fuoco finto*.
Pſeudorcus, qui falsò iurat, *Spergiuro*.
Pſeudos mendax, mendacium, *Falſità, bugia*. Compoſita.
Pſeudoſelēnus, obſcura Luna, *Luna che non ſi vede*.
Pſeudoſophiſta, qui falſo ſibi nomen ſophiſtæ vſurpat, *Chi ſi ſtima ſauio*.
Pſeudoſtŏma, falſa, & ementita oſtia, *Porte finte*.
Pſeudoſtŏmus, qui mentito eſt ore, *Di bocca buginarda*.
Pſeudoſyllogus, conciliabulum, falſum Concilium.
Pſeudotaphium, cœnotaphium, ſepulcrum honorarium, tumulus imaginarius.
Pſeudothyrum, porta falſa, poſticum, *Porta falſa*.
Pſeudouolimæus, falſo ſuppoſitus. L. Pſeudob.
Pſeudourbana, domus dominorum in villa, ædificia ruſtica vrbanâ elegantiâ ſtructa, *Coſa, ò palazzo del padrone in villa*.
Pſeudozēlus, falſus zelus, *Zelo finto*.
Pſeudŏlus, p.p. falſus ſeruus, *Seruo falſo*.
Pſiathia, quæ in iudicum ſellis ſternuntur. Rh.
Pſiathium, teges ſeu ſtorea iuncea pro lecto. Gl. Caſſian.
Pſiathus, pſiathum, ſtorea matula. Herib.
Pſidracia, vide, pſydrax.

Pſilæ,

Psilæ, tapetes, stragulæ non villosæ. Psilot apides. Turn. Vide. psilotapetes. Amphimalla vtrinque.

Psilagus, dux leuis armaturæ militum.

Psili, leuioris armaturæ milites: contra, Hoplitę, grauioris, Rh.

Psilocitharistæ, qui solo, nudoque citharæ cantu psallunt, non accinentes suâ voce, neque in choro canentes. Contra. Chorocitharistæ, canentes in choro. Turn.

Psilometria, carminis tenuitas, *Debolezza di verso*.

Psilon, tenue, nudum pilis, & villis.

Psilotapētes, tapetes, qui villis carent, *Tapeti rasi*.

Psilothrum, vnguentum depilatorium quo mulieres vsæ. Item, vitis alba.

Psimmythium, cerusa, color meretricius, *Liscio*. Psimythium.

Psitta, piscis plani genus, passer dicta. Peetta. Dioscor.

Psittacia, muliebris calciamenti genus.

Psittacion, emplastrum, *Empiastro*. Pittacium.

Psittacus, auis Indica vocem humanam effingens, *pappagallo*.

Psittacinum, e psittaco, *Di pappagallo*.

Psochus, terra arenosa.

Psoæ, musculi in interna lumborum regione siti. Hippocr.

Psœadicus, qui clunium dolore afficitur. Lex. Phil.

Psole, mentula. Psolos, recutitus, verpus. Lex. Phil.

Psolocompia, fumosa, vana iactantia.

Psolus, fumus. Item, verpus, apella, *Circonciso*.

Psomeces, vermiculi radices frumenti depascentes. Hesych.

Psomium, frustulum, quod ori ingeritur: offula panis intincti iuri, samia, Tertul.

Psomocolax, qui panis, ac buccellæ causa adulatur, Rh. *Adulatore per mangiare*.

Psomocolāphus, qui plagas patitur ob panis buccellam. Rh. *Chi si lascia bastonar per mangiare*.

Psomus, frustum rei esculentæ, buccella, Rh. *Boccone da mangiare*.

Psomolethrus, pernicies, seu exitium buccearum, polyphāgus. Suid. *mangione*.

Psophomēdes, cui strepitus, aut sonitus curæ sunt.

Psora, fera scabies, cutis summæ asperitas, cum furfuris squamis superficiem depascens. Lepra verò profundius per circulum. Manar. *Scabbia*. Psoriasis, vitium eius. Item, in arboribus muscus in trunco.

Psoraleus, scabiosus, *Scabbioso*. psorosus.

Psorica, medicamenta contra scabiem. Plin. Tiraq. *medicamenti per la scabbia*. psoricus, a, um, ad psoram spectans.

Psoriōsis, durities scroti. Onom. m.

Psorismus, defricatio scabiei, *Grattamento*.

Psorophthalmia, pruriginosa scabies, à sole, & puluere orta. Lippitudo, cum palpebrę pruriunt, Psoriasis, dicta. Onom. m.

Psothium, inferior panis crusta, *Crosta di sotto del pane*.

Psyacium, vile scamnum, in quo Monachi sedere, vel orando procumbere solebant. Gonon.

Psyalgia, lumborum dolor ex vtraque coxa descendens vsque ad femora.

Psyāthus, macea. Turn. Vide, psiathus.

Psyatium, matula, teges. Isid. Glos. *Stuoia*. Vide, Psiathus.

Psychagogia, animarum eductio, vt cum animæ mortuorum ex inferis educuntur carminibus, aut sacrificiis, quæ dicta, psychagogica sacra, vim habentia eas educendi.

Psychagogicus, habens vim educendi, aut flectendi animos. psychagōgus.

Psychagōgos, animæ deductor, *Chi conduce l'Anime*.

Psychastes, qui frigus captat, *Chi cerca il fresco*.

Psyche, anima. Res animata, vt homo. Item herbæ genus. Lex. Phil.

Psychempōrus, qui animas nundinatur, hominum negotiator.

Psychia, loca subterranea, & frigida. Rh. Item palla parua sacra, *Animetta*, Gauant.

Psychium, passi vini genus.

Psychici, animales. Tertull. psychium, animale. psychicus, a, um, animalis, e.

Psychodoter, animarum dator, qui vitam largitur, *Chi dà l'Anima*.

Psycholethrus, exitium animarum. psychophthōrus, lethifer, animæ exitium ferens.

Psychomachia, acris diminutio ad extremum vsque spiritum perducta, *Battaglia ostinata*. Item, virtutum, vitiorumq; pugna, quæ in anima fit. Lex. Phil.

Psychomantēum, p. p. locus, vbi animæ euocatæ responsa dabant consulentibus.

Psychopannychia, peruigilium totius noctis animo destinatum, *Vegghia di tutta notte*.

Psychopompium, p. p. locus ex quo animę defunctorum ad inferos deducuntur.

Psychopompus, animarum deductor, Mercurius dictus, *Chi conduce l'anime*.

Psycorrhagia, singultatio animę, *Spirar l'anima singhiozzando*.

Psycho-

Psychostasia, animarum statio, *Ripoſo dell'anime*.

Psycotrophum, p.c. herba serratula, betonica. Lex

Psycotrŏphus, qui frigore alitur, aut gaudet. Ita piscis dictus, *Chi gode del freddo*.

Psycrobăphes, frigidâ tinctus, seu imbutus, *Bagnato con acqua fresca*.

Psycrologia, frigida oratio.

Psycrolŏgus, qui frigidè loquitur, *Chi parla freddamente*. Item, ineptus, insulsus.

Psychrolutæ, frigidâ se lauantes aquâ. Psychrolutia, frigida lauatio. Onom. m.

Psychrophŏbi, frigidam metuentes. Item medici frigidam ægrotis metuenter dantes in febribus, *Chi ha paura dell'acqua fredda*.

Psychroposia, frigida potio. Psychropta, qui frigidam potat, *Beuitor d'acqua fresca*.

Psyctalia, ficuum genera ab algore dicta. Onom. med.

Psycter, psycterium, vasculum ad vinum refrigerandum in mensâ, apyrotum, nasiterna, baucalis, aquiminarium, refrigeratorium, *Rinfrescatoio*. Item, vas potorium, merum continens.

Psycteres, vmbrosa, & nemorosa loca. Rh.

Psyctica, medicamenta, refrigerantia. Lex. m. *Medicamenti rinfrescatiui*.

Psydrax, psydractum, pustula dura, subalbida: parum eminens supra cutem nasi, & capitis potissimum. Manar. Psydrachia, morbus huiusmodi.

Psygium, locus in quo aliquid refrigeratur, *Luogo di rinfrescare*.

Psylla, Psyllus, pulex, vnde. Psyllum, herba pulicaris.

Psylli, populi non solum non læsi à serpentibus, sed venenum à morsibus eorum sugentes impunè, *Ciurmatori*. Item, qui obtrectatoribus occurrunt.

Psyllium, pulicaris herba in asperis nascens, *Psillo*, H. p.

Psyllobrōtus, qui à pulicibus est corrosus, *mangiato dalle pulci*.

Psythia, vuæ genus. Colum. Psythium, passi genus.

Psyticus, incultus.

P T

Ptacolea, storea, quæ in lembis, aut nauibus substernitur, *Canna*, dicta. Poll.

Ptacismus, trepidatio, cum aliquis metu contrahitur, *Timor grande*.

Ptarmus, sternutatio. Ptarmica, sternutatoria, & quæ vim habent mouendi sternutamenta. Rhet. Item, fruticis genus, seu herbæ in asperis nascentis. H. p.

Pte, syllabica adiectio, suâptè, meâpte, &c.

Ptera, Tarsus, palmula, postrema pars remi. Vracos, media. Cerda. Vide, Remus.

Pterę pennæ, *Penne*.

Pterelas, alis actus, canis nomen à velocitate dicti.

Pteris, herba, filicis species.

Pterăna, pars inferior naualis mali: summa Carchesium: media, Trachelos dicta.

Pterea, chlamydes Thessalonicæ. Beroal.

Pterion, filix, frutex sine caule, & fructu. Gorrh.

Pterna, calcaneum, os, pedis maximum. Lex. m. Item, pars inferior naualis mali.

Pternismus, supplantatio, deceptio, *Inganno*.

Pterōma, pennosum in auibus tegmen, pinna. Lex. Phil.

Pteromăta, muri duo in templis alarum vice. Rh. *Ale del tempio*.

Pteron, ædificij moles maior solito instar pennæ. Item, pinnula in summitate ædium.

Pterophŏri, cursores pegasarij turbarum, quod peregrè proficiscentes surrectas in capite cristas ferrent. Rhet. *Corrieri*: contra, Laureati; felicitatis. Salm.

Pteroti, duo Neroni calices elati, pinnati ex vitro. Plin.

Pterygiæ, alæ narium follicantes, pinnulæ piscium. Pinnacula, & pinnæ templorum.

Pterygium, membrana excrescens ab angulo super oculum. Item, in digitis, post paronychiam, cum caro excrescit. Manar. parua ala.

Pterygŏdes, alatus, cui scapulæ apertè, alarum in modum extant. Lex. Phil.

Pterygoma, tapudendi muliebris labra, veluti alæ.

Ptichis, pars nauis supra acrostolium nauis prominens, cui nomen nauis inscribitur. Poll.

Ptilosis, pennarum, plumarumque annua mutatio. Item, defluuium pilorum è palpebris calentibus, & rubentibus.

Ptilus, glaber, *Pelato*.

Ptisana, p.c. pultis genus ex farinâ hordeaceâ, & aliis frugibus, *Surgo di orzo, orzata*, hordeum decorticatum.

Ptisanarium, vas, in quo coquitur, aut pinsitur hordeum, seu puls, in quâ solidæ partes hordei manent in cibum. Lamb. in Hor.

Ptismus, ptisticum, cautionis genus eorum, qui

qui hordeum pinsunt.

Ptochalazon, pauper arrogans, ostentator diuitiarum, *Pouero arrogante*.

Ptochia, Ptochium, ptochodochium, domus mendicantium, vbi aluntur, aut degunt, *Spedal di poueri*.

Ptochīca, reliqua reddituum Episcoporum, quæ vt superflua mendicis distributa. Balsam.

Ptochopetus, mēdicum faciens, *Chi fa ponero*.

Ptocchus, mendicus, *Pitocco*. Monos.

Ptochotrophium, Ptocodochium, Ptochium, p.p. hospitium, vbi mendicantes aluntur, *Spedal per accattarotti, e mendicanti*.

Ptochotrophia, p.p. nutritio mendicorum.

Ptochotrophus, p.c. qui mendicos nutrit, *Chi da mangiar a poueri*. Ptocotrophita, dominus loci.

Ptosis, ruina. Item, oculi vitium. Lex. med.

Ptotus, casus; vnde composita. Polyptōta, &c. Ptotum, casuale. Pap.

Ptyas, Idis, aspidum genus, quod sputum homini lethale in oculos expuit. Plin.

Ptychis, complicatio. Acrostolium, stoli apex prominens in naui. Calcag.

Ptygma, duplicatum linteum, diploma. Bud.

Ptygmata, cauiæ. Isid. Gloss.

Ptynge, genus auis Chalcidis dictæ. Ptynx, alijs.

Ptyon, cribrum, quo grana expurgantur, ventilabrum, *Crinello, vaglio*.

Ptysis, ptysma, sputum; vnde, Ptysici, qui nimio humore repleti semper spuere coguntur, *Sputacchioni*.

Ptysma, sputum.

P V

Pubenda, pubeta, Pubida, vix dum iuuenis, & sine pube adhuc. Capella, *Giouanetto*.

Pubedo, pubeto, as, pubero. Vide.

Pubēna, pubēda, pubēta, adolescens. Isid. Gloss.

Pubēres, impuberes anni. Puberculus, adolescentulus. Puber, pubes, puer pubem emittens.

Pubent a, lanugo barbæ. Pap.

Puber, pubis, adolescens, cui pubes iam nata est, adultus, florens.

Puberāle, puerile. Pubertus, pubertas pubis. Supplem. Supercunnum. Vide.

Puberat, crescit, augetur. Pap. puberibus sonis, florentibus. Vide, pubero. Turn.

Pubertas, ætas in maribus annorum XIV. Item, emissio pubis. In fœminis, XII.

Pubertas, emissio ipsa pubis, à quo anni pubertatis dicti fœminis 12. masculis 14.

Pubes, lanugo, primo nascens. Item, iuuenum multitudo, pars pudenda: contra, Impūbes, p.p. inuestis. pubeta, æ, pubes. Cath.

Pubero, as, pubeo, cresco. Cath. *Crescere, mettere i primi peli*. puberto, as, Cath.

Pubesco, pubeo, lanuginem emitto, adolesco. *Mandar fuori i primi peli*. Puberasco. Cath.

Pubertēnus, ad inguen vsque, *Fin all'inguinata*.

Pubis, iuuenis. Capella. pubida, Vide, pubeda.

Publicāre, manifestum facere. *Publicare*.

Publicāri, publicè venum exponi. Tertul. *Esser messo in vendita*.

Publicānus, qui vectigalia, aliosque populi Romani reditus certo pretio reddimit, *Datiero, gabelliero*.

Publicatio, bonorum alicuius in publicum redactio, *Confiscatione*.

Publicei, publicei, ant q.

Publicītus, publicè. Enn. publicium, publicum, commune, *publico*.

Publicōla, cultor, & obseruator populi plebeius, Sug. *Amico del popolo*.

Publicum, non priuatum. publica, vectigalia; vnde, publicanus. Vide. Item, emolumentum, & bonum publicum. Lex.

Publipor, publij puer, seu seruus. Marcipor, Marci puer, seu seruus.

Publius, qui populo gratus, prænomen viri.

Pucatrix, depilatrix. Supplem. antiq. *Pelatrice*.

Pucinum, vinum generosissimum in sinu maris Adriatici ad Timauum fontem. Plin.

Pudenda, genitalia. Cath. *parti vergognose*.

Pudendagra, pudendorum morbus, Gallicus, fortasse. Onom. m.

Pudentia, pudor, *Vergogna*.

Pudeo, pudeßo, pudesco, pudore afficior, *Vergognarsi*.

Pudenter, verecundè, *Vergognosamente*. pudibundus, pudens, *Vergognoso*. pudibilis, pudendus. pudibilia, pudenda, *parti vergognose*. pudicus, pudicè.

Pudet, verecundiæ. piget, est pœnitentiæ. Non.

Pudicus, p.p. alienam libidinem non perpessus, contra, Impudicus. pudicè, pudicitia, castitas.

Pudor, metus infamiæ, *Vergogna*.

Pudorātus, pudore suffusus, *Vergognato*.

Pudoricōlor, ruber, pudibundus, *Vergognoso*.

Pudorōsus, verecundus modestus, *Modesto*. Sup.

Puel-

Puella, puellus, paruus puer, *Fanciullina fanciullino*.
Puellare, pollere cum lætitiâ. Pap. vel ad puellas spectans. Item, puellas imitari.
Puellariter, more puellarum, *Da fanciulle*.
Puellascere, cuirascere, effœminari.
Puellatorium, quod est puellare, *Di fanciullo*. Puellatoriæ tibiæ. Turn.
Puellitari, cum vetulis rem agere.
Puellus, puellulus, puercũlus, paruus puer, *Fanciullino*. puellũla, parua puella, *Fanciullina*. puellula, puercũla. puella.
Puer, vtroque genere antiq. *Fanciullo bambino*. puerus, antiq. qui est ætate media inter infantiam, & pubertatem filius iunior. Item, minister. Lex. Phil.
Puera, æ, puella. Varro. puerus, i, puer. Plaut. Item seruus, *Paggio, putto*.
Pueralius, pueralis, puerilis ad puerum spectans, *Da putto*. Sup.
Puerare, crescere in modum pueri, *Diuenir putto*. puĕro, as.
Pueratus, cinædus qui pueros deperit. Sup.
Puerasco, exacta infantia pueritiam inchoo, vnde. Repuerasco, iterum puer fio, *Imbambire*.
Puerastor, repuerascens. Sup.
Puerilia, puerilitas, ætas puerilis, *Fanciullezza*.
Pueriliter, more puerorum, *Da fanciullo*.
Puerõsus, puerilis, Supplem. antiq.
Puerpĕra, p. c. mulier, quæ recens peperit, *Donna di parto*.
Puerperium, tempus, quo puerpera ex dolore partos recumbit, *Tempo del parto*. Item, locus. Cath.
Puerus, puer. puera, puella. puere, ò puer. Plaut.
Pueres, pueri, Pap.
Puersa, puericia. Lipſ.
Pucrũlus, paruus puer, *Puttino, bambino*.
Pugilare, pugillare, pugilum more certare, *Far alle pugna*. Pugilo, as, pugilor, aris.
Pugil, qui vel quæ pugnandi artem nouit, *Chi combatte con pugna*. Pugilator.
Pugilãtus, us, lusus pugilum, *Giuoco di pugna*.
Pugilicè, firmiter, pugilum more, *Gagliardamente*.
Pugillãre, quod pugillum, seu pugnum implere potest. Apul. *D'vn pugno*.
Pugillus, pugillare, tabella, cui aliquid inscribitur stylo, siue cerâ, siue membranâ gypsata. pugillaris, pugilar. Lex. Phil.
Pugillares, tabellæ cereæ, vel alterius materiæ, in quibus stylo scribimus, *Tauolette incerate sopra le quali già scriuenano*.
Pugillatorius follis, pila inflata grossior, quæ pugno percutitur, *Pallone*. Pugillatorius, a, um.
Pugillo, õnis, cum pugione pugnans. Cath.
Pugio, õnis, genus teli breuis, *pugnale*.
Pugillus, paruus pugnus, *Brancata, pugnetto*.
Pugiunculus, paruus pugio, *Pugnaletto*.
Pugna, lucta cum pugnis, certamen quodvis, *Battaglia, pugna*, vnde. pugnator, qui pugnat, *Chi fà alle pugna*.
Pugnacitas, pugnandi vis. pugnaciter, pertinaciter. pugno, as, certo, *Combattere*.
Pugnacũlum, locus vnde pugnatur; vnde, propugnaculum, *Bastione, torrione*.
Pugnax, bellicosus, *Guerriero*.
Pugno, as, certo, *Fare alle pugna, combattere*.
Pugnũla, parua pugna, *Battagliola*.
Pugnus, notum, *pugno*. pugnitus, cum pugnis Cæcil. *Con pugna*.
Pulcher, polcher, antiq. formosus. pulchellus, *Bello*, aliquantum pulcher, *Belletto*.
Pulchrãlis, pulcher. pulchritas, pulchritudo, species, *Bellezza*.
Pulchrè, formose, *Bellamente*.
Pulebrust, tumor, ex percussione, Barb. Lex. Phil.
Pullĕdri, pulitri, equuli. Polledri. Salm.
Puletica, polyptycha, epistolæ amatoriæ. Triplices, duplices. Salmas.
Pulegium, puleium, herba odorifera hortensis, *puleggio*. Item, suauitas sermonis. Puleiatum.
Puleiatum vinum, pulegio conditum, *Vino con puleggio*.
Puleslach, percussio, vox, Barb. Lex. Phil.
Pulex, animalculum, *pulce*. Item, piscis, & vermiculus hortis infestus.
Pulico, as, pulicor, ãris, pulices progigno, *Generar pulci*. Sup. pulicosĭtas, plenitudo & abundantia pulicum. Cath. Pulicẽtum, locus plenus pulicibus. Cath. Pulicarius, ad pulices spectans. Cath. Pulicaria, herba.
Pulicõsum, pulicibus plenum, *pulcioso*. pulicositas.
Pulla, terra tenera. Plin. pulla vestis, fusca, atra, *negra di corrotto*.
Pullaria, manus dextra impudica, à palpandis pullis, seu pueris. Turn. Fest. pullariam facere. Petron.
Pullaria feles, puerorum fur.
Pullarius, qui pullorum curam habet, & qui è pastu pullorum auspicia captat. *pollaro*.

Pulla-

Pullaſco, pulleſco, ſoboleſco, pullos progigno, *Far pulcini*.

Pullaſter, pullaſtra, gallus, & gallina adoleſcens, *Pollo pollaſtro*.

Pullati, qui tŏgam ſordidam, & coloris obſoleti gerunt, & qui penulas, quæ pullo colore erant. Caſaub.

Pullatio, fœtura pullorum, *Il naſcimento, ò conatura di polli*.

Pullātus, pullâ ſeu lugubri, atrâ veſte indutus, *Veſtito di nero, ò corrotto*. Pullata turba, infima plebs.

Pulleraceus, pullus gallinaceus. Turn. vel veſtis puli coloris. Caſaub. *Di corrotto*. Item, catamitus.

Pulleſco, vide, Pulluleſco.

Pulletra, pullitra, gallina nondum eſtœta, vt. Porcetra, à porcâ, ſus, quæ non peperit. Varro. Scal.

Pulletrus, pullus equinus, *polledro*. Salm.

Pullicenus, paruus pullus, *Pulcino*, pullus gallinaceus.

Pullici, pulli, Pulliceni, Pullitræ, in genere gallinaceo opponuntur gallinis vetulis, *Pollaſtri, pollaſtrelli*. Salm.

Pullicies, pullatio, prouentus pullorum pullicium. Onom. *I pollami*. Item, nigredo. Colum.

Pugillo, nis, pullus color. Plin. *Color oſcuro*.

Pullinum, p.p. quod eſt pulli, *Di pollo*.

Pullitra, gallina iunior, quæ opponitur gallinæ veteri, *pollaſtra*.

Pullo, as, fœtifico, *pullulare*. Expullŭlo, extra pullo, enaſcor, *pollare fuori*.

Pullor, aris, pullum fieri, vel imitari.

Pullipremones, puerorum concubitores. Lucil. Suppilones, Subulones, ſubactŏres, poſtico vulnere foſſores. Pullulaſco, pullaſco, pullulans fio. Pullulo, pullo, as, pullulos emitto, germino, *Germogliare*. pullicus, pullus equinus, *polledro*. Pullitra, *polledra*. Salmas. pulluli, ſtolones ex arborum radicibus enaſcentes, *Nuoui germogli*.

Pullulaſco, pulluleſco, pullulos emitto. Lex. Phil.

Pullulus, paruus pullus. Item, ſubniger, *Alquanto negro*.

Pullus pullus, puellus quorumlibet animalium, paruus filius. Item, fuſcus.

Pullus, paruus fœtus, parua acus, paruus equus. Paruus homo, ramulus adnaſcens, vt ſtolo, nouella arbor. Item, amaſius. Lex. Phil.

Pullus, a, um, fuſcus, in nigrum vergens, qui in luctu color adhibitus, *Color di corrotto*.

Pulmentare, ad pulmentum ſpectans.

Pulmentarium, quicquid intes cibos ſumitur in ſimilitudinem pultis factum, quod pulmenti vicem gerit, *mineſtra, ò coſa ſimile*.

Pulmentarium teſtaceum, ſub teſta coctum, *Torta*.

Pulmentum, ipſa puls, vel aliud cibarium ad modum pultis factum, *mineſtra*, & quod cum pane editur.

Pulmentum, omne iurulentum, aut ſubliquidum. Obſonium, omnis cibus qui per ignem præparatur. Athen. Item, obſonium, & cibus omnis qui cum pane editur. Corn. à Lapide.

Pulmo, onis, p.p. notæ ſignificationis, *polmone*.

Pulmonaria, herba pulmoni ſimilis eique medens. H.p.

Pulmonarius, qui laborat pulmone, *Infermo di polmone*.

Pulmonarinus, piſcis teſtaceus. Inſectilis.

Pulmonea poma, pulmonis inſtar tumentia. Plin.

Pulmonei pedes, molles, inepti ad ambulandum. Plaut.

Pulmuncŭlus, paruus pulmo, *polmoncello*.

Pulo, populo, Acc.

Pulpa, caro quæ manducatur, *polpa*. Item, in arboribus, & fruticibus. Pulpŭla, exigua pulpa dimin. Pulpōſus, plenus pulpa. Pulpoſitas.

Pulpamentum, cibus lautior, à pulpa dictus, *Viuanda ben ſtagionata*. Pulmentum, delectamentum.

Pulpamentum, obſonium à pulpa. Lautus cibus. Lex. Phil.

Pulpido, panis inſtar pulpæ carnis. Lex. Phil.

Pulpitare, tabulis, pluteis, pulpitis, & alleribus fulcire. Flodoar. Sidon. *Fortificare*.

Pulpitum, locus ante ſcenam editior, in quo actores prodibant altius orcheſtra, & inferius ſcena. Item, ſuggeſtus, & quicunque locus editus: vnde legitur. Analogium, lectium, & in orcheſtra, vbi chorus canit, *pulpito, leggio*.

Puls, tis, victus antiquiſſimus ex farina, aqua, melle, caſeo, & ouo, decoctus, *polenta*.

Pulſare, agere, in ius vocare. Symm. Cod. Il. antiq. Pulſitare, ſæpè pulſare.

Puls fritilla, ea fortaſsè, quam nos Frittellas, nuncupamus. Salmas.

Pulſatilla, herba florifera. H.p.

Pulſatulum, inſtrumentum quo pulſatur. Apul. Lex. Phil.

Pulſo, as, pulſare, ſæpe cædere. Pulſito, as.

Pulſator, qui pulſat. Pulſatio. Pulſans, qui pulſat, *Chi batte*.

Pulſula, æ, puſtula, ampulla.

Pul-

Pulſus, us, impulſio, motus, arteriarum motus. Pulſatiles venæ, *Arterie, o polſi*. Pulſus, ejectus.

Pultare, pulſare vt, Mertare, merſare, antiq. frequent. ſæpè pulſare, & ſæpè mergere.

Pultarium, pultorium, pultarius, vas in quo pultes. Pultarius. Salm. *Vaſe da cuocer la polenta*.

Pultiphăgus, p. c. pultiphagonides, appellatus Romanus quod illi olim non pane, ſed pulte viuerent. Plaut. *Mangia polenta*. Item, Carchedonius. Pœnus. Plauto.

Pulticula, parua puls. Colum. *Polentella*.

Puluem, puluerem. Laber. antiq.

Puluer, puluis, pro puluis. Supp. *Poluere*.

Pulucrat, pulueris eſt plenus, Plaut. puluerulentum, puluereum, puluerum, Tertul. puluere plenum, *Poluerolo*.

Puluero, as, in puluerem redigo, puluerem facio.

Puluueratio, culturæ genus, quo glebæ imminutæ vitibus applicantur.

Puluueratica, honorarium quod datur agrimenſoribus pro labore, & puluere.

Puluerariçum, donatiui genus, quo quidem nomine, binos ſolidos dari ſeruis, qui ſe militiæ offerunt Imperatores iubent. Cod. ll. antiq. Frontin.

Puluueraticum, puluueratica, honorarium, quod quaſi pro labore, & puluere agrimenſoribus datur. Cuiac. Lex. Phil.

Puluero, as, occo glebas maiores, comminuo, *Arpegare*.

Puluicinare, pluicinare, pluitare. Iſid. gloſ. *Piouigginare*.

Puluillus, puluinus, quaſi pluminus lectulus exiguus, lanâ, tomento, aut plumâ plenus. Item, areola, è terrâ elatâ inter duos ſulcos in hortis. Puluillulus, puluinŭlus, diminut. *Piumacetto*.

Puluinar, p. p. puluinarium, quod căpiti dormientis ſupponitur, *Guanciale, coſcino*. Item, lectus in templis ſterni ſolitus, culuinarium. Puluinus, *Guanciale*. Puluini, machinæ, quibus naues in portum ſubducuntur. Cath.

Puluinarum, ſubtumens ad ſimilitudinem puluini factum, *Approdato, o come piumacetto*. Vitr.

Puluini, machinæ, quibus naues deducuntur, & ſubducuntur in portum. Iſid. Pont. Dial.

Puluiniceria, arcæ mortuorum. Iſid. gloſ. *Cataletto*.

Puluinum, locus in hortis, vbi in meridie deliciarum causâ homines iacent.

Puluinus, vnde, puluillus.

Puluis, puluer, notum, *Poluere*. Puluis eruditus, Mathematica diſciplina. Cic. pŭluereum, puluerulentum, puluere plenum, *Poluerolo*.

Puluis, apud medicos fit ex ſeminibus, radicibus, & mineralibus, leuiſſimè contuſis addito ſaccharo. Gorrh.

Puluiſculum, puluiſculus, exiguus puluis, & dentifricium comminutum.

Puluix, minuta pluuia, vt puluis; vnde, puluicinare. Lex. Phil.

Pulus, puer quem quiſque amabat. Arnob. pullus, vide.

Pumex, ĭcis, lapis cauernoſus ad corpora læuiganda idoneus, *pomice*. Pumicōſum, pumiceum, pumicis naturam habens; *Di pomice*.

Pumicāre, pumice polire.

Pumicator, qui pumice polit.

Pumicātum, pumice politum, *pomicato*.

Pumicei oculi, qui flere nequeunt, illacrymabiles.

Pumiceum, ex pumice, *Di pomice*.

Pumico, as, p. c. pumice polio, *pomicare*.

Pumicŭlus, pumicellus, paruus pumex, *pomicetto*.

Pumilio, ōnis, pumilo, pumilus, pumilius, nanus, humilis, *Nano*. Pumilior.

Pumĭlus, mollis, atque eneruus. Apul. Item, nanus, pumilio; vide.

Punacia, radix ſalutaris. Pap.

Puncalo, pugio, *pugnale*. Cor. pret. Lex. b.

Punctariolæ, leues pugnæ. Cato. Feſt.

Puncta, æ, ictus, qui punctum infertur, vt Cæſa, cæſim. Veget. Lex.

Puncta, Hebræis, vocalium ſigna. Lex. Phil.

Puncta, commoda, & ſalaria. militiæ. Adpunctatur, cui ſalarium conſtituitur. Diſpungere donare, gloſſ. vett. Salm.

Punctator, qui punctat, & notat abſentes, Barb. vox.

Punctare, puncta facere. Item, ſæpe pungere.

Punctim, per punctiones. Cæſim: contra, *Di punta, di taglio*.

Punctio, punctura, punctiuncula, punctum, & punctus, punctim, pungendo. Pungens, à pungo, is: vide. Punctor, ōris, qui pungit.

Punctiſtitium, puncti ſtatio, vt Solſtitium. Vide.

Punctorium, quo pungimus, *puntaruolo*.

Punctum, tempus momentaneum. Lucr. puncta, ſuffragia. Sidon.

Punctum, punctione factum: punctura, ſignum in

in scripturâ stilo factum. Quod in magnitudine indiuiduum. Res parua. Tempus, suffragium, fauor. Lex. Phil.

Punctus, us, actio pungentis, & punctum. Nota pungendo facta. Lex.

Pungium, punga, facculus, pera, *Bolgia*.

Pungo, is, aculeo fodio. Pungere, pungito, sæpe pungo, *pungere spesso*.

Punicani lecti, humiles, parui. Glossæ, vett. Pap. Isid. à punis, seu pœnis allati. Lex. Phil.

Puniceum, punicum, phœnicum, rubrum, rutilum.

Puniceum, punicum, phœniceum, rubrum, *Rosso*.

Punico, as, puniceo colore sum, rubeo. Apul.

Punicum, malum, *pomo granato*. Punicans, puniceus. Apul. punicum, libum suauissimum. Item, probum. Fest. punica fides, perfidia.

Punio, is, pœnâ afficio. Punire, punitio, punitor, qui punit, *punitore*. pœnio, antiq.

Punus, pœnus.

Pupæ, pupi, puellæ, puelli. Item, simulacra puellarum lanea, lineaue vestita. Var.

Pupãre, crescere. Pap.

Pupilla, æ, pupũla, p.c. in oculo, *pupilla*. Item, parua pupa. Lamb. in Hor. *puttina*.

Pupillaris, ad pupillos spectans, *pupillare*.

Pupillo, as, pupillum facio. Item, vocem pauonis assimulo.

Pupillus, quasi paruus pupus, infans, sine patre, tutore indigens, *pupillo*.

Pupior, iunior, iuuenior. Sup. *più giouane*.

Pupones, puones, stolidissimi, inepti. Marcel. Dom. *Balordi*.

Puppis, posterior pars nauis, *poppa*.

Pupũla, pupilla, vide. Item, parua pupa. Cath. *pupilla*.

Pupũles, populus arbor. Supplem. antiq.

Pupũlus, paruus pupus. Catul. *puttino*. populus.

Pupus, pupũlus, paruus puer, *Fanciullino*. Pupũla, pupa, parua puella, *Fanciullina*. pupus, a, um, paruus.

Pura, vestimenta sacerdotum sacrificantium, non obsita, non fulgurita, non funesta, aut maculata. Fest.

Pura cœna, quâ fungebantur cum in Casto essent, non autem ea, quæ absque animatis pararetur. Lex. Phil.

Pura vestimenta, erant sacerdotum. Fest.

Purãre, a puro, vt: piare, à pio. Scal. *Purificare*.

Purè lautum, aquâ purâ lauatum. Luc.

Purgamenta, quę à puerperâ post fœtum, & secundas exeunt per vterum. Lex. m.

Purgamen, purgamentum sordes, *Immondittia*. Purgatorium, ignis purgatorius.

Purgator, qui purgat. Purgatorius, qui purgat. Purgabile, quod purgari potest.

Purgatio, actus purgandi. Item, deprecatio. Rh. Item, vacuatio humorum, Medicis.

Purgo, as, sordes, aufero, excuso. purgare, purgito, as, sæpè purgo, *purgar spesso*.

Puri probi, profani, sui auri, idest, non spurci excocti, non sacri, non alieni, dictum in manumissione. Fest. Lex. Phil.

Purificatorium, lineum, quo manus, & calices absterguntur inter sacra. Gauant.

Purifico, mundo, purum facio. purificatio, purgatio, *purificare*.

Puri menstruo, qui toto mense sacrorum causâ in ceremoniis sunt, & certis rebus abstinent, Fest. Turn.

Purimè tetinero, purissimè tenuero. Fest. antiq.

Puriter, purè. Non. puritas, munditia, castitas, *purità*.

Puriter facere, sanctè sacrificare. Lex. Phil.

Puritia, puritas, Varro, Non.

Purito, emendo, gloss. g. b. purifico, mundifico, *Mondare*.

Puto, as, mundo; vnde, Impuro, depuro, p. p. &c. *purificare*.

Purpura, piscis ex concharum genere, ex quo succus ad tingendas vestes, *ognella*. Rond.

Purpura, concha marina, & color inde factus, pannus purpureus, magistratus.

Purpurarium, quod ad purpuras pertinet. Purpurarius, purpuræ diuenditor. Purpuraria.

Purpuramentarium, seu Caniculus, vbi purpuramentum seruatum quo Imperatores soli vsi in scribendo, Procop.

Purpurascit, purpurei fit coloris. Cic.

Purpurasco, purpurâ niteo, *Risplendere di porpora*.

Purpuratus, purpura ornatus. Purpurare, purpura inficere, *Imporporare*. Item excellens.

Purpureus, purpuræ colorem referens. Item, nitidus, splendidus, *Di porpora, porporino*.

Purpurificium, locus in quo purpura conficitur.

Purpurilla, locus extra portam, quo purpurea veste vterentur. Isid.

Purpurissum, purpurissa, color fictitius pictorum. Item, fucus meretricum. Purpurissare, purpurisso inficere labra, & genas, *Co-*

lor

lor finto di porpora.

Purpurites, lapis rubeus candidis punctis distinctus. Isid. Porphyrites.

Purpūro, as, nitescere facio, purpuræ colorem induco, *Imporporare*. Purpurasco, niteo purpura.

Purrhichārij, pyrrhicharij, qui pyrrhicham saltant, *morescanti*.

Purulentia, puris tumiditas, aut plenitudo. Purulentum, pure plenum, *pieno di marcia*.

Purulentè, purulenter, impurè, *Sporcamente*.

Purus, mundus, sine sorde. Purè, castè, religiosè. Purimè, pro purissime, antiq. Purum, cœlum, aër.

Pus, puris, purulentia, sanies, & quicumq; humor in putredinem versus, *Marcia*.

Pusa, puella. Pusi, puelli. Palm. *Fanciulli*.

Pusca; vide posca, puscūla. Cath.

Pusillanimus, qui est animi pusilli, *Di poco animo*: contra, Magnanimus. Pusillanimitas.

Pusillitas, pusillanimitas. Sup. Tertul. pusillus, in corpore, pusillus homo: Breuis, in natura, vt dies breuis, &c.

Pusillus, paruus pusio, paruulus, *Picciolino*.

Pusillōsus, pusulis laborans, seu sacro igne. Colum. Pusulosus melius.

Pusingo, stimulo. Sup. *punzecchio*.

Pusinnus, pusillus, antiq. Salm.

Pusio, ōnis, paruus puer. Pusus, pusio, puer, *Fanciullo*. pusa, puella, *Fanciulla*. Pusiunculus.

Pustella, pustula parua. Cath. Suppl.

Pusterūla, porta parua. Voc. eccl. *portella*.

Pustūla, pustella, pusūla, tuberculum in summitate cutis nascens, *Broffola*. parua pustula.

Pustulæ, variolæ, varoli, hydatides, exanthemata, *Vaiuolo*. Pustulōsus, pustulis plenus.

Pustulātum, pusulatum, pustulis plenum. Pustulatum argentum, excoctissimum, & cælatum.

Pusūla, tumefactio leuis vi ignis nascens. Hecta, in pane, *Vescichetta*. Poll. Item, morbus, Ignis sacer dictus, *Fuoco sacro*, *ò di S. Antonio*.

Pusulātum argentum, pustulatum, purum à pusula, *Copella*.

Pusulōsus, pusulis laborans, pusilosus, *Chi ha il fuoco sacro*.

Pusullōsus panis, qui intumet, hectas tollens.

Pusus, puer. Lex. Phil.

Puta, videlicet, nempe. Item, verendum muliebre. Lex. Phil.

Putacilla, sputum. Supplem. antiq. *Sputo*.

Putāmen, cortex, & purgamentum cuiusque rei, *Ritaglio d'ogni cosa, ogusci*a.

Putana, meretrix. *Putana*, Lex. g. b.

Putatio, arborum emundatio, resectio in vitibus. Item, æstimatio, *putio*. Cath.

Putātor, qui arbores putat, *putatore*. Putatoria falx. putare, disputare. Plaut. Vide, Puto.

Putatiuum, porcellum. putatiuus pater, qui ita putatur, etsi non sit.

Putatiuus, a, um, opinabilis.

Putea, putei. Varro.

Puteal, puteorum operculum, *pozzale*. Item, locus in Comitio, sedes Prætoris, vbi ius dicebat. Item, sedes fœneratorum.

Putcāle, puteanum, putearium, ad puteos spectans, *Di pozzo*.

Putearius, qui puteos fodit, *Canapozzi*.

Puteo, es, putesco, fœteo, *puzzare*. putidum, mali odoris, putre. putidè, putidulus, putidiusculus, aliquantum putidus, *Alquanto puzzolente*.

Puteolanus puluis constans alumine, bitumine, & sulphure. Philand. Vitr. *pozzolana*.

Puteoritæ, qui puteos colunt, in altum fodientes, deq; eis haurientes, quasi aquam salutis, & in eis sperantes. Philastrius.

Puteolus, paruus puteus, *pozzetto*.

Puteus, omnis fons, non omnis fons puteus, *pozzo*. Locus in terra aquam viuam continens.

Puticūli, puticūlæ, communia sepulchra miseræ plebis, vel quia in puteis olim, vel quia putrerent, extra Exquilias.

Putida oratio, & pæminosa, obsoleta, & mali odoris, *Affettata, puzzolente*.

Putidum, fœtidum, *puzzolente*. putidulum, putidiusculum, aliquantum putidum, *Alquanto puzzolente*.

Putidè, insuauiter, *Affettatamente*.

Putidus, insuauis, *Affettato, puzzolente*.

Putilla, puta, pars pudenda in fœminis. Salaputius, libidinosus.

Putillus, putidus, vel pusillus, *puttino*. Scal.

Putis, putris. Lucr. *putrido*.

Putiscere, putescere, fieri putidum, *Puzzare*.

Putitus, stultus. putitior, stultior. Plauto, Fest.

Puto, as, inutilia ex arboribus reseco, *potare*. Item, cogito, *pensare*. putio, putatio, Cath.

Putor,

Putor, ōris, putredo, fętor, corruptio, *puzzore*. Cato.
Putorius mustelæ genus maximè putidum.
Putre, putris, quod putret, solubile.
Putrefacio, putridum facio, *Corrompere*.
Putret, fœtet, putridum est. Pac. Putrescit, putrebit, *marcirsi*. Putre, fętidum, *Puzzolente*.
Putricauus, carie exesus, excauatus, *Consumato da tarle*.
Putrilago, putredo. Tilman. *putredine*.
Putror, oris, putor, putredo. Lucr. Putribile, Putridum, Putre, quod putrescit. Putriditas, Putrēdo.
Putrulenter, putridè, *puzzolentemente*. Cath.
Putulentum, putore plenum, *puzzolente*. Putulentia, fętor.
Putus, purgatus, purus. Item, paruus, puer. gloss. Putum argentum, expuratum, excoctum. Putissima, oratio, putissima.
Purus, potus, puer. Scal. in catalect.
Putziodorum, nauigium Venetum. Bucentoro. Lex. g. b.

P Y

Pyanepsia, festa Athenienſium Apollini sacra, ramum oleæ gestantium cum pomis, Eresione, dictum.
Pyanepsium, mensis October cum fabas coquebant Pyanepsiis festis, & alia legumina.
Pycne, Prætorium, aut concio, Athenis, Suid.
Pycnisis, verba secum. Lex. Phil.
Pycnocindynus, frequenter pericula subiens, *Chi spesso si mette à pericolo*.
Pycnocomus, cui densa coma. Item, herbæ nomen catharticæ. H. p.
Pycnogonatus, densis geniculis constans.
Pycnoma, spilliamentum. Pycnos, densus, spissus, *Spesso*.
Pycnon, densum. Item, dimensio ab ancone ad digitos si eos contraxeris. Pychon, pygon. Pycnosis, densitas.
Pycnophthalmus, crebros oculos habens, *D'occhi spessi*.
Pycnophyllus, densa folia habens, *Di foglie spesse*.
Pycnorrhyzus, crebras habens radices, *Di molte radici*.
Pycnosarcus, densas carnes habens, *Di carne spessa*.
Pynospōrus, densè seminatus, *Seminato spessamente*.
Pycnostylus, p. c. ambulacrum cinctum densis columnis. Vitr. *Colonnato spesso*.
Pycnotica, medicamenta spissantia, densantia. Tiraq.
Pyctatium, pyctatium, album, seu tabula dealbata, in quâ nomina iudicum selectiorum, *Matricola*. Item, breue commentariolum, *Ristretto, compendio*.
Pyctale, pugilum certamen. Cæstuum certamen. Seru. Firmic.
Pyctes, pyctapu, gil. Pyctium, locus pugillatui destinatus.
Pycticus, pugilum magister.
Pyctides, phorminges, pariambus, &c. vestimenta Musica. Poll. pyctis, tabella complicatilis.
Pyctomacharius, pugilatu pugnans. Firm.
Pyctomăchus, pugil. Pyctale, certamen, *Pugna*.
Pyelon, ahenum, lebes, *paiolo*. Monos.
Pyelus pyelis, anuli pars caua, vbi gemina. Item, alueus, in quo quippiam lauatur. Item, cauitas in cerebro per quam pituita defluit in palatum. Patina grandiuscula. Lex. Phil.
Pyga, cauda virilis, seu nates, clunes; vnde, Melampygus, nigras habens nates, Hercules dictus. Item, foramen per quod calculi in vrnam mittuntur.
Pygargus, aquilæ genus à caudâ albicante. Item, capreæ syluestris. Gesn. Item, nates albas habens, effœminatus, & in Venerem pronus. Rh.
Pygiaca sacra, pygiciaca, Venereus vsus quod tunc clunes agitentur. Petron. Comm.
Pygista, pædico. Philopygista. Vide.
Pygisma, pædicatio. Pygistes, pędico, verbum obscęnum, Pygista.
Pygma, pugnus, *pugno*.
Pygmachia, cæstuum, seu pugnorum pugna.
Pygmares, pugnis pugnantes, pugiles.
Pygmares, medium genus inter pugiles Græcorum, & gladiatores Romanorum.
Pygmeus, explens pugnum, nanus, pusillus, pumilio, *Nano*. Cubitalis.
Pygolampas, lampyris, cicindela, insectum, *Luciola*.
Pyla, porta; vnde, Thermopylæ, Grecię claustra. Item, columna ex lapide quadrato, aut ianua ex laterculis.
Pylæ, fauces, & aditus montium. Buleng.
Pylæa, conuentus Amphictyonum ad Thermopylas. Item, locus, vbi legati sedebant.
Pylæstati, viles homines Circenses, triuiales, Rh.
Pylætis, Minerua dicta, quod in portis vrbium pingeretur. Pyleæus, qui est extra portas.
Pylagoræ, legati è singulis Græcorum ciuitatibus ad Amphictyonum consessum missi.
Pylartes, habens portas validas, & benè compactas, *Di buone porte*.

Pyleones, corollæ. Poll.

Pylorium, domicilium, cella ostiarij, *Stanza del portinaro*.

Pylorus, p.p. meatus ventriculi inferior per quem excrementa ventriculi in intestinum emittuntur, qui ianuam custodit.

Pyluchus, portas sustinens, *Che sostiene le porte*.

Pylurus, portę custos ianitor Vrbis, portarum custodiæ prǫfectus, *Guardiano della porta*.

Pylus, calus clauus. Lex. m.

Pynathes, lac igne densatum. Onom. m.

Pyndax, manubrium gladij, *Manico della spada*.

Pyon, pus, vlcus, *Marcia*. Pyulcum, instrumentum puri extrahendo, *Cauamarcia*.

Pyopœa, medicamenta pus mouentia Pyopœus, pus mouens, suppurans.

Pyorrhœa, pure fluentia, *Che scaturisce mo marcia*.

Pyos, primum lac à partu, colostrum, dictum. Item sanguis putrefactus, aut concretus.

Pyōsis, onyx, suppuratio, puris collectio in nigro oculi, cum plegmone iuxta Iridem. Lex. med.

Pyr, piros, ignis febris; vnde multa composita. Vide.

Pyra, rogus, lignorum strues ad corpora cremanda, *Catasta di legna*.

Pyracantha, scolymus, seu carduus. Dioscor.

Pyracmon, ignaria incus, nomen Cyclopis, quasi ab incude ignitâ nunquam recedens.

Pyractosis, actio ipsa in igne versandi.

Pyrenæus, vas ad ignem ferendum, *Vase da portar fuoco*.

Pyrăgra, forceps, quâ ignita tenemus, aut ex igne demimus, *Tanaglie da fuoco*.

Pyrălis, p.c. auis genus. Pyrantes, lampyris, nitedula, cicindela, insectile volans, *Lucciola*.

Pyrallis, columbæ species. Ignaria, frugipeta. Iun.

Pyrama, lacrymæ genus ex arbore metopio nascens. Plin.

Pyrămis, p. c. moles lapidea lata in acutum tendens, instar ignis, *Piramide*. Item, figura solida ab vno plano, ad punctum collecta. Eucl. Item, meta.

Pyramidātus, in formam pyramidis extructus.

Pyramidŭla, diminu. parua pyramis, *Piramidetta*.

Pyrămon, placenta ex tritico, & melle, prǫmium datum totâ nocte vigilantibus in symposijs. Athen.

Pyranum, foculus mensarius, quo prunas ferunt.

Pyrophŏrus, qui prunas fert. Poll.

Pyraster, pyrus syluestris, *Peraſtro*.

Pyratium, locus vbi pyri nascuntur, vel potus ex pyris, Pyraceum.

Pyratum, potio facta ex pyris, *Beuanda di pere*.

Pyraulica organa, bombardæ ignem emittentes. Bud.

Pyraulica cantio, resǫnsans choraulicis tibijs. Diom.

Pyraulis, pyralis, pyrausta, animal ex igne nascens & circa ignem volitans.

Pyraunum, pyrophŏrum, foculus mensarius, quo prunę in mensam feruntur ferculis calefaciendis, *Scaldauiuande*.

Pyrausta, pyraulis, animal pennatum, magnitudine muscæ, in igne nascens, & viuens. Item, aranei species. Plin.

Pyrecbŏla, ignem iaculantia, quęcumque instrumenta bellica ignita, *Che buttano fuoco*.

Pyrēnes, p.p. ossicula nuclei lignei in pomis.

Pyren, gemma similis nucleo oliuæ, nucleus.

Pyrenĕmus, ignem ventilans.

Pyrephŏrus, triticum ferens, *Porta grano*.

Pyrĕthrum, p.c. herba salualis, linguam adurens, mordicansque in asperis nascens. H.p.

Pyretus, p.c. febris ab igne dicta: sic febris, à feruore, *Febre*.

Pyreuma, inflammatio, vstio. Lex. Phil.

Pyreus, p. c. qui ignes subijcit, *Chi attizza il fuoco*. Incendiarius.

Pyrgiscus, armarius in turris similitudinem. *Armario in foggia di torre*.

Pyrgobăsis, turris munita, domus in modum turris, *Casa forte*.

Pyrgomăchus, è turri pugnans, *Chi combatte di torre*.

Pyrgopolynices, p.p. homo instar turris, & multæ victoriæ, *Huomo grande, e vittorioso*.

Pyrgŏchi, in naui cataphractâ ligna, quæ turres sustinent. Pyrguchus, pyrgophŏrus, turrim sustinens, aut portans, *porta torre*.

Pyrgus, turris, quòd fulgureis ignibus feriatur. Item, vasculum in turriculæ formam factum, ex quo tali in alueum conijciebantur. Orca, Fritillus dictus. Item, militaris ordo quadringentos milites continens.

Pyria, sudatio sicca, vaporarium ad sudorem ciendum, *Stuffa secca*.

Pyriasis, fomentum contra febrem. Pyriama. Lex. med.

Pyriathes, lac coactum igne sine coagulo, vt est Colostrum. Pyriatum.

Pyriaterium, Laconicum, cella caldaria, testudo, vbi vapor siccus egreditur ad sudorem ciendum, *Stuffa secca*.

Pyribius, igne viuens. Pyribia, animalia igne viuentia. Suid. *Che viuono nel fuoco*.

Pyricausta, igne imbuta, & potissimum in aquâ

aquâ feruenti. Manar. *Scottati*.

Pyricrotăphus, ferrum igne elaboratum, *Ferro lauorato al fuoco*.

Pyrilampis, noctiluca, cicindela, *Lucciola*.

Pyrimăchus, p.c. feruens in pugnâ, lapis, qui ab igne expugnatur tantùm, *Ardente nel combattere*.

Pyrion, igniarium, constans silice, & chalybe, *Accialino, focile*.

Pyripnous, ignes spirans, *Chi manda fuori fuoco*.

Pyriphlegeton, ignes, & incendia voluens. Tertul. *Che porta fuoco*.

Pyriphleges, homo valde calens, & febriens. Gorr.

Pyrites, p.p. lapis igniarius viuus, ex quo educitur ignis. Item, lapis æris similis, *Marchesita*. Item, lapis molaris, quod sepè ignem eliciat. Pyrodes. Item, triticeus.

Pyrius, puluis, nitratus, *Poluere d'archibuggio*. Scal.

Pyrobŏli, p.c. tormenta ignem emittentia. Pyrobŏlus, ignes iaculans, *Botta fuoco*.

Pyrocŏrax, p.c. auis luteo rostro. Pyrrhocorax.

Pyrois, ignitus, Martis stella, ab igneo colore dicta.

Pyrois, nomen equi solis.

Pyrola, herba florifera, beta syluestris. H.P.

Pyrolăbes, forceps, quod ignita rapiat. Pruniceps, forceps igniaria prunas capiens, *Tanaglio da fuoco*.

Pyromantes, vates diuinans ex igne. Pyromantia, p.p. diuinatio per ignem.

Pyrolophi, lora ab vitulatis recisa corijs. Rh.

Pyrophŏrus, ignifer. Item, frumentum ferens. Item, foculus mensarius, *Caldanino*.

Pyropŏla, p.p. tritici venditor, *Venditor di grano*.

Pyropus, p.p. carbunculus, amethystizon, dicta, carbunculus, ab igneo colore, *Rubino, carbonchio*. Iun.

Pyrorrhages, frustum camini, ignis vi rescissum: sumitur pro prodigo rerum suarum. Suid.

Pyrotomia, messis tritici, *Raccolta di grano*.

Pyros chamelæa, ignis fauilla, herba vrens. Lex. Phil.

Pyrōsis, exploratio, quæ per ignem fit, coctio ad ignem.

Pyrotes, qui igni excoquit.

Pyrotica, habentia vim inflammandi. Dioscor. Tiraq. *Cose che infiammano*.

Pyrphŏri, lampadophori. Vide.

Pyrphŏrus, sacrificulus, ignem inferens altaribus. Item, instrumentum prunis ferendis aptum, dictum. Pyranum. Vide Rh.

Pyrrhias, serpens sic dictus à rubro colore. Item, nomen proprium. *Rubicella*.

Pyrrhicha, Enoplia, saltatio Græcanica, facta ab hominibus armatis, *moresca*.

Pyrrichārius, pyrrhichistes, armatus saltator, *Morescante*.

Pyrrhichius, pes metricus constans duabus breuibus.

Pyrrhocorax, coruus rostrum habens rubrum, *Corno dal becco rosso*.

Pyrrhonij, philosophi, nihil decernentes. Lex. Phil.

Pyrrhopœcilus, marmoris genus, punctis igneis distinctum, Syenniticum, dictum, quod circa Syenen nasceretur.

Pyrrhotrĭchus, rufos habens pilos, *Di capelli rossi*.

Pyrrhus, fuluus facie, siue oculis igneis, *Di faccia rossa*. Item, nomen proprium.

Pyrsia, significatio quæ fit accensis, & sublatis facibus, *Segno fatto col fuoco sopra le torri*.

Pyrsophŏrus, vas ad prunas ferendas. Bayf. *porta fuoco*.

Pyrsos, ignis, facula, *Facella*. Item, festum anniuersarium Argiuorum, quod salutem fuerint consecuti facibus è longinquis speculis prælatis.

Pyruntes, trutæ. Athen.

Pyrus, arbor, *Pero*. Pyrum, fructus notus, *Pera*. Pyrum acidulum postautumnale, accidulo sapore iucundum. Amerinum, seriſſimum omnium. Ampullaceum, collo ampullæ instar tumidum. Cucurbitinum, p.c. ab oblongâ cucurbitæ figura. Crustumianum nos, *Ghiacciuolo*. Dolobellianum, longissimi pediculi. Hordearium, ab odoris fragrantia. Librāle, à ponderis amplitudine. Mammōsum, Pomponiānum, à rotunditate. Regium, minimo pediculo, &c. Iun.

Pysma, quæsitum, quæstio. Pysmatica, percontatoria, *Interrogatorij*.

Pystis, auditio, fama.

Pytacia, frusta corij resarciendis calceis idonea, *Taccoui*. vide, Pittacium.

Pythagŏras, qui vetera dicit Pythio oraculo. Pythagoræum, pythagoricus.

Pytagorizussa, Pythagoræ discipula.

Pythanance, ex necessitate persuasio.

Pythaulæ, qui Pæanes in honorem Apollinis in vrbe Pytho tibijs canebant.

Pythaules, Pythicas inflans tibias, vtricularius, *Suonatore di piua*.

Pythia, Phœbas, quæ oracula dabat. Item, festa Apollinis Pythij.

Pythicorum ludorum quinque partes, 1. Pira, cum Apollo draconem aggressurus locum circumspiciebat. 2. Cataceleusmus, cum draconem lacessebat, 3. Iambicum, cum pugnabat, 4. Spondeum, cum victoria repræsentabatur, 5. Catachoreusis, cum Apollo ad victoriæ carmen saltabat, quod Polluci est Epinicia. Franc. Luis. Lex. Phil.

Pythicum, auleticum nomen, cuius partes quinque. Rh. Pythicum, carmen in honorem Phebi.

Pythij, qui Delphos ad consultandum Phœbum ibant. Rh.

Pythius, à Pithone occiso, Apollo dictus.

Pythionices, p. p. Pythiorum ludorum victor: paradoxus, dictus, idest supra hominum opinionem. Vuolf.

Pythisma, pytisma, lenis sputi irroratio, *Sputaiola*.

Pythius, Apollo à Pythone serpente dictus. Pythium, Delium, ara, templum Apollini dicatum. Pythius, a, um.

Pythodicus, de iure certior factus. Plaut.

Pythomantæ, Apollinis vates. Pythomantia, oraculum eius.

Pythomantes, vates pythicus, *Indouino*.

Python, draco interfectus ab Apolline: vrbs & oraculum ibi constitutum. Pythonico spiritu afflatus. Lex. Phil.

Pythonici, pythones, spiritu Pythonico correpti, *Spiritati*.

Pythonicum, ad Pythonem pertinens.

Pythonissa, mulier spiritu diuinatorio correpta, *Spiritata*.

Pythonoscõme, locus in Asiâ, quo primo aduentus sui tempore conueniunt eiconiæ; & eam quæ vltimò aduenit, laniant. Plin.

Pytilissare, summis pedibus ingredi, alterâ manu retrorsum, alterâ prorsum protentâ, exercitationis, gratiâ, *Andare in punta di piedi*.

Pytina, lagena vini viminibus obducta, *Fiasca di vestimi*. Poll.

Pytisma, lenis sputi irroratio. Pytismus, eiaculatio.

Pytismata, quæ ex poculis in pauimentum abliduntur, vt resonaret, Cottabronum Græci dicunt.

Pytissare, expuere, gustare, quasi cum quadam probatione expuere. Salm. vide, Pitisso.

Pytmena, in malis, & mespilis vmbiliei, & cauæ lacunæ, vbi flores, & flocci. Onom. m.

Pyttacium. Vide, Pittacium.

Pyulca, medicamenta puris attractiua. Lex. med. *Cauamarcia*.

Pyulcus, instrumentum chirurgicum ad pus extrahendum. Pyulcon, siringa. Lex. med.

Pyxacantha, medicamentum à buxo dictum, cui similis est folio.

Pyxacanthum, frutex spinosus, quasi buxa acanthus. Pyxos, buxus.

Pyxidãtus, in formam pyxidis efformatus, *Fatto à foggia di bussola*.

Pyxidicũla, parua pyxis, *Bussoletta*.

Pyxis, idis, vasculum exiguum, è buxo, vnde dicta, *Bussola*. Item, vas in quo sanctissimum asseruatur.

Pyxion, tabula, quâ vsi scriptores, & pictores dictum, pinacidium. Pinax: antiquitus enim elementa in buxo formabant.

Pyxionyx, aristolochiæ clematidis nomen. Pyxionos, buxus asini. Lex. Phil.

Pyxos, buxus, vasculum, *Bossolo*. Monos. Pyxidium, pyxidicula, parua pyxis, *Bussolino*. Monos. Pyxidatus, ad pyxidis effigiem formatus.

Notæ Antiquorum.

PIn notis antiquis, pupillus, posuit, pes; Publicus. P.A. pluuiæ arcendæ. PACE P.R. Pace Populi Romani. P.ÆL.AVG.LIB. Publius Ælius Augusti Libertus. PAL. Palmensi. PAR. parentum. PARTH. Parthicus, PAT. patritius. PA.DIG. patriciatus dignitas. P.C. Pactum conuentum. Patres conscripti, pecunia constituta. Præfectus castrorum. P.D. publicè dedit. PCP. principem.

P.E. potest esse. PEC. peculium, pecunia, PERT. Pertinax. P.F. Publij filius, vel patris, potest fieri. P.E. positus est. PE.F. publicè fecit.

P.H.C. Publicus honor curandus. P.H. positus hic. P.FM. pater familias.

PICEN. Piceni. PIET. pientissimus. P.IR. populus, vel publicus irrogauit. P.I.R. Populum iure rogaui. P.IV. principi iuuentutis. PD. DC. pondera duodecim.

P.L. Publij Libertus PLB. vel PL. plebis. PLEBS. VRB. & HON. V. Plebs vrbana, & honore vsi. P.M. Principi militum, Pontifex. Maximus.

PO.RO. Populi Romani. Pom. Pompeius. PON. M. Pontifex Maximus. Pop. populus. POSTH. Posthumus. POT. potestas.

P.P. Pater patriæ, pater patratus. P.P.P.P.ES.S.S.S.E. V.V.V.V.V.V. F.F.F.F. primus pater patriæ profectus est secum salus sublata est, venit victor validus vincens vires vrbis vestræ, ferro, fame, flammâ, frigore, P.P. HIS. C. Præses Prouinciæ Hispaniæ citerioris.

P. Q. postquam. PP. C. vel P.C. Patres conscripti. P. P. P. B. M. pietatis plenus posuit benè merenti. pace populi Romani.

P.R. Populus Romanus. PR. Prætor. PRÆ. VIgil. Prætor vigilans. PRÆ. VRB. præfectus Vrbis. PRÆ. PRS. præfectus præsidij. PRÆF. VR. præfectus Vrbis. P. EX. R. post exactos reges. PRID. NON. APR. vel K. pridie Calendas. PROC. proconsul. PROCOS. proconsul. PROCC. proconsules. PRON. pronepos, proneptis. PROPRÆ. proprætor. PR. S. prætoris sententia. PR. VR. Prætor vrbanus. PRS. præses. PRSS. præsides. PRS. P. præses provinciæ. PR. K. pridie calendas. PR. PR. præfectus prætorij.

P.S. posuit sibi PS. plebiscitum. P.S.F. publicè sibi fecit. P.S.F.C. publicæ saluti faciendum curauit, vel proprio sumptu faciendum curauit. P S C. plebiscita. P.S. ET S. posuit sibi, & suis. P.S.T.Q H. præcipito sumito, tibique habeto.

PV. pupilla. PVB. publicus. P. V. D. pro voto dedit P. V. E. populo visum est. P. X. pedes decem.

π. pandectæ, seu digesta, ff.

Q

Littera ignota antiquis, pro quâ, C. anticus, pro, antiquis: cotidie, pro, quotidie, &c.

QVA

Quâ, quâ, tum, tum; Qua cum, cum quâ.

Quactum, coactum, coagulatum. Pap. Isid.

Quactum, quasi coactum, & coagulatum, Isid.

Quacumque, per quamcumque partem, *per ogni parte*.

Quadamtēnus, p.c. vsque ad quandam partem, *Fino a una certa parte*.

Quadra, æ, panis frustum, quod olim panes quadrati: vel instrumentum stamneum, argenteumve, super quod dapes olim sciffæ, aut appositæ quadratâ formâ, *Quadro, tagliere*. Vasculum quatuor angulorum, orbis escarius.

Quadra, mensa escaria, quia olim, vt modo, quadrata.

Quadra, duo minuta. Isid. gloss.

Quadragenarius, natus annos quadraginta, *Di quaranta anni*. Quadragēnus, quadragesimus, vnus ex quadragenario. Quadragesima, quarta pars. Quadragies. Quadraginta. Quadragesima, vectigal de litibus. Item, ieiunium sacrum dierum XL. quadragintadiale ieiunium, Carnispriuium.

Quadragintadiāle, quadraginta dierum, *Di quaranta giorni*.

Quadrangŭlus, quatuor habens angulos. Item, homo perfectus, *Di quattro canti perfetto*.

Quadrans, duo minuta, quarta pars assis, vncię tres, mensura quatuor cyathorum. Item, ponderis, operis, iugeri, quarta pars. Quadrans vectigalis, portio tributi. Vuolf. Quadrantāle, quadrantarium vile, & ad quadrantem spectans.

Quadrans summa, in quâ nihil excurrit, æqualis accepti, & expensi: contraria est summa excurrens.

Quadrantal, amphora dicta. Item, figura omni ex parte quadrata, cubus, vt tessera.

Quadrantal, mensura liquidorum, amphora. Lex. Phil.

Quadrantalis, le, quadrantem continens. Lex. Phil.

Quadrantāle, quatuor digitorum, idest, quartæ partis pedis. Quadrantal. Sup.

Quadrantaria mulier, scortum vilissimum.

Quadrantarius, a, um, ad quadrantem pertinens. Item, vilis; quadrans enim numus exiguus, Lex. Phil.

Quadrarium, vas, ex quadrato lapide factum, torculari inseruiens.

Quadrarius, quadratus, quadrangulus, habens quatuor angulos. *Quadrato*.

Quadratarius, lapidicida, qui quadrat lapides, à quibus, Quadrata Roma. Sidon. Item. quadratarius, libellus passionis quatuor Coronatorum. Glossæ. vett.

Quadrati boues, benè formati.

Quadratrim, quadrata forma. Gloss.

Quadrati versus, iambici quatuor combinationes Iamborum habentes, ex duobus enim iambis fit combinatio. P. Mosell.

Quadratum corpus, cusarcum, nec gracile, nec pingue, *Di giusta statura*. Item, quatuor angulos habens, *Di quattro canti*. Quadratus, a, um, in quadrum factus. Item, constans.

Quadratæ literæ, capitales, *Maiuscole*.

Quadratura, ipsa quadratio, *Quadramento*.

Quadratus versus, octonarius, *Ottava*.

Quadratus lapis, sectus, expolitus, etiamsi non sit verè quadratus. Structilis verò non quadratus. Hadr.

Quadressis, quatuor assium. Cath. *Di quattro soldi*

Quadricornus, habens quatuor cornua, *Di quattro corna*. Quadricornium.

Quadridens, habens quatuor dentes, *Di quattro denti*.
Quadriduum, quatriduum. Vide.
Quadriennis, quatuor annorum, *Di quattro anni*.
Quadriennium, ſpatium quatuor annorum, *Spatio di quattro anni*.
Quadrifaciam, quadrimodis, quadripartitò, in quatuor partes diuiſum, *In quattro parti, ò modi*, & dicitur de numero indefinito.
Quadrifidum, in quatuor partes fiſſum, *Diuiſo in quattro parti*.
Quadrifluuius, quadripartitus venarum curſus. Phil.
Quadrifŏris, ianua habens quatuor fores.
Quadriformis, quatuor formarum.
Quadrifŏrus, habens quatuor foramina, *Di quattro fori*.
Quadrifons, quatuor frontes habens, Ianus, Cato.
Quadrīga, æ, currus habens quatuor equos, *Carretta di quattro Caualli*.
Quadrigŭla, dimin. parua quadriga.
Quadrigāle, ſpatium ſuper muros ciuitatum; ſuper quod quadrigæ currunt. Heron.
Quadrigămus, p.c. qui quatuor habuit vxores. Cath. *Chi ha hauuto quattro mogli*.
Quadrigarius, qui quadrigas agit, *Carrozziere*.
Quadrigātus, quadrigâ ornatus. Item, numus cui cuſa quadriga.
Quadrigemĭnus, quadruplex, *Quadruplicato*.
Quadrijŭges, equi quaterni ad iugum. Quadrijugatus. Iugæ, currus vnius iugi.
Quadrilatĕrum, quatuor habens latera, *Di quattro facciate*.
Quadrilibre, quatuor librarum.
Quadrilinguis, quatuor linguarum.
Quadrimanus, quatuor habens manus. Quadrimeſtris, quadrimenſis, quatuor menſium.
Quadrimātus, quatuor annorum ſpatium. Cath. *Spatio di quattr'anni*. Quadrimŏdus, quadrimŏdis.
Quadrimenſtruus, qui eſt quatuor menſium.
Quadrīmum, p. p. quatuor habens annos; quadrimŭlus, dimin.
Quadrinæ molæ, plurimum farinæ in piſtrinis facientes. Turn.
Quadrina, vaſa torcularia.
Quadringenti, quadrigenarius, quadrigentics, quadringentefimus, quadringenus.
Quadrinoctium, ſpatium quatuor noctium, *Quattro notti*.
Quadrinŏde, quatuor nodorum. Cath. *Di quattro nodi*.
Quadrīnum, quatuor. Quadrinus, a, um, ad numerum quatuor pertinens.
Quadripartior, iris, in quatuor partes partior: vnde, Quadripartitio. Quadripertior.
Quadripartītum, quadriplicātum, quadripartitio, quadripartiri. Fab. Vict. Quadripertitum.
Quadrirēmis, p. p. nauis habens quatuor remorum ordines.
Quadriſyllabum, quatuor ſyllabarum.
Quadriuium, locus publicus, quò quatuor viæ concurrunt, *Crocial di quattro ſtrade*.
Quadro, as, in quadrum redigo, *Squadrare*. Item, conſentio, *Quadrare*.
Quadrua, quaternaria. Pap.
Quadrula, parua quadra. Solin.
Quadrum, quadratum, *Quadrato*.
Quadrupĕdo, as, p.c. quatuor pedibus gradior, *Andar con quattro piedi*.
Quadrupes, quod habet quatuor pedes. Quadrupedans, quadrupedātim, quadrupedius, quadrupes. Quadrupedus, quatuor pedibus nixus.
Quadruplari, quadruplaturam exercere, deferre damnati quartam partem accipere.
Quadruplātor, ōris, quartarius, ſector, delator, accuſator, ſycophanta, cui quarta pars dabatur ex bonis damnati. Item, portitor quartarius, quartam partem recipiens portorij. Sidon. Quadruplor, aris, quadruplaturam exerceo, delator fio.
Quadrŭplex, in quatuor modos, plicas, aut ſpecies diſtinctum, *In quattro modi*.
Quadruplico, p.c. in quadruplum, augeo. quadruplicatio, quadrŭplum, quater tantumdem, & pœna.
Quadruplò, quadruplicatò, adu. *Quattro volte più*.
Quadruplo, as, quadruplum facio ex bonis alicuius, quadruplor, adigor ad quadruplum ſoluendum. quadruplicari, in quadruplum damnari in iure. Lex. Phil.
Quadruplor, quadruplum accipio ex bonis damnati. Lex. Phil.
Quadruplus, quatuor tantundem. Lex. Phil.
Quadrupus, pŏdis, adultera, & meretrix olim dicta.
Quadrurbes, Athenæ quod conſtarent quatuor vrbibus. Feſt. quadrurbs, is.
Quadrus, quatuor angulos habens, *Quadro*.
Quadrus, quadratus, quadrangulus, quatuor angulorum.
Quærcero, vide, Quercerus.
Quæro, is, inueſtigo, *Cercare*. quærens, quæſitum, res acquiſita. Quærito, p.c. ſæpè quero, *Cercar ſpeſſo*.
Quæſere, quærere. Enn. Item, orare. Plaut.
Quæſitarius, mendicus, rogator. Quæſitaria, mendica, à quærendo dicta, *Accattarotto*. Petron.

Qua-

Quæsitissimæ epulæ, exquisitissimæ. Sal.
Quæsito, as, quærito, as, sæpe quæro: vnde quæsitio, quæstiuncula, dubitatio, dubitatiuncula. quæsitio, actio quærentis.
Quæsitor iudex capitalis de alio inquirens, *Inquisitore*. Item, qui quærit.
Quæso, peto, à quæro, quatenus est habere cupio. quæsiui præt. Quæsens, petens. quæsumus, rogamus. Lex. Phil.
Quæsticŭlus, paruus quæstus, & lucrum, *Guadagnuccio*.
Quæsti, quæstus, lucri. Varro. Quæstio, ōnis, tormentum datum reo ad extorquendam veritatem, interrogatio.
Quæstio, actio quærendi. Thema, de quo quæritur. Lex.
Quæstionarij, tormentorum ministri, & qui præsunt criminibus, & reos examinant. Quæstionor, āris. Cath.
Quæstionarius, qui quæstionem facit. Lex. Phil.
Quæstiuncŭla, parua quæstio. Cath.
Quæstor, ōris, ærarium publicum procurans, *Camerlingo, fattore, teforiero, cercatore*.
Quæstorij agri, quos ex hoste captos quæstores diuidebant, Flaccus.
Quæstorium, in castris quæstoris tabernaculum.
Quæstorius, ad quæstorem spectans, qui quæsturâ perfunctus.
Quæstrix, quæ quærit, *Cercatrice*.
Quæstuarius, qui turpi quæstu, vel quæstu licito, & sudore corporis vitam alit.
Quæstuis, quæstus. Varro, antiq.
Quæstuōsum, lucrosum. Item, negocium lucrosum.
Quæstuosus homo, lucri auidus, *Cho fa guadagno*.
Quæstura, quæstoris officium.
Quæstus, us, acquisitio alicuius rei, *Guadagno*.
Qualia, æ, quales, auis cotурnix. Cath. *Quaglia*.
Quālibet, per quemlibet locùm, *per qualsiuoglia luogo*.
Qualis qualis, qualiscumque, qualumque. Qualitas. qualitates.
Qualiter, cum suis qualitatibus. Cod. qualitercumque.
Qualus, i, quallus, i, qualum, vas vimineum colatorium, & vbi pensa, ouæ, ponebant, *Cesto*. quasillus, quasillum, dimin. vide.
Qualum sacrarium, ad ferendum destinatum. Turn.
Quamde, quam. Enn. Lucr. quam paucus, valdè paucus, *Molto poco*.
Quamdiu, quanto tempore, *Quanto quanto*.
Quamobrem, quapropter, *Laonde*.
Quandocumque quocumque tempore. quandoque aliquo tempore. quandoquidem, quia, *perche*.
Quampridem, quanto tempore ante.
Quandudum? *Quanto tempo*.
Quanlibet, quantumvis, quantumlibet. Quantuslibet.
Quantisper, quanto tempore, *Quanto tempo*.
Quantocius, quanto velocius. Isid. gloss.
Quantopere, quam valde, *molto*.
Quantulus libet, quantillus, quantŭlus, quantillum, adu. quantuluscumque. Quantuslibet, quantumvis magnus, *Grande quanto si voglia*.
Quantus, quantus, quantuscumque, *Quanto, quanto*. quantusvis.
Quantuscunque, tantus quantus, *Tanto quanto*. quantuslibet.
Quapropter, quare, *Laonde*.
Quaquâ, quaquaversus, quaquaversum, in omnem partem, *In ogni parte*.
Quaquilâ, graculus, cotурnix. Pap.
Quarriallum, canistrum vel cophinus in quo mortui efferuntur. Cath.
Quartadecimāni, milites quartadecimæ legionis.
Quartana, febris. Quartanarius, quartanâ laborans, *Quartana*. Quartānum, quartum. Cath.
Quartarium, quarta pars. Item, quartarius, congij quartam partem continens: tertiarium, tertiam.
Quartarius, qui quartam partem quæstus recipit. Fest. quartarius mulio, mulus, mercenarius. Lucil. Item, quartam partem pendens. Salm.
Quartarius, duo acetabula, seu hemina dimidia, quarta pars sextarij.
Quarta die quartâ die. Cato. *Il quarto giorno*.
Quartāta, verba, tertiāta. Scal. vide, Tertiata.
Quartemur, quartùm loquamur. Sup.
Quartĭceps, triceps, quatuor, tres habens vertices. quartùm, quartò, quartâ vice.
Quartùm, quartò, quartâ vice, *La quarta volta*.
Quartò, locum signat. quartùm, tempus. Item, tertiò, & tertium. Gell.
Quarto, as, quartum quemque lego. Gloss. Philo. Lex. Phil.
Quartum viri, quatuorviri, magistratus.
Quartus, proximus à tertiò.
Quasillarius, qui facit, aut vendit quasillos. quasillaria, lanifica. quæsitaria, Vide, Lex. Phil. quasilloria ancilla, ad quasillum. Codicaria, ad codicem damnata, vilissima.
Quasillus, quasillum, paruus qualus, *Canestrello, Cestarello*.
Quasi, ferè, *Quasi*.
Quassagipennus, a, um, quod quassi agitur pennis.

nis. Var. Lex.

Quaſſat, quaxat, cum rana clamat. Supplem. antiq. pro coaxat, vide.

Quaſſabile, quod quaſſari poteſt. Quaſſabundum, vacillans, *Chi croila*.

Quaſſo, as, ſæpe, quatio, is, concutio, *Scuotere, ſmuouere*; vnde, quaſſus, quaſſatus, concuſſus, *Scoſſo*.

Quatefacio, concutio. Quatio, is, concutio, *Scuotere*.

Quatenos, quatēnus, quando, quandoquidem, quouſq; Quatēnos, quo fine. Quatinus, quoniam. Sceuu. quouſque.

Quaternarij, feſtertij quatuor aſſibus valentes. Salm.

Quaternarius, quaterni, quaternātim, quater.

Quaternio, compoſitio ex quatuor, ſocietas, & dux quatuor militum, *Quaderno*. Quaternūlus, paruus quaternio, *Quadernetto*.

Quaternio, ſcapus quatuor foliorum. Item, contubernium quatuor militum.

Quaterno, as, quaternos facio. Diſquaterno. Cath. Quaternata veſtis, vide, Impluuiatus.

Quaternus, quatuor cartarum.

Quatinus, quia, *Poiche*. Quouſque.

Quatio, is, mouco cum violentia, *Scuotere*.

Quatriduānum, quatuor dies habens, *Di quattro giorni*.

Quatriduus, quatriduum, quarto die, *Il quarto giorno*.

Quatuor, quatuorviri, &c.

Quatuorvirātus, vt triumviratus. Quatuorviri.

Quatrio, quaternio, iactus teſſerarum.

Quaxare, quaſſare, coaxare, ranarum eſt: quoaxare, Feſt. Quaxo, as.

Quaxi, quaſi. Palm.

Quaxum, coaxatio ranarum. Cath.

Quem vtare, pro quo vtare. Lucil. quemque, quemcumque: quæque, quæcunque.

Quemadmodum, ſicut, *Sicome*.

Quentia, potentia, antiq. Perottus. quiens, quitus.

Queo, quis poſſum, *potere*.

Quercērus, querquērus, p. c. frigidus cum tremore, Querquera febris, frigida, *Febre col freddo*.

Quercētum, locus conſitus quercubus. *Querceto*. Querceus, quercicus, quernus, querneus, quercinus, ex quercu, *Di quercia*. Tertul.

Quercus, us, arbor, *Quercia*.

Querebundus, lamentabilis.

Querella, duplici, ll. Aldo, non querela.

Querelo, as, querelas iacio. Querelantem, querelōſum, querelas effundentem. Iſid. gloſſ.

Querimonia, querela, à queror, ēris, lamentor, *Querela, doglianza*. Querimonarius.

Queritor, p. c. ſæpè queror, aut multum, *Lamentarſi ſpeſſo, molto*.

Queror, eris, lamentor, *Lamentarſi*.

Querquedūla, auis ſemper in aquis natans. Ital. *Germano*.

Querquera febris, acuta. Cath. vide. Quercerus.

Querquerus, a, um.

Querquetulanæ virę, Hamadriades, querceto virescenti præſidentes. Virę, fęminæ. Scal. Varro. Feſt.

Ques, quis. Cato, antiq. Ques, quium; qui, quorum, antiq.

Querulōſus, querulus, qui ſæpè queritur. Vocc. Eccl.

Querūlus, queribundus, plenus querelarum, *Chi ſempre ſi lamenta*.

Queſtuoſus, querimonioſus. Iſid. Queſtus, us, lamentatio, *Lamento*.

Quianam, quare. Quianc, reuerà, certè, *Certamente*.

Quiatis, cuius, *Di chi*.

Quibus, quibuſcumque. Supplem. antiq.

Quicquid, nomen, quodcumque nomen. Gell. quidquid. Aldus.

Quicumque, quiſque, *Chiunque*.

Quidam, aliquis. Quidem, certè.

Quidditas, ipſa rei eſſentia, ſine omni reſpectu, quaſi rei entitas. Scotus.

Quidum, quare igitur, *perche dunque*.

Quie, quiete. Afran.

Quies, quietudo, quieſcentia, ceſſatio ab opere. Firm.

Quico, es, quieſco. Cath. *Quietarſi*.

Quics, ētis, p.p. *Quiete*.

Quieſco, is, quietem facio. *Quietarſi*. Quieo, es, antiq.

Quietālis, orcus dictus, quod mors ſit quies ærumnarum. Beroal.

Quietalus, orcus dictus antiquis. Feſt. Orcus quietalis, dictus.

Quietare, quietem facere.

Quietorium, monumentum, vbi quieſcunt condita corpora. Paſſar.

Quietūdo, ſilentium, quies. Supplem. antiq.

Quieto, as, quietum facio, *Render quieto*.

Quimātus, p.p. ætas quinque annorum, vt Bimātus, duorum annorum; *età di due anni*.

Quinadena, quindena.

Quinarius, numerus quinque complectens. Item, argenteus, quinque denariorum.

Quinctīlis, Iulius. Quinctus. Quinctius. Aldo, non, Quintus.

Quicunx, quinque vnciarum, menſuræ etiam genus.

Quincuncialis, ordo, vſura, &c.

Quicunx, quinquæ vnciæ. Nota numeri V. dimidium decuſſis X.

Quin-

Quincunx, adiect. quinque partes habens. Ordo arborum in quincuncem tributus est, cum secundi ordinis arbores ad primas paribus intervallis, sic disponuntur, vt figuram quincuncialem seruare ad inuicem videantur. Bayf. Lex. Phil.

Quincuncialis vsura, centesima soluens vnum in singulos menses. Seminis medium. Lex. Phil. Bayf.

Quincupedal, mensura quinque pedum, *Misura di cinque piedi*.

Quincuplex, quintuplicatus, *Di cinque doppi*.

Quincuplices, ceræ, tabellæ foliorum quinque.

Quindecies, quindecim vicibus.

Quindecemvir, vnus è quindecim.

Quingenties: quingentesimus: quingenarius: quingentenarius, qui militibus quingentis præest. Cod. ll. antiq. Quingenti, quinquies centum.

Quinimo, imo etiam.

Quinio, ōnis, quinarius numerus. Sup. *Cinque*.

Quinisci re: conquinisci re, se inclinare, *Chinarsi*.

Quinimò, imo verò, *Anziche*. Quinetiam, insuper.

Quinpotius, magis, *Più tosto*.

Quinquagies: quinquagēnus. Quinquagenarius. Quinquagesimus. Quinquagesimæ, festum Pentecostes. Nouar. Quinquagesima, portio L.

Quinquatria. Quinquatrus, festa Palladis quinque dierum, primò fiebant sacrificia, tribus alijs gladiationes, vltimo lustrationes. Item, ambitus quinque porticuum.

Quinquatrus, quintus dies, à quinquando, id est, lustrando dictus. Fest. Sexatrus. Septematrus, &c.

Quinquefolium, pentaphyllum, herba nota in vmbrosis nascens. H. P.

Quinquelibrāle, quinque librarum, *Di cinque libre*.

Quinquemestris, quinque menses natus, *Di cinque mesi*.

Quinquenne. Quinquennāle, quod fit quinto quoque anno, lustrum, *D'ogni cinque anni*. Vide, Lustrum.

Quinquennium, spatium quinque annorum.

Quinquenoctium, spatium quinque noctium.

Quinquepartitus, in quinque partes diuisus: quinquepartitò, adu. *In cinque parti*.

Quinqueplex: quinqueplum, quintuplex. Supplem. *Quintuplicato*.

Quinqueprimi, quinque Viri, Primarij Viri principes, qui in aliquo ordine (vt in Senatu) sunt primi. Pasier.

Quinquerēmis, nauis quinque remorum ordines habens.

Quinquertio, quinquertius, pentathlus, qui quinque certaminibus vincit, scilicet luctâ, pugilatu, cursu, saltu, disco.

Quinquertium, Pancratium, exercitium quinque dictorum certaminum.

Quinquessis, quinarus, numus quinque assibus valens, *Moneta di cinque soldi*.

Quinquetris, quinquertio, qui vincit quinque ludis. Supplem. antiq.

Quinquevirātus, magistratus quinque virorum. Quinquevira, quinquevir.

Quinquimatus, spatium quinque annorum.

Quinquimus, a, um, quintum agens annum.

Quinquiplico, as, quinqueplico, magistratum in annum quintum prorogo, *Prolungare nel quinto anno*.

Quintāna febris, quinto quoque die accedens.

Quintāna porta, in castris post Prætorium, vbi rerum vtensilium forum.

Quintāni milites, quintæ legionis. Quintanis semitare, post quintum quenque palum semitam ducere.

Quintanis, quinta quaque vice. Quinto, quoque palo. Lex. Phil.

Quintare, Quintale, centum pondo. Lex. Phil.

Quintarium, vndecima vncia.

Quintarius ager, quinque centurias cludens. Hygen.

Quintarius limes, quintus quisque & qui quinque centurias claudit. Quintus, qui quinto loco numeratur, *Quinto*.

Quintičāpes; vide, concāpes.

Quintilis, mensis quintus à Martio, Iulius, dictus. *Luglio*.

Quintinæ, quintini flores malorum punicorum: Cytinus, Vide. Lex. Phil.

Quintipor, Quinti puer, & seruus. Marcipor, Marci puer, &c.

Quipote? qui fieri potest? *Come è possibile*.

Quippini? curnon? Plaut. Quippe, nimirum, *In vero, perche*.

Quips, quis, ips, is, antiq.

Quirella, querella, pro querela, Inscr. vett.

Quirem, possem. Acc.

Quirinalia, feriæ stultorum, sacra Quirino, mense Februario. Quirinus, Romulus.

Quiris, hasta Sabinorum linguâ; vnde, Quirītes, Romani dicti, Modius.

Quiritāre, fidem populi quiritium implorare, clamare. Quiritatio, quiritātus, clamor, lamentatio; humanæ, & diuinæ opis imploratio.

Quiritari, exclamare, conqueri. Item, Quiritium fidem implorare, Deosque hominesque, suppetias petere.

Quiritarius, cui iure Quiritium dominium competit; cui opponitur, Bonitarius, qui naturali iure dominus bonorum, quasi in ius bonis habens: illud legitimum hoc naturale. Tertium plenum, seu legitimum, & naturale. Lex. Phil.

Qui-

Quiritātus, quiritatio, clamor per vrbem vrbanorum. Iubilatus, rusticorum. Varro.
Quirites, Romani, à Quirino dicti. Item, milites hastati. Cath.
Quiritāre, vocem edere verris.
Quis mulier, pro quæ mulier. Enn.
Quis putas, quisnam, *Chi mai*.
Quisquiliæ, purgamenta terrarum, arborum, &c. Item, homines nihili, *Spazzature*, *lordure*. Quisquiliōsum, quisquilijs plenum.
Quisquilium, frutex exiguus, producens coccum granum ad tingendas vestes; vnde, Quisquiliata vestis, coccinea. Iun. *Di scarlatto*.
Quisquis, omnis qui. Quisquam, vllus. Quispiam, aliquis. Quiuis, omnis, quem quis.
Quitipor, quintipor. Quinti puer, aut seruus.
Quitur, potest. Quitus sum, potui, quiui. Acc.
Quitus, quintus. Palm.
Quoad, quantum.
Quoadeius, vsque in quantum. Quoaduſque.
Quoaxare, pro coaxare. Vide.
Quocirca, quapropter, *Laonde*.
Quœppe, pro, quippe. Brisson.
Quoi, cui. Quoicam, cuiquam. Plaut.
Quoius, cuius. Plaut.
Quom, cum. Plaut. Quando.
Quominus, vt non, ne, *Acciocche non*.
Quomodocunque, quocunque pacto, *In qual modo si voglia*.
Quondam, olim, *Già*, *per lo passato*. Quodam tempore.
Quoniam, quia, *Perche*. Quoque etiam.
Quorsum, quorsus, versus quem locum, *Verso done*. Quoquoversus, quoquoversum.
Quorumquorum, quorumcunque. Sup.
Quota pars, minima in iure, modo tertia, quarta, &c.
Quotannis, singulis annis, *Ogni anno*: quot calendis, singulis calendis: quot mensibus. Plaut.
Quotennis, quotannis, quorum annum agis. Cath. *Che anni hai*. Quotenus, vsque ad quem numerum.
Quotidiano, cottidiano, quotidie. Plaut. *Ogni giorno*. Quotidianus panis.
Quotidiana, orum, excerpta, quæ annotantur quotidie. Lex. Phil.
Quotiens, entis, numerus resultans ex diuisione numerorum.
Quotiens, quot vicibus, multoties. Cath. Quoties, *Quante volte*. Quotiescunque, quotquot, &c.
Quotmensibus, quotcalendis, per singulos menses, aut calendas. Vitr.
Quotquot, quotcumque omnes. Quousque, vsque quò.
Quotumvis, quotum. Plaut.
Quotumus, à quoto, vt. Mediotumus, à medio. Scal.
Quotuplex, quot plicis constat, quot specierum, & modorum.
Quotuplus, ad mensuram, & pondus refertur. Quotuplex, ad partes, interrogat.
Quotuscunque, minima pars.
Quotus, quotusquisque, quousque, quo ordine numero.
Quotusquisque, cuiusque sit ordinis, & conditionis. L. I. C.
Quris, qurina, hasta, quris cœlibaris, pro, curis, quâ nubentes comebantur. Fest.
Quum, quo tempore, quâ causâ. Cath.

Notæ Antiquorum.

Remaledico, maledicto maledictum retalio, *Ingiuriar chi hà ingiuriato*.
Remancipare, mancipatam rem reddere, & iterum mancipare. Redhibere, reſtituere.
Remancipāta, quæ mancipata eſt ab eo, cui in manum conuenerit. Feſt.
Remandĕre, ruminare, rurſus mandere, *Rimaſticare*. Remandāre, iterum mandare.
Remaneo, perſiſto, relinquo, *Reſtare, durare*.
Remanſio, manſio, *Dimora*. Remanſor. Vide, Emanſor.
Remanāre, p.p. repetere, refluere, *Riſcaturire*.
Remant, reptant, aut remanant. Feſt.
Remāre, remeare, redire. Enn. *Ritornare*.
Remaſculāta, virili virtute reſumptâ. Iſid. Gloſſ. Pap. Remaſculo, as, iterum maſculo, animo.
Rembus, vagabundus. Iſid.
Remeaculum, aſcenſiones, reditus, à Remeare, redire. Apul. Lex. Phil.
Remeare, vltrò, citroque ire. Afron. *Andar quà, e là*; vnde, remeatus, us.
Remediare, remediari, curare, ſanare. Tertull. Remediale, remediabile, remediatio, remedium, Scribon. Remediator. Tertull. qui remediat. Barb.
Remedium, medicina contra mala: auxilium: via, ac ratio iuuandi. Lex. Phil.
Remeligines, remoræ, à morando dictæ. Item, piſces, Afr. Varro. Remiligenes. Iſid. Gloſſ. Remeligo, nis.
Remendo, corrigo, *Riemendare*. Remendo, iterum corrigo.
Remeo, as, retro meo, *Tornar à dietro*. Remeatus, us, reditus, *Ritorno*.
Remetior, iris, iterum metior, *Rimiſurare*. Remenſum.
Remex, igis, remix, qui remos agit, *Vogatore, che rema*. Remigĕro, as, p.c. pro, remigro, as, antiq. reuertor, *Ritornare*.
Remigium, remigatio, ipſa remorum agitatio, *Vogamento*. Remigum multitudo: miniſterium.
Remigo, as, remis nauigo, *Vogare*. Remiges, qui remos agunt, *Vogatori*, vel retrò.
Remigo, remum ago: nauigo, aues remigant.
Remigro, as, iterum migro, reuertor, *Ritornare*. Remillo, pronulo. Iſid. Gloſſ.
Remillum, repandum, inſtar remi. Feſt.
Reminiſcor, recordor, *Ricordarſi*.
Reminiſcor, iterum meminiſcor, à memini. Rementus, partic. inuſit. Lex. Phil.
Reminiſcentia, actio reminiſcentis.
Remipes, remo, ceu pede inſtructus. Pes nauali, remus, ſeu remiges, qui loco pedis naui ſunt. Lex. Phil.
Remipedes lumbi, habentes pro pedibus remos. Turn.
Remiſſa, remiſſio. Salmas, *Remiſſione*.
Remiſſarius, vectis in ſuculâ torcularis, qui frequenter remittitur, Cato.

Re-

Remiſſio, relaxatio, diſſolutio, recreatio. Remiſſe, negligenter, leniter. Remiſſus, negligens, languidus, *Negligente, languido*.

Remiſſiſsimus, admodum remiſſus, *Negligentiſſimo*.

Remiſſor, qui remittit.

Remitto, is, rurſus mitto, vel retro, *Rimandare*, condono.

Remo, as, repeto, antiq. Feſt. Remeo. Lex. Phil.

Remolior, de ſuo loco moueo multâ vi, *Spinger con difficoltà*.

Remollio, rurſus molle reddo. Remolleſco, mollis fio, *Ammollirſi*.

Remunculus, paruus remus.

Remŏra, piſcis marinus nauigia remorans echeneis. Rondel. Eadem virtus murici. Cerda.

Remŏra, Remoramentum, impedimentum, tarditas. Item, animal aquatile naues remorans. Remoramen, mora.

Remorbeſco, in morbum denuò cado, *Riammalarſi*.

Remordeo, es, viciſſim mordeo, ſollicito, *Rimordere*.

Remores, aues in auſpiciis, quæ agentibus moram injciunt. Feſt. Remoris, e, adiect. Lex. Phil.

Remŏror, aris, retineo, retardo, *Ritardare*.

Remouco, aufero. Remotio, remotus, remotè.

Remugio, reſono, contra mugio, *Rimugghiare*.

Remulceo, paulatim retraho. Iterum mulceo, *Raddolcire*.

Remulcēre caudam, reflectere ſub ventrem, timoris ergo.

Remulco, as, remulco, remigando è ſcaphâ grandiorem nauim traho. Remulcāre, molli tractu ad progreſſum mulcere. Non. *Rimurchiare*.

Remulcum, funis, quâ deligata nauis trahitur vice remi. Iſid. *Rimurchio*.

Remulcus, parua nauis, ſiue ſcapha, quâ grandior nauis trahitur. *Rimurchio*.

Remŭlus, nauis genus. Franc. Hod. Item, paruus remus, *Remetto*.

Remunerāre, remunerari, mutuam gratiam referre. Remuneratio, remunerātor.

Remunculus, paruus remus.

Remuria, Lemuria, feſta mortuorum, *Feſte de morti*.

Remurmŭro, contra murmuro, *Mormorar contra*.

Remus, quo nauis agitur, huius tres partes. Enchiridion, manubrium, ſeu capulus. Vracos, media pars. Pterea, Tarſus, Palmula, poſtrema. Lil. Gir. Item, remigium, & lorum tubæ.

Remŭto, as, p.p. iterum muto, *Rimutare*.

Ren, nis, notum. Renes, lumbi, *Rognoni*. Renunculi, parui renes, *Rognoncelli*.

Renāle, zona circa renes. Cath. Iſid.

Renanciſcor, deprehendo. Feſt. *Ritrouare*.

Renarro, narrando repeto, *Rinarrare*.

Renaſcibilitas, potentia renaſcendi. D. Aug.

Renaſcor, iterum naſcor, *Rinaſcere*, ſpiritualiter regeneror.

Renāti, qui ab exilio redierunt. Item, qui denuò nati, *Rinati*.

Renauigāre, à nauigatione redire, ſeu retrorſum nauigare, *Tornar dal nauigare*.

Rendis, requies otioſa. Iſid. Gloſſ.

Renes, vide, Ren.

Renitioſus, renoſus, Nephriticus, morbo renum laborans. Sup. *Chi patiſce di reni*.

Renidere, ridere, reſplendere, lætari, à renideo, es, renideſco, ſplendeſco. Renidens, ſubrideus. Gell. *riſplendere, rilucere*.

Reniteo, renideo, reſplendeo, *riſplendere*.

Renītor, ĕris, p.c. reſiſto, *Sforzarſi*. Renixus, us, reſiſtentia, contradico.

Rennuitæ, Sarabaitæ Monachorum genus. Iſid.

Reno, as, iterum, aut retro nato, *Nuotar à dietro*.

Renōdo, as, p.p. in nodum conſtringo. Renōdis capillus, & criſpus. Spart. *rannodare*.

Renōnes, rhenōnes, veſtes pellicex, *Veſti di pelle, pelliccioni*.

Renouāmen, renouatio. Ouid. *rinouatione*.

Renouatiuum fulgur, cum ex aliquo fulgure functio fieri capit, ſi factum eſt, ſimile fulgur, quod idem ſignificat. Feſt. Adteſtatum: contra, Peremptale.

Renouellāre, rurſum nouellum facere. Colum. Item, recrudeſcere. Optat. Mil.

Renōuo, as, p.c. inſtauro, *rinnouare*. Renouatio.

Rentes, reditus. Gloſſæ g.b.

Rentifolia, roſa ſine odore multis folijs, non aptæ coronis. Centifolia, melius.

Renūbo, iterum nubo. Tertul.

Renūdo, iterum nudo: contra nudo. Lex. Phil.

Renumerāre, reddere, quod ante nobis numeratum fuit, *rendar coſa hauuta à conto*.

Renuntiare, referre quod actum ſit, *riferire*. Item, repudiare quod placitum erat, declarare, creare, nuntium remittere.

Renunciatio alicuius operis factæ ab architecto de eo, *relatione*.

Renunciatio, iuris proprij legitima refutatio: recuſatio eius rei, quæ in pactum, & promiſſionem venerat. Lex. I. C.

Renuntius, qui aliquid iterum nuntiat. Plaut. Renuntiator, qui aliquod commiſſum detegit. Renuntiatores, qui reuelant regis ſecreta. Rebuf.

Renuo, renuto, abnuo, reſpuo, ſigno aliquo offendo aliquid diſplicere, *Accennar col capo di nò*: contra Annuo.

Renutus,us,capitis signum respuentis, aut negantis, *Cenno di nò*.

Reor,reris, existimo, *Stimare*.

Reoria, repotia. Supp.

Repages, repagula. Supp.antiq. *Catenacci*.

Repagŭlum,repages,obex,vectes,quę patefaciendi gratiâ, ita figuntur, vt ex contrario oppangantur.Fest. *Catenaccio,stanga della porta*.

Repagularij, iudices disceptatores commissarij ad fores curiæ ius dicentes, horum sententia dicta Repagularia, Bud. Repagularia acta, Scriban.

Repandirostra, habentia panda rostra, vt anates, &c.

Repando,is,recuruo,retorqueo,*ribattere*. Cath.

Repandum,recuruum,retortum,sinuosum, quodque retrorsum patet, *ritorto*. Repandirostrum, anatum, &c. *ripiegato in dietro*.

Repango, pango, iterum, siue replanto, *ripiantare*.

Reparcĕre,iterum parcere, *riperdonare*. Item,non parcere,largiri,donare. Lamb. ad Lucr.

Repariassare, dicuntur ij, quos pœnitet institui, aut à conuentis discedunt. Lex.I.C.

Reparo, p. c. instauro, *rinnouare*. Reparatio, reparamen,instauratio. Reparabile,quod reparari potest. Reparare merces,eas importatas vendere, & alias comparare, commutare, Duaren. Repero, antiq.

Repastinare,vineas refodere. Repastinatio, refossio. Item, reuocatio. Repastinatus ager, cuius natura mutatur refodiendo.

Repatriare, ad patriam redire, *ripatriare*.

Repausare,reficere, recreare. Cassian.

Repectere,rursum pectere,*repettinare*. Repexum, *repettinato*.

Repĕdo, as, p. c. pedem retraho, recedo. Iterum pedo, *Tornare à dietro*. Repēdo, is, p.p. peditum iterum edo.

Repedatio,Podostrophia,repotia. Vide

Repedare, iterare, repetere, *repetere di nuouo*, à repĕdo, is, vide

Repediata; remunerata. Capella.

Repello,is,arceo,reijcio,*ributtare*.Repulsa,repulsus,us,reiectio, ab honore repulsa. Repulso,as, sæpè repello. *ributtare spesso*.

Repelta,lapis excelsus. Gloss. vett.

Rependĕre, retribuere, compensare. Repenso, as, frequenter rependo, repondero, *ripesare*. Repensum, *vicompensa*.

Repens,ntis,repentinus. Palm. Item,qui repit. Repentia,reptilia,quæ repunt,vt angues,&c.

Repentinè,repentino,repentè,repentium, statim, *Incontanente*.

Repentinum,subitaneum,*repentino*. Repentinior, magis repentinus.

Repercussio,repercussus, reuerberatio, *rinverbero*.

Repercutio, ferio vicissim percutientem, *ripercuotere*.

Reperibitur, reperietur, reperiet. Pomp. Cæcil.

Reperio,is,inuenio, *ritrouare*.

Reperidia,repotia. Suppl. antiq. Repedidia,à repedo. Scal.

Reperimus, nostra: Inuenimus, aliena. Fronto. Reperimus, vltro occurrentia: Inuenimus, quæsita.

Reperio, deprehendo, inuenio, quasi iterum pario.

Reperitare,reparare frequenter. Repero, pro, reparo,vt Præpĕro, pro, Præparo,Varro.

Repertitius, repetitius, ciuis, qui non est origine ciuis, sed tanquam repertus, vel per contumeliam irrepsit. Turn. Reptitius.

Repertorium, index rerum dicitur, *Inuentario*.

Repertum, inuentum. Repertrix. Tertul. inuentrix. Repertor,inuentor.

Repetentia,recordatio,memoria,repetitio. Arnob. Supplem. antiq. repetentes morbi, renouati, *Malatie rinnouate*. Actus repetendi.

Repetitio, iteratio eius quod relictum est.

Repetundārum iudicium, cum socij pecunias sibi contra leges ereptas repetebant. Repetundarum accusatus, aut damnatus, qui in administratione magistratus pecunias accepit; vnde accipere non debuit, *Sindicato*.

Repĕto,meum exigo,iterum,retro,sæpè peto. Repetitor,qui repetit; repetitio, repetītum.

Repia, repla, rica, vestis, quæ caput ex dimidio operit, ac genas, capitis operimentum. Lex.Phil.

Repignĕro, pignus recipio soluto pretio; pecuniam ad pignus datum soluo. Repignĕrat, pignus recipit. Isid. Gloss. Pap. Item, rem pignoratam redimit. Rebuf. Oppignoro, do arrhaboni.

Repigrātur,torpescit.Apul. Repigritior, tardior. Capella.

Repīlo, as, iterum pilo. Cath. *ripelare*.

Repingo, iterum pingo. Cath. vel retro impello, aut iterum.

Replaudo, plausum reddo.

Replica, Analabum, Armilausa, scapulare Monachorum resticulæ duæ, à replicando dictæ. Lex.Phil.

Replico, as,iterum plico,plicatum resoluo. Replicatio,exceptionis factę exclusio. Exceptio competens actori contra exceptionem rei. Replicare, resoluere. Replicatiuè, per replicationem. Replicatura,reduplicatio. Lex.Phil.

Replictus, replicatūs. Replicatio, conuersio. Replicāre, plicas resoluere, *Spiegare*.

Repluentibus, ex abundantibus. Isid.

Re-

Repluere, iterum plure abundare. Gloss. Isid. Lex. Phil.

Replum, operimentum quoddam. Peplum. Turn. Item, vestis mulieris. Glosæ vett. In architecturâ est valuarum pars, cornix impagis. Vitr. Philand.

Replumbāre, plumbum dissoluere, *Dispiombare*: contra, Plumbāre, plumbum conglutinare, *Impiombare*.

Repo, is, serpo, pedibus, & ventre gradior, vt vermes, *Rampare*. Repens, qui repit; vnde Reptilia, animalia repentia, *Che rampano*.

Repluit, exundat. Pap.

Repoſocilium, id quod tegit ignem nocte, vel quod retro ignem ponitur. Cath.

Repolio, rursus polio, *Ripulire*.

Reponĕre, alicui obiicere, recriminari.

Repono, is, p. rursum pono. Repositum, iterum positum, retro pono, recondo.

Reporto, as, retro porto, *Riportare*.

Reposcones, flagitatores, qui assiduo conuitio debitum reposcunt. Amm.

Reportunus importunus. Supplem. antiq.

Repositorium, repostorium, quod super antiquorum mensâ reponebatur ad fercula collocanda, & ad reliquias colligendas. *Ripostiglio*.

Repotia, ōrum, cenæ, computationes postridie nuptiarum factæ, epaulia, repotationes.

Repotiālis, qui ad repotia ventitare solebat. Turn.

Repræſaliæ, repressaliæ, pignorationes hominum concedi solitæ ob damna, vel iniurias aduersus quoslibet habitatores loci, in quo fuerint admissa huiusmodi delicta; remancipatio. Androlepsia.

Repræſtare, restituere, Heribe.

Repræſentaneum, quod representat. Tertul.

Repræſento, præsentem sisto. Repræsentatio.

Repræſentatio, pecuniarum solutio. Repræsentare, ante diem soluere. Item, præsentem facere. Tertul.

Reprehendo, arguo increpo, *Riprendere*.

Reprehenſo, frequenter reprehendo. Reprehensio, reprehensor, qui reprehendit.

Reprimo, p. c. cohibeo. Repressor, qui reprimit.

Reprŏbus, non probus. Salmas. Reprŏbo, as, p. c. non probo, *Riprouare*, reprobatio.

Reproca, repetita. Reprocor, reciprocor. Lex. Phil.

Reproces, asperi difficiles.

Repromittere, iterum promittere. Item, spondere stipulanti, aut nudâ stipulatione se obligare. Alciat.

Repropitiari, parcere. Voc. Eccl.

Repromiſſio, firma promissio sine fideiussoribus per stipulationem. Rebuf.

Repſo, sæpè, seu continuo repo, quod est reptilium, *Rampicare spesso*.

Repsŏces, asperi difficiles. Sup.

Repſudit, redit. Supplem. antiq. reincidit. Gloss. Lex. Phil.

Reptāle, quod repit, *Che rampa*, aut repere solet.

Reptitium, quod clanculum repit.

Reptitius, repertitius, ciuis, qui clanculum irrepit, qui non est origine, sed veluti repertus. Turn.

Repto, as, sæpè, & continuo repo, lentè incedo. Reptabundus, reptans. reptilia, animalia repentia.

Repubeſco, iterum pubesco, iuuenis fio, *Ringiouenire*.

Repudia, propriè in sponsalibus. Diuortia, in matrimoniis.

Repudio, as, matrimonium dirimo, quasi ob rem pudendam. Repudium, ipsa recusatio.

Repudiōſum, repudio dignum. Plaut.

Repudium, repudiatio, reiectio ob rem pudendam. Fest. *Repudio*, repudium sponsæ: Diuortium vxoris.

Repueraſcens, in puerilem ætatem rediens, *Rimbambito*.

Repueraſco, in puerilem ætatem reuertor, *Rimbambire*.

Repugnax, qui obsistit, & reluctatur, *Chi contradice a tutto*, repugnanter, repugnantia, repugno, as, resisto, *Repugnare*.

Repullulāre, repullulaſcĕre, iterum pullulare, *Germogliare*.

Repulſa, reiectio ab honore, vel magistratu. repulsio, repulsus, à repello, is, retro pulsus, reiectus.

Repulſior, magis repulsus.

Repumicare, pumice expolire, repumicatio, in arboribus, quando gemmæ hirsutæ propter frigus expoliuntur ipso vere.

Repungo, vicissim pungo, *ripungere*.

Repurgium, repurgatio. Iustin. emundatio. Lex. I. C.

Repurgo, as, diligenter mundo.

Reputatio, computatio, consideratio, existimatio. Item, compensatio, melioratio. Lex. I. C.

Repŭto, as, mente reuoluo, *ripensare*.

Repyſtira, ludus latrunculorum. Vuolf.

Requeapſe, reapse, reipsâ. Lucr. *In effetto*.

Requeſta, libellus, schedula supplex, postulatio. *Supplica*. Lex. Phil.

Requieſco, cesso à labore, *ripossarsi*, requies, quies, cessatio à labore, *ripoſo*.

Requiēta oua, non recentia: requietus, qui requieuit. Ager requietus, *ripoſato*.

Re-

Requietorium, ſepulchrum, vbi requieſcunt mortui Inſcr. vett.

Requito, ſæpius, vel rurſum quæro. Requirito, ſæpè requiro. Requiſita naturæ, alicui euacuatio. Spart. Requiſitum, quod deſideratur, aut requiritur.

Rerum prolatio, tempus illud, cum homines feriantur, *Vacanza*.

Res, rei, *Coſa*. Item, pudendum. Res ſoli, bona immobilia.

Reſæuio, iterum ſæuio.

Reſalūto, as, ſalutantem reſaluto, *Riſalutare*.

Reſarcio, inſtauro, quaſi nouam formam induco, *Rifar di nuouo*.

Reſarrio, iterum ſarrio. Reſarrire, aperire.

Reſcella, reccella, recula, reicula, parua res. Sirmon. *Coſetta, Coſarella*.

Reſcindo, is, reuello, lacero, *Strappare, Straciare*.

Reſcio, quæ occulta fuere, aut præter opinionem euenere. Gell.

Reſcico, ex alio ſcio recognoſco. Pap. *Riſapere*. Reſcio, cognoſco occultum, quaſi repoſitum.

Reſciſſio, reſolutio, & receſſus à conuentione. Reſciſſoria actio, quæ reſcindenda, à reſcindo.

Reſcribendarij, qui taxant ſcribarum mercedes. Hugo. Summiſtæ Apoſtolici, qui differunt, quid à ſecretariis oporteat regiſtrari. Scriban.

Reſcribĕre, iterum ſcribere. Item, recenſere, corrigendi gratiâ, reſpondere conſulentibus. Lex. I. C.

Reſcribit numos, qui reſtituit: Scribit, qui mutuos ſumit. Cerda.

Reſcriptiones, quibus principes negotia ad Præſides, Prouinciæ remittebant, Buleng.

Reſcriptum, epiſtola, quâ Imperator, aut Pontifex conſulentibus reſpondet, iteratoſcriptum.

Res comperendināta, iudicium in tertium diem dilatum. Comperendinatio, vide.

Reſculpĕre, imitari, exprimere. Prud. Iterum ſculpere.

Reſĕco, as, p. c. reſcindo, *Segare, tagliare*. Reſectio, recīſio, *Tagliamento*. Reſectus, reſciſſus.

Reſecrare, eaſdem preces iterāre, *Ripregare*, aut contrarias facere, religione ſoluere. Plaur.

Reſecro, obteſtationem, quam feci, religione abſoluo, contra ſacro.

Reſēda, herba inflammationes ſedans. Item herba in aſperis naſcens. H. p.

Reſēdo, as, p. p. iterum ſedo, *Rappacificare*.

Reſegmen, quod ex aliquo reſecatur, vt vnguium reſegmina, *Tagliatura*.

Reſequor, iterum ſequor.

Reſero, retro ſerram traho, aperio.

Reſero, as, p. c. aperio, à ſerâ ductum, quâ remotâ valuæ aperiuntur, *Aprire*.

Reſero, is, p. c. rurſum ſero, *Riſeminare*.

Reſeruo, as, in aliud tempus ſeruo, *Riſerbare*.

Reſes, idis, p. c. qui remanet à labore ocioſus, piger, à reſideo, es, vnde. Reſiduus, reliquus, vide.

Reſex, ĕcis, cuſtos in vitibus palmes Præſidiarius, qui reſectus melius progerminat. Sarmentum annotinum, quod putatur, ſubſidiarius dictus, *Raxolo*. Pampinus reſex, etiam dictus. Colum.

Reſides, qui militiam detrectant agere pigri. Pap. *poltroni*.

Reſidēre, à reſideo, es, ſine motu quieſcere, *Seder longo tempo*, ſcriari: vnde, Reſidens, qui reſidet. Reſidere in Eccleſiâ in ea deſeruire, & curam habere, *Far reſidenza*.

Reſidŏsis, p. p. reſideo, reſideo, reſides, ad reſidendum deſcendo, *porſi à ſedere*, at Reſideo, ſedeo, firmiter ſto.

Reſiduatio, reſiduum, quod ſupereſt: reliquum, *Reſto*. Sup. Reſiduus, reliquus, *Reſtante*.

Reſiduum, Reſidium, factum ad inſidendum, ſeu ad reſidendum in eo. Seſſio medicata in aqua à pedibus, vel femoribus, vſque ad vmbilicum, Encatiſma, Semicupium, vulgo. Lex. Phil.

Reſignāre, quod ſignatum erat aperire, reddere, reſcribere, claudere. Feſt. Reſignacŭlum. Tertul. quod pro ſignaculo ponitur. Item, perfectè ſigno.

Reſignātum, æs, militi, cum ob delictum ei ſtipendium adimebatur, & notabatur in tabulis.

Reſilīare, reſilire in contrarium agi, rebellare, à priori emptione diſcedere.

Reſilio, ſaltu retrocedere, *Saltar a dietro*.

Reſilit, mamma cum ſterileſcit, quaſi lac retro ſaliat.

Reſultat, ſæpè reſilit. Feſt.

Reſimus, p. p. qui ſurſum verſus reductas habet nares, *Chi ha le narici aperte in sù*.

Reſīna, p. p. humor ex arboribus defluens, Reſina terebinthina, *Ragia, trementina*.

Reſinaceum, reſinam referens. Reſinātum, reſinâ illitum. Reſinōſum, reſinâ abundans.

Reſipio, valdè oleo, redoleo, ſaporem alicuius rei refero, *Rendere odore*. Iterum ſapio.

Reſi-

Reſipiſco, ad priorem mentis ſtatum, vel ad meliorem mentem redeo, *Tornare in ſe*. Reſipiſcentia, ipſe reditus, actio reſipiſcentis.

Reſiſto, gradum ſiſto, reſiſtere, *Fermar il paſſo*. Item, obſto.

Reſolidāre vulnus. Cod. ll. antiq. *Saldar la piaga*.

Reſoluo, is, ligatum diſſoluo, *Sciorre*.

Reſolutoria ſacra, ad quæ niſi ſolutis nodis accedere non fas. Seal.

Reſolutoricinium, acus pectoralis, firmaculum, quo camiſia, vel pallium aſtringitur. Cath.

Reſōna, reſonatio à reſonando. Salmas. Item, reſonantia, *Riſuonanti*. Reſōna vox.

Reſōno, is, p. c. pro, reſōno, as. Non. Pac. ſonum reddo, *R ſuonare*.

Reſōnum, edens ſonum, *Riſuonante*.

Reſor, reſticularius, Supplem. antiq.

Reſorbeo, iterum ſorbeo, *Riſorbire*.

Reſortīri in curiam eos dicimus, qui curiam appellant, ſeu per prouocationem eorum diſceptationes in curiā agitantur; vnde, reſortus. Bud.

Reſortus, territorium, aut iuriſdictio. Bud.

Reſpicimus, retrò: Suſpicimus, ſurſum: Conſpicimus, palam: Inſpicimus, intus: Deſpicimus, deorſum, Agr.

Reſpergo, perfundo. Reſperſus, us, ſpargendi actus, *Spargere, ſpargimento*.

Reſpecto, as, retro mutuo, aut ſæpè reſpicio, *riguardare ſpeſſo, ò à dietro*. Reſpectus, us.

Reſperſum vinum, quo ſepulchrum aſpergebatur. Virg.

Reſpicio, is, retro rurſus aſpicio, *Guardar à dietro*.

Reſpirāmen, reſpirium, halitus, ſeu meatus ſpiritus, Reſpiratus, us, reſpirare, recipere intro anheli tum, *reſpirare*.

Reſpirium, reſpiratio. Sup.

Reſponſa, mandata principum, & Præfectorum. Buleng.

Reſpondeo, es, reſponſum do, *riſpondere*.

Reſpondeo, rurſus: contra, aut viciſſim promitto, reddo vicem, & ſermonem: congruo: contrarium oppono.

Reſponſales, qui pro alio reſpondent. Cod. ll. antiq. Item, Apocriſiarij. Buleng. Vide.

Reſponſalis, procurator, vel is qui abſentem excuſat. Lex. Phil.

Reſponſo, as, reſponſito, ferociter compellanti reſpondeo, ſæpè reſpondeo.

Reſponſor, fideiuſſor, qui pro alio ſpondet.

Reſponſoria, ſeu reſponſa, quæ Iuriſconſulti reſpondent conſulentibus. Item, in choro, quæ altero canente, chorus reſpondet, vel quis lectioni reſpondent, ac conſonant. Duran.

Reſponſorius, a, um.

Reſponſoriale, liber in quo reſponſoria ſunt.

Reſponſu, reſponſione. Briſſon.

Reſponſum, reſponſio. Reſponſus, us, conuenientia, *riſpoſta*.

Reſpublica, libera ciuitas *Republica*.

Reſpuo, is, repudio, veluti cum ſputo reiicio, *riſiutare*.

Reſpuens, qui reſpuit.

Reſſa, viſibilis, & laudabilis tentatio. Pap.

Reſt, res eſt, antiq.

Reſtagnāre, aquam pigram non refluentem continere, *Allagare, ridondare*.

Reſtagnatio, inundatio, *Inondatione*.

Reſtat, diſtat, reſiſtit. Enn. Item, remanet, *reſtare*.

Reſtauro, as, renouo, *reſtaurare*.

Reſtes, alliorum cæparumve connexa capita, Plin. *reſte d'aglio, o cipolle*.

Reſtiarius, reſticularius, funarius. Reſtio, ōnis, qui funes torquet, *Funaro*.

Reſtibilis, qui continuo biennio ſeritur. Seges reſtibilis, quæ regerminat. Vinētum reſtibile, quod renouatur, *Vigna riſatta*. Ager nouālis, nouāle, veruactum, requietus, ager, qui alternis ſeritur annis. Iun. Reſtibile vinetum, vinea renouata.

Reſtibilis ager, bis in anno proſciſſus. Supplem. antiq. Reſtibile viuetum, vinea renouata. Bud. à Reſtio, is, Vide

Reſticula, æ, parua reſtis, *Cordicella*, Cato. Reſticūlus. Vlp. *Cordella*. Item, ſuccictorium, redimiculum. Cath.

Reſticularius, qui reſticulas facit. Cath. *Cordellaro*.

Reſtinguo, reprimo, *Smorzare*; vnde, Reſtinctio.

Reſtio, is, reſtire, ad referendum, laborandum, colendumve aptum eſſe. Colum. *Eſſer buon da coltiuarſi*, reſtare in vſum, & culturam.

Reſtio, ōnis, qui ſe reſte ſuſpendit. Item, funarius, funes torquens. Reſtiarius, qui teſtes vendit. Alij contra.

Reſtipulari, viciſſim ſtipulari, & mutuam ſponſionem exigere, *ripromettere*.

Reſtipulatio, ōnis, repromiſſio, *repromiſſa*.

Reſtis, vinculum, plexum func minus. Item, ſuſpendium. Item, puellarum puerorumque manus conſertæ, & alliorum capita connexa, *reſta*.

Reſticūlus, reſticūla, paruus, parua teſtis,

Fu-

Funicella.

Reſticularius, qui facit reſticulas, vel ad eas pertinens. Lex. Phil.

Reſtio, ōnis, qui reſtim torquet, vt Linteo, Pellio, at reſticularius, Lintearius, qui facit, aut vendit. Fronto.

Reſtitrix, quæ reſiſtit. Turn.

Reſtito, as, p.c. ſubſiſto, moram traho, *Fermarſi ſpeſſo*.

Reſtituem, reſtituam, antiq. Palm. reſtitutrix, Apul. reſtitutio, repoſitio in priſtinum ſtatum.

Reſtituimur, volentes; reddimur, volentibus. Don.

Reſtituo, is, reddo, *reſtituire*, Hinc, reſtitutio, reſtitutor.

Reſto, ſuperſum, *reſtare*, quaſi retrò ſto.

Reſtollare, retardare, impedire, A. Bonf.

Reſtrĭcæ, funes in aucupio. Palm.

Reſtrictim, reſtrictè, parcè, *Strettamente*. reſtrictiſſimè, reſtrictus, auarus.

Reſtringo, reuincio, *Legare ſtretto*.

Reſtruĕre, iterum ſtruere: contra, Deſtruere. Tertul.

Reſulco, diuido. Gloſſæ. vett. iterum ſulco, *riſare il ſolco*.

Reſulto, as, reflector ſurſum, vt pila, *Saltare in sù*, concelebro. Prud. frequenter reſilio.

Reſumo, is, rurſus ſumo, repeto, *ripigliare*.

Reſuo, iterum ſuo, *Tornare à cucire*.

Reſupināre, inuertere ſupinum, aliquid deuoluere à propoſito, *renocare*, *rinolger in sù*.

Reſupinus, reſupinātus, qui ventre in altum conuerſo eſt, *rinolto*: contra, Pronus, in faciem, *Boccone*.

Reſurgo, iterum ſurgo, *riſorgere*.

Reſuſcito, as, p.c. ad vitam reuoco, *riſuſcitare*.

Reſūtum, refibulatum, Salmas.

Retæ, arbores ex ipſis fluuiis, aut ripis eminentes, aut in alueis ipſorum extantes, ſeu ſpecies arundinum, quod prætereuntes naues irretiant. Retanda, Flumina, à retis arboribus purganda. Gel. Iſid. reto, as, purgo retis.

Retaliāre, par pari referre, talione hominem repercutere. Talio, pœna, quâ damnum illatum ſimili damno compenſatur.

Retardo, as, remoror. Retardatio, retentio, remoratio, *ritardare*.

Retare, Vide. Retæ.

Retaxare, viciſſim reprehenſorem accuſare, *riprendere il riprenſore*.

Rete, is, ret.a, æ, antiq. quo piſces capiuntur, *rete*, auca, &c.

Retĕgo, is, tectum aperio, reuelo, *Diſcuoprire*. rerectum, apertum, *Scoperto*.

Retetacŭlum, rete, quod iacitur; contra, Verriculum, quod vertitur, ſeu trahitur, *rete*.

Retendo, tenſum laxo, *Allentare*: contra, Tendo.

Retento, iterum, vel retrò tento, *Tentar di nuouo*, inhibeo.

Reteri, repoliri, ventilari. Colum. Retĕro, iterum tero.

Retexi, reſolui. Lucr.

Retexo, texium diſſoluo, in contrarium muto, *Diſfare il teſſuto*.

Retia, æ, retiaculum, paruum rete, & gradus paruus altaris. Voc. Eccl.

Retiarius, gladiator, qui rete immittit: gladiator contra Mirmillonem pugnans.

Retica ligna, quibus tigna ſublimantur. Iſid. Gloſſ.

Retiarius, qui circa rete occupatur, qui rete facit: qui rete geſtat. Item, alter gladiatorum reti pugnans contra Secutorem. Item, qui iacit rete.

Retica, ligna, quibus tigna leuantur. Iſid. Gloſſ. Item, à quibus vitis retinetur. Pap.

Reticentia, Apoſiopēſis figura, cum id non dicitur, quod dici debuit.

Reticeo, ſubticeo, *Tacere*.

Reticŭla, paruum rete, vel mitra virginalis capitis, Cath.

Reticulētum opus, cum cæmenta non iacentia, ſed ſtantia in ſtris ponuntur, vt rete videantur referre. reticulatæ feneſtræ, retibus obiectis munitæ, *ragnate*.

Reticŭlum, reticŭlus, tegmen capitis muliebre genus retis, *reticella*: inſtrumentum luſorium, *racchetta*. Item, cancelli ex funiculis ad beſtias coërcendas, reticuli, dicti. Item, faſcia, & ſaccolus viatorius in modum retis, *Bolgia di rete*. Item, caniſtrum panarium è vimine plexum, in quo panes venales ad mercatum portabantur.

Reticulātus, in modum retis factus: feneſtræ reticulatæ, *Fatte à rete*, *ragnate*.

Retina, æ, reſina. Item, pellicula pertenuis poſterior in oculis, anterior aranea dicta. Rh.

Retinacŭlum, quicquid aliud retinet, *Coſa che tiene*, *o doue ſi lega qualche coſa*, frænum.

Retinax. retinendi ſtudioſus. Sym. *Tenace*.

Retinentia, actio retinendi, conſeruatio. Lucr.

Retineo, remoror, *ritenere*, retentio, retinendi actus, *ritentione*.

Retio, is, Irretio, is, illaqueo, *Arretare*.

Retiŏlum, reticŭlum, reticŭla, retiaculum, paruum rete. Cath. *reticella*. Item, faſcia quâ crines colligebant.

Retiſca, retis melius ſagēna, Gloſſ. Lex. Phil.

Reto,

Reto,as, purgo retia, hinc . Retare flumina,purgare. Vide, Retæ .
Retõnat, contra tonat, *Tuonar dirimpetto* .
Retondeo, iterum tondeo,*Tosar di nuouo* .
Retõno, contra tono, *Rituonare* .
Retorquẽre, retrò iacere, vel remittere, *Ritorcere* . Retortus , retorta , æ, *Ritorta* . Cod. ll. antiq.
Retorreo, arefacio, *Arostire bene* .
Retorresco , retorridus fio , *Diuenir tosto* .
Retorridum , quod intempestiuè amissis viribus à sole retorretur . Retorridè . Col.Item,asperum, difficile .
Retorridus vultus , strictus , contractus , caperatus , seuerus. Salm.
Retractio, contractio, ac diminutio.Macr.
Retractio, onis , reductio retrò, à retraho, is, retrò traho .
Retracto, as, retrò traho, reuoco, iterum tracto , contra tracto, reuoco, recognosco .
Retractatum opus , emendatum , & lituris plenum. Retractatio, recusatio. Retractatus , redemptio prædiorum .
Retractãtor, qui retractat. Retractatum , repetitum. Item, qui sæpius de eadem retractat .
Retractus , redemptio prædiorum lege, aut pacto contrahentium introducta , *Ricompra* . Lex. I. C.
Retrãdo,rursus trado.Pompon.Brison.
Retraho , retro traho , *Ritirare* .
Retribuo , recompenso, *Ricompensare* .
Retrices , riuulus extra vrbem , ex quo aqua irrigandorum pratorum , & hortorum gratiâ educebatur. Fest.
Retrimenta, folliculi vuarum. Item,excrementa, superfluitates,*Feccia*. Onom.med.
Retrimentum, excrementum sęculentum,& stercus ipsum . Item , locus stercoris . Cath. *Sterco* .
Retricum, iterum tritum, valdè tritum .
Retrix, aqua rigans. Lex.Phil.
Retrò, a tergo , *Dietro* . Retrior, antiq.Gl.
Retroãgo , repello, *Ritirare a dietro* .
Retrocẽdo, p.p.regredior, *Tornar a dietro* .
Retrocita, tuba,vltro citroque ducta, *Trombone*, quasi retrocitata. Lucr.
Retrogrãdæ mentes, contumaces, *ostinate* .
Retrogradior, retrocẽo, retrocedo, *Ritirarsi* .
Retrogrãdus , planeta contra signorum ordinem in Epicyclo gradiens .
Retrorsus, inflexus, obliquus. Apul. *Ribattuto* . retrorsum , retrouersum .
Retrosior, magius refractarius. Tertul.Retrõsus , refractarius, *Ritroso* .
Retrouenditio, reuenditio , *Retrouendita* .
Retrũsum , à tergo abditum , abstrusum, *Volto à dietro* , a retundo, is, retrò trudo,repello, *Ribattere* .
Retundere,repercutere, aciem alicuius hebetare, *Rintuzzare* , à Retundo,is,
Retũro,as, p.p. aperio: contra, Obturo, claudo . Turn.
Retũsum , retrò tusum, *Rintuzzato,ribattuto* .
Reuadiare, debitorem se agnoscere, à Vadium, pignus, Flod.Reuadiare, relaxare. Cod.ll.antiq. Lex.Phil.
Reualescẽre, in sanitatem redire, *Risanarsi* .
Reuanescẽre , iterum euanescere , & in nihilum redigi , *Risuanire* .
Reuecto sępè reueho, *riportare spesso* .
Reuẽho,naui,vel plaustro reporto, *Riportare* .
Reuello , abstraho . Reuulsio, onis , extirpatio , *Suelgere* .
Reuelo,as,aperio,*Scuoprire*; contra, Velo ; vide . Item, deficio, rebello. Mussat.
Reuenire, iterum vendi . Item, reuerti , *Esser riuenduto , ritornare* .
Reuerã, reipsã, *In effetto* .
Reuerentia , honor , tam verbis, quam factis exhibitus .
Reuereor, colo, *riuerire* . Reuerĭtus .
Reuerendus, reuerentiâ dignus, *reuerendo* .
Reuersiua febris, quæ non est acuta : sed diuturna, & imperfectas habet solutiones . Lex. med.
Reuerso,retrò verso . Cath. *Voltare a dietro* .
Reuertor, redeo , *Ritornare* , retrouerto .
Reuerticũlum , diuerticulum . Apul. *Sentiero , che mena alla strada comune* .
Reuestio, iterum vestio, *riuestire* .
Reuibratus mensis , lunæ synodus , coniunctio . Capella , *Far della Luna* .
Reuidare, reuitere,Reuiare, reuerti, redire. Isid. Glos. *Ritornare*. reuitare . Vide .
Reuimentum , reditus . Supplem. antiq. à Reuio,as .
Reuincio, is,arctè ligo, *legar stretto* .
Reuinco,conuinco,confuto, *Conuincere* .
Reuio, as, redeo, à Vito, as, eo . Lex.Phil.
Reuiriscо, iterum viridis fio, *rinuerdirsi* .
Reuisio, ætatis pupillorum census in capitulis .
Reuisito, p.c. iterum visito, *riuisitare* .
Reuiso, is, p.p.redeo, vt videã,*Tornar a vedere*.
Reuitare,reuisere,rebitere,repetere B. Vulc.
Reuito, as, rebito,redeo .
Reuiuiscо, ad vitam redeo, *ritornare in vita*, reuiuo,is, iterum viuo .
Reuma, maris æstus, *Flusso, e reflusso del mare* . Vide,rheuma .
Reumăta,stillæ subterraneę ex quibus fontes gignuntur .
Reunctor, minister , & mediastinus eorum medi-

co-

corum, qui iatralepticen, hoc eſt, diſciplinam reunctoriam exercebant. Plin.

Reuocabile, quod reuocari poteſt.

Reuocamen, reuocatio.

Reuocare prouocationem, non recuſare. Turn.

Reuŏco, as, p.c. retrorſum voco, *richiamare*.

Reuocatoria, diploma principis, quo abſentem ad ſe reuocat, Lex. I.C.

Reuŏlo, as, p.c. retro volo, *Volar à dietro*.

Reuoluo, retrò voluo, *Rivolgere*; vnde, reuolubile, reuolutile. Cath. Idem.

Reuoluto mantello, cum quis vtitur contrariis exceptionibus aduerſus diuerſos. Lex. I.C.

Reuŏmo, is, p.c. Iterum euomo, *Rivomitare*.

Reuortit, reuertitur. Gloſſ.

Reuulſio, euacuatio materiæ alienæ per loca contraria. Lex. med.

Reus, culpabilis, *Reo, colpevole*. Reus ſtipulandi, qui ſtipulatur. Reus voti, qui ſuſcepto voto ſe obligat. Item, citatus ad iudicium. Damnatus. Vide

Reus agitur, qui accuſatur. Reus peragitur, qui damnatur.

Reus, expromiſſor, qui alienam in ſe obligationem, vel nouatione, vel delegatione ſuſcepit. Lex. I.C.

Reus facti, qui aliquod factū commiſit. Lex. I.C.

Reus ſatiſdandi, qui ſatiſdato obligatus eſt. Reus ſatis accipiendi, qui fideiuſſores accepit ob debitum. Lex. I.C.

Rex, qui regnat, aliquando per contemptum. Baſileus, honoris gratiâ. Luitpr. Item, qui aliquem alit, dominus, diues.

Rex ſacrorum, cauſiatus, purpuratus pater, Cardinalis. Iun.

Rex ſacrificulus, qui ſacrorum rex ſine imperio, ſacra, quæ penes reges erant, obiens.

Rezonare, zonam relaxare. Palm. diſcingere, promere è zonâ. Non.

R H

Rha, Rheon, Rhecoma, Rhacoma, Rhaponticum Rhabarbarum, rhadix cathartica Pontica, à Rha, Ponti flumine dicta. Iun. *Rhebarbaro*.

Rhabbenus, Rhabbi, magiſter, Hebræis. Rabbi. Rhet.

Rhabdia, verberatio, quæ fit virgâ, *Battitura con verga*.

Rhabdōdi, qui Iliaden Homeri in ſcenâ recitabant, cum ſcipionibus rubris, eædem ſignificantibus, cum croceis verò Odiſſeam, hic enim color exulum erat.

Rhabdomachia, digladiatio baculi facta, *Baſtonata*. Rhabdologia, de digladiatione ſermo.

Rhabdomantia, diuinatio per baculum, Rhabdos, virga. Lex. Phil.

Rabdos, virga, baculus, *Baſtone*.

Rhabdoides, ſtatura recta capitis. Lex. m.

Rhabduchi, Rhadophŏri, baculigeri, maſtigophori, lictores, quod virgas geſtarent, dicti. Item, aliptæ.

Rhaca, Racha, cerebro carens, ſtultus, vox contumeliæ Hebræis.

Rhachetrum, meditullium ſpinæ. Poll.

Rhachis, ſpina. Item, portio iliorum, quâ dorſum flectit.

Rhachitæ, rhachixi, dorſales muſculi. Lex. med.

Rhachitæ, maleficâ vi inſignes quos leges principeſque perſequuntur. Lex. I.C.

Rhachus, Conyza, ſpinarum genera. Plin.

Rhacinus, piſcis pulli coloris.

Rhacion, rhacōma, veſtis vilis, & attrita ex attritis panniculis conſuta.

Rhacoma, Rha. Vide.

Rhacoſis, detritio, & multa ſcroti extenſio.

Rhæbus, incuruus, cui crura ſunt introrſus obtorta: contra, Bleſtus.

Rhadiæ, calciamenti genus, ſeu ſandalij.

Rhadiurgus, qui facilè ad ſcelus patrandum impellitur.

Rhagădes, ſciſſuræ. Rhagadiæ, ſciſſuræ, quę in ſede, & pedibus proueniunt. Lex. med.

Rhagas, ſciſſura, fiſſumve, diuiſio eſt labiz obtinens, callo durata. Gal. Lex. m.

Rhages, extremi digitorum fines, Coryphæ, dicti. Lex. med.

Rhagion, aranei ſpecies, acino nigro ſimilis. Plin. acinus paruus, & nigræ vuæ. Lex. Phil.

Rhagmăta, rupturæ. Onom. med.

Rhagoides, acini formam habens. Vide, Rhageis.

Rhagōis, oculi panniculus, ſeu tunica inferior albugineum humorem tangens, & circumdans, nigri coloris; vnde vuea tunica à colore dicitur. Lex. med.

Rhagolōgus, acinos legens.

Rhagopŏdes, chiropŏdes, qui morbo pedum laborant ob rupturas, quæ Chiræ dictæ.

Rhamnus, ſpina alba, acutiſſima flore gratiſſimo: ſpinoſus frutex, quo Chriſti caput coronatum.

Rhamnuſia, Nemĕſis, indignationis Dea aduerſus abutentes bonis præſentibus.

Rhaphæ, ſuturæ in cranio, quæ ſerratæ inter ſe coaleſcunt. Rhabdoides, dictæ.

Rhaphanelæum, raphaninum oleum ex ſeminibus raphani; vide, rhaphănus.

Rhantēres, oculorum anguli, qui naribus adiacent. Canthi, aures verſus. Onom. m. Raphā-

phānis radicula : braſſica . Athen.
Raphanis, idis, radicula .
Rhaphanitis, Iridis Illyricæ genus primum . Plin.
Raphănoe agria, herba, Apios, dicta, ſiue Iſchas . Plin. Radicula ſylueſtris. Lex . Phil.
Rhaphanum, in ſedem adulterorum immittebant pœnæ nomine .
Rhaphănus, radix eſculenta nota, *Rafano, ranaſello* . Vide . Raphanus . Rhaphanidium, raphanus paruus .
Rhaphidæ, piſcis, Belonæ, dicti .
Rhaphius, animal effigiei lupi maculoſum .
Rhaponticum, radix pontica, reuponticum, Meſue .
Rhapſodia, carminum alienorum concinnatio, heroicorum, & Homeri potiſſimum conſarcinatio .
Rhapſōdus, qui aliena carmina conſarcinat, & publicè recitat, dictus Rabdūchus, rabdōdus, quod virgam manu geſtaret. Homeriſtę, Rhapſōdi .
Rhaptice, ſartoria ars . Vide, Hypanthice .
Rhathagon, ſonitus vndarum illiſarum petris . Rh.
Rhathapygizo, ſummo pede pygam, & nates ludendo percūtio. Rhet.
Rhathymus, cuius mens occupatur in iis, quæ veniunt ex facili. Philopōnus, ex difficili .
Rhecamus, inſtrumentum tortorium. Gallon.
Rhecta extractor. Lex. Phil.
Rheda, rhedium, currus leuiculus, quatuor rotarum, quo nobiliores in villam geſtati, *Carrozzetta*.
Rhedarius, auriga, rector rhedæ. Rhedarius mulus, qui rhedam trahit, *Carrozziero* . Rhedarius, a, um, ad rhedam pertinens .
Rhedo, ornamenta muliebria, *Corredo*. Cod. ll. antiq. Lex. Phil.
Rhegium, ruptura, fractura. Bibl.
Rhegma, reptum, eſt oſſis ad os traductio, à profundo ad ſuperius, vel ſolutio continuitatis in vaſis : vt, Fractura, in oſſe : Conuulſio, ſeu Spaſma, in neruo : Apoſpaſma, in ligamentis : Thlaſma, contuſio in muſculis : Rhegma, in vaſis, ex violento ictu, vel graui caſu . Lex. med.
Rhegmatiæ, quibus diſſectum, aut ruptum quocumque modo intus aliquid fuerit .
Rhegmochaſmus, ſanguinis euacuatio ex ruptâ venâ .
Rhema, vocabulum, verbum .
Rhematopœia, verbi fictio, aut confirmatio, Cath.
Rhembus, vagabundus, erro .
Rhemus, infurnibulum, quo panis in furnum immittitur, *pala del forno* .
Rhemnia lex, pœnam calumniatoribus irrogans .
Rhenānus, habitans iuxta Rhenum . Ciſrhenanus . Tranſrhenānus, citra, & vltra Rhenum .
Rhenicæ, pelles agninæ . Rhenus, agnus . Hip.
Rhenōues, Renōnes, veſtes pelliceæ ad vmbilicum ; agninæ, ouillæ, aut rheno . Cath.
Rheon, rha barbārum, Ponticum. Rhapontirum, radix nobilis medicamentis .
Rheſiarchus, qui oracula loquitur, vel qui ea conſulit, vir dicendi veri ſtudioſiſſimus, Suid.
Rheſis, locutio. Cath.
Rhetidoſis, oculi rabes, & corruptio, ſoliuſque imminutæ pupillæ corrugatio . Lex. m.
Rhetor, qui artem dicendi profitetur . Sophiſta, qui exercet . Orator, perfectâ vtens eloquentiâ .
Rhetorice, rhetorica, ars dicendi . rheſis, elocutio . Rhetorica, orum, libri rhetoricorum . rhetoricus, a, um, ad rhetorem pertinens .
Rhetoricāre, rhetorem agere . Non. rhetoricāri, rhetorum more loqui . rhetoricè adu.
Rhetoriſſare, rhetoricè loqui, *Parlar con rettorica* .
Rhetoriſta, qui rhetoribus operam nauat. Gell.
Rhetoricoteros, magis . Rethor.
Rhetræ, ſcripta, pacta, conuenta . Suid. Item, leges Lycurgi . Oracula, decreta . Lex. Phil.
Rhetræ, leges ſumptuariæ à Lycurgo conditæ, ac tanquam ex oraculo editæ acceptæ à Romanis .
Rhetrophylăces, ſcriptorum publicorum cuſtodes .
Rheubarbarum ; vide, Rha . Rheu, radix, Cath.
Rheuma, ătis, vnda, fluxus, catharrus, impetus, *Diſteſa di humori* . rheumatiſmus, fluxio, *Sfreddimento con catarro*.
Rheumatĭcus, qui rheumate, ſeu fluxione laborat .
Rheumaticotătus, eo maximè laborans .
Rheumatiſma, rheumatiſmus, fluxio, humor ex indigeſtâ concoctione in cerebrum aſcendens congelatus. Rh. *Fluſſione* .
Rheumon, infans recens natus, *putto poco fa nato* .
Rhexia, herba. Plin.
Rhexis, ruptio, exulceratio in cornea tunicula ex ictu, vel vehementi inflammatione . Lex. med.
Rhibis, fruticis genus. Siſamon.
Rhina, ſquatina, piſcis planus cartilagineus . Item, lima. Lex. Phil.

Rhi-

Rhinobatus, piſcis parte ſuperiori ſimilis raiæ, poſteriori ſquatinæ, *Squatraia*, dicta Gazæ. Lex.Phil.

Rhinoma, fœda ſaltatio.

Rhigos, horror, frigus vehemens in febrium acceſſionibus: quod ſi extremas tantum partes occupet, dicitur, Peripſychis, Rh.

Rhigoſibios, perpetuò frigens. Rhet. *Chi ſempre ha freddo.*

Rhiliæ, nigræ caricæ. Rh. rhineæ.

Rhin, naſus, vnde compoſita. Vide.

Rhina, Squatina, piſcis, *Squarro.*

Rhinarium, lunula inſtrumentum pro dentibus adnatis, Onom.med.

Rhinenchyſia, infuſio ſiue inſtillatio in nares. rhinenchyton, huius inſtrumentum.

Rhinenchyta, medicamenta per nares educentia.

Rhines, auro fundendo aptum inſtrumentum.

Rhinion, collyrium, quaſi limula, quod ad limæ ſimilitudinem cicatrices, & callos oculorum deterat. Celſ.

Rhinocephălus, naſiceps, animal ceruicem habens equinam. Geſn.

Rhinocĕros, naſicornis, animal habens in ore cornu. Item, vas, oleum guttatim fundens lauantibus. Item, qui dente eminŭlo bronchus eſt. Luc.

Rhinocerotius, a, um, ad rhinocerota pertinens.

Rhinoclisia, alterum callæ herbæ genus, narium inclinatio.

Rhinocolura, ciuitas in Ægypto, cuius incolæ ſunt naribus mutilis. Cerda rhinocoluſtes, amputato, narium.

Rhinolăbes, inſtrumentum, quo noxiis nares detorquentur.

Rhinomactium, emunctorium ſudarium naribus abſtergendis, *Moccichino.*

Rhinos, pellis, & ſcutum. Item, naſus.

Rhinosimus, qui naſo eſt ſimo.

Rhinoteria, carinæ pars. Calcag.

Rhinotmetus, cui naſus amputatus.

Rhinotŭmus, ſcutos, ſeu naſos ſecans.

Rhiphe, impetus. ripheus, impetuoſus. Cath.

Rhipis, flabellum, vas è vimine contextum. Poll.

Rhipſaſpis, imbellis, timidus, abiiciens ſcutum: contra. Pheraſpis, qui portat, Bellicoſus. Suid.

Rhita, poculi genus, cornibus ſimile. Athen.

Rhiptaria, zicuria, bidentia, arma ancipitia cuſpidata. Leo. Tact.

Rhixis, oculorum vitium. Onom.med.

Rhiza, radix. Item, herbæ genus ſine flore. Lex.Phil.

Rhizagra, inſtrumentum, quo Chirurgi ſpicula extrahunt.

Rhizes. animalia Æthiopica, formâ tauri. Strab.

rhiza, radix, vnde, deriuata.

Rhixias; Caulias, ſucci Laſerpitij dicuntur. Plin. Item, qui fit ex radice.

Rhizolŏgus, radicum collector, *Cogliè radici.*

Rhizonÿches, vnguium in digitis radices, *radici dell'vnghie.*

Rhizophăgus, radicibus veſcens, *Chi viue di radici.*

Rhizotomia, herbarum medicarum collectio.

Rhizotŏmus, radiciſeca, Herbarius dictus, *Simpliciſta.*

Rhoa, rhus, ex moro mora immatura ſiccata, & contuſa. Hipp. Item, malus punica.

Rhoas, adis, defluuium acinorum, vitium vitis.

Rhoda, rhodos, roſa; vnde deriuata.

Rhodacĭnum, fructus perſici mali à calore roſeo.

Rhodia radix, herba odorata, *radice di roſa.* H. P.

Rhodĭcon, aqua roſacea, *Acqua roſata.*

Rhodidæ, rhodides, paſtilli ex roſis confecti. Rhet. *Paſtelli roſati.*

Rhodĭnæ veſtes, rhodicæ, coloris roſati. Anaſ.

Rhodĭnum, p.c. oleum, vnguentum roſaceum.

Rhodĭnus, a, um, roſeus, ex roſis factus. Lex. Phil.

Rhodĭnum, p.c. confectio roſacea, *olio roſato, o conſerua roſata.*

Rhodites, p.p. gemma roſei coloris. Iſid.

Rhodis, paſtillus ex roſis confectus.

Rhodochus, roſeus currus.

Rhododactylus, roſeos habens digitos, ita Aurora nuncupata,

Rhododaphne, roſa laurea, ſtirps aboreſcens, rhododendrum, roſea arbor, planta roſæ, ac lauro ſimilis.

Rhododendros, rhododaphnes roſa arboreſcens frutex, *Leandro.*

Rhodomĕli, mel roſaceum, *Mel roſato.*

Rhodomĕlum, confectio è roſis, & malis cotoneis. Lex.Phil.

Rhodon, roſa. Lex.

Rhodonia, locus, vbi roſæ naſcuntur. rhodonĭa, rhododaphne, ſertum ex roſis. Item, condimenti genus ex meris cerebellis in multa roſa coctis. Onom.med.

Rhodŏra, p.p. herbæ genus. Plin.

Rhodos, roſa.

Rhodoſaccharum, ſaccharum roſaceum, *Zucchero roſato.*

Rhœas, tertij generis papauer. Item, affectio oculi,

culi, cum angulus ex latente quadam causa secesserit, aut praua curatione læsus, non lacrymas, sed humorem demittat. Gall.

Rhebdesis, cantus insuauis pastorum, *Canto di pastori*.

Rhetès, vinum è malis punicis, *Vino di pomi granati*.

Rhogme, ossis, interruptio per superficiem, rima, quæ si insensibilis, Trichiasis, seu Capillaris, dicitur, Manar.

Rhogmus, sonus, quem quis supinus stertendo edit, Rhoncus.

Rhogoides, Rhagoides, secunda oculi tunica.

Rhoicæ, p.p. mulieres, fluxionibus laborantes.

Rhoicus, strabus, fluxione laborans.

Roisci, corymbi aureis ornatus gratia, sacrorum stolis annexi tintinabula.

Rhoites, rhoiton, vinum ex malis punicis expressum, *Vino di mele granate*.

Rhomboides, Rhombiformis, e, figura quadrilatera, neque æquilatera, neque rectangula, & obliuangula. Item, piscis marinus. Rondel.

Rhombus, figura quadrilatera æquilatera, non rectangula. Item, instrumentum quo maleficæ mulieres, ad educendam lunam, tortis filis confecto, vtebantur. Item, torques, siue machinula illa, quam vertendo mulieres tramam ad lanificium nent, *Arcolaio*. Item, fasciæ genus, & piscis, *Rombo*. Item, trochus, *Trottola*. Item, cornus: Ipsa rotatio.

Rhomphæa, gladii genus Thracum, *Spadone*.

Rhonchisonus, p.c. qui sonat rhonchos. Item, derisor. Sigon.

Rhonchisso, sterto, *Roncare*.

Rhoncus, stertentis nasi sonus, *Roncheggiamento*.

Rhoon, succus è moris siccatis expressus. Onom. med.

Rophalici versus, quorum singula verba sequentia singulis syllabis priora exuperant, vt. Spes Deus æternæ stationis conciliator.

Rhopalicus, a, um, clauans; vnde, Rhopalicus versus. Vide

Rhopalos, herbæ genus.

Rhopălum, telum vltioni aptum. Item, claua, maileus campanæ, *Battocchio*, Item, herbæ genus.

Ropalotis, succretio summorum pilorum indiuisibilis. Lex. med.

Ropeion, locus virgultis plenus.

Rophetha, oua sorbilia. Onom. m. *Vouo da bere*.

Rhopica, merces minutæ, & variæ, *Varie merci*. Scruta. Vide

Rhopographia, virgultorum, stirpiumque descriptio, quales ad ripas amnium esse solent, vel *Amalthea Onomast. Pars Altera*.

natura, vel arte facta: contra, Megalographia.

Rhopogrăphus, sordidarum, humiliumque rerum pictor.

Rhopon, miscellaneum opus; fasciculus è diuersis rebus. Rh. *Fascietto di cose varie*.

Rhopopōla, vilium minutorumque venditor, *Vende à minuto*. Seplasiarius. Vide

Rhoptia, petaura, & ligna flexuosa captandis feris. Rhet.

Rhoptron, rhopălon, cricus, cornix, anulus portarum, *Anello battitoio delle porte*.

Rhotacismus, Rhotasmus, crebra repetitio, R, sic Sigmatismus, crebra repetitio. S.

Rhus, fruticis genus, quo vtuntur coriarii depilandis cortis. Item, profluuium sanguinis seminarum per vterum assiduum, & inordinatum præter naturam. Lex. m.

Rhyas, oculorum carnis in angulis assumptio, ob quam causam effluit Lacryma. Cal. oculorum fluxio.

Rhycăna, instrumentum fabrile, runcina ad leuigandum, *Stromento da pulire*.

Rhyma, purgatio, quâ panni purgantur.

Rhymbion, rhombus, rotula, quæ agitur à fagis. Vide, Rhombus.

Rhymos, in curru temo; Rh.

Rhymotomia, viarum sectio, atque directio, *Taglamento à drittodi strade*.

Rhynenchĭta, qui pituitam per os educunt. Tiraq.

Rhynton, Tarentinus nugator præcipuus in agendis fabulis. Var.

Rhypapæ nautica acclamatio.

Rhyparĭa, p.p. immunditia, genus sordidi vlceris. Dioscor. Rhypographus.

Rhyparogrăphus, sordidarum rerum pictor.

Rhypocondylus, extremè, vel vnguibus sordidus, qui ne numulum quidem expenderet in vnguibus purgandis.

Rhypodea, medicamenta strigmentosa, à sordium, quasi similitudine. Lex. m.

Rhypographus, riporographus, sordidarum rerum pictor, aut scriptor, *Scrittore di cose sordide*.

Rhypos, sordes in summis vnguibus manuum, strigmentum. Cera sigillaris. Rhypon.

Rhypopolæ, venditores rerum vilium, & sordidarum.

Rhyptica, medicamenta absterſoria, vim habentia extergendi sordes in superficie. Lex. med.

Rhysion, salus conductus vadimonium, quo gratiæ aguntur, præmium gratulatorium pro bonâ

bona valetudine, aut felici euentu.

Rhysosis, morbus oculorum Rugatio, Latinè. Cæl.

Rhythmica expositio, constat ex inconditis, & rudibus versibus, quæ sibi pari syllabarum numero, & finalium similitudine respondent, vt sequentia, Dies iræ dies illa, &c. Lex. Phil.

Rhythmus, numerus musicus. Rhythmicus, musicus: rhythmopœus, musices effector. Rhythmomachia.

Rhython, poculum cornibus simile, sed perforatum, ex quo tenuissimè perfluente vino infernè bibitur. Bayf.

Rhytides, contractiones cutis post contractum humorem.

Rhytron, rhysion, lytron, soterion, sostrum, redemptio, aut præmium redemptionis.

Rhytium, vasis genus, Mart.

Rhytum, poculi genus, vt cornu, ex quo tenuissimè profluente vino, bibitur infernè, heroibus vsitatum, perforatum, duosque congios capiebat. Lex. Phil.

R I

Ribes, fructus. Mesue, stirps fruticosa. Ribesium. Lex.

Rica, ricca, quadratum vestimentum fimbriatum, & purpureum, quo pro palliolo vsæ Flaminicæ. Item, veli genus, quo capita mulieres tegunt mitra. Ricula, sudarium, plagula. Iun. Vide, Rocchetum.

Ricinum, recinium, palliolum femineum, breue vestimentum, lugubre. Riciniatus, ricinio indutus. Item, acus discriminatoria. Cath.

Ricinum, ricinium, pallium, ita dictum, quod in dorsum reijciatur, erat quadratum, *Cappa*.

Ricinosus, pediculosus, ad bruta refertur. Sup.

Ricinus, rediuiuus, vermiculus infestans capita canum, & vbera ouium, aut iumentorum, sanguine animalium viuens, *Zecca*. Item, frutex grana ferens ricinis similia, cataputia, pentadactylon, palma Christi, herba cathartica, *Girasole*. H.P.

Ricinus, cartilaginea pulmonis pars. Galen. Lex. Phil.

Ricocia, medicamenta achoribus sanandis idonea. Onom. med.

Ricto, rictare, est Leopardorum cum voces emittunt.

Rictus, us, rictum, oris, distentio, & dilatatio, hominum, & ferarum, Gelasinus, Græcis, hiatus oris, *Ceffo*, actus ringentis, rostrum.

Ricula, mitra virginalis, capitis plagula, sudariolum. Gloss. A.L. parua Rica.

Rideo, es, notum. Ridere. Ridens, ridendus, ridibundus, risus, us, ridere, *Riso*.

Ridibundus, abundè ridens, *Chi ride molto*.

Ridica, p.c. Palus, pedamentum vinearum, adminiculum, sudes, statumen, pertica, *palo, pertica*. Iun. Ridicula, parua ridica.

Ridicularia, nugæ. Ridiculus, ridicularius, qui aliis est risui, & alios ridet, facetus, propriè, qui in rebus turpibus ridetur, Fest. *Buffone, zanni*.

Ridiculè, iocosè, *Buffonescamente*.

Ridiculum, sermo risum excitans, *Cosa, o detto ridicolo*. Ridiculus, a, um, dignum risu.

Rido, pro rideo, Prisc. antiq. Vide, rideo.

Rien, ren, lumborum locus. Pap. Fest. *Rene*. Rienosus, rene laborans.

Rienes, Nefrandines, renes, aut testiculis, quos Lanuuinos appellant. Fest. Plaut.

Riga, series, ordo, regula, linea recta, *Riga*. Lex. Phil.

Rigatio, rigandi actus, *Adacquamento*.

Rigator, p.p. qui rigat, *Adacquatore*.

Rigatorium, vas aquæ lustralis ante ædes priuatas. Poll. *Vaso da adacquare*.

Rigeo, es, rigidus fio. Rigesco, frigesco. Rigidum, præter modum frigidum, *Interizzito*.

Rigido, as, rigidum facio.

Rigidor, āris, rigidus fio, *Diuenir rigido*.

Riginus, musca canina. Ricinus. Sup. *Zecca canina*.

Rigo, as, riuos ago, irrigo, *Adacquare*, humorem aspergo. Rigans, rigatio, rigator.

Rigor, actus rigentis frigus; inflexibilis conditio, tenor equabilis, constantia, austeritas.

Statuarij, qui ſtatuas faciunt è ligno, vel ebore dicti, Dolatores. Artifices opus facientes ex argillâ plaſtici dicti: ipſa vero ars, Plaſtice. E lapidibus, ſculptores, Hermoglyphi; ipſa ars. Colapticè. E metallis ars, Glyphice, vel ſculptura. Si cera adhibeatur, Agogice. Si promineat, quod ſcalpimus, Anaglyphice. Si ſit tantùm impreſſura, Diaglyphice. Si laminas cælamus, Encolaptice. Si vaſa tornamus, Toreutice. Si per inuſtionem, Encauſtice. Futuri operis prima forma, Proplaſtice. Si ex cerâ, Protypus. Si ex ligno, Modulus.

Statues, ſerui ante patronum ſtantes, vt eis præſto ſint. Turn.

Statuliber, qui teſtamenti certâ conditione propoſitâ iubetur eſſe liber, qui quandiu pendet conditio, ſeruus eſt hæredis.

Statūmen, id quo fulcitur vitis, vt pali pedamenta, &c. *Palo*. Item, quicquid proſtrato adijcitur. Item ſtipites fixi, quibus iumenta clauſa curantur.

Statuminatio, ſtatūmen, ſit lapidibus, & cæmentis libralibus, & manualibus ſine calce, & arenâ. Ruderatio, ſtatumini ſuperinduitur cum calce, & arenâ. Vitr.

Statumīno, as, ſtatumine firmo, *Palificare*.

Statuncŭlum, ſtaticŭlum, parua ſtatio.

Statuncŭlus, nuncius ad pelliciendam virginem domum ſuam, vt ſtatueret, quod liberet facere. Aldhel.

Statuo, is, colloco, decerno, *Determinare*.

Statūra, corporis longitudo. Status, ſchema, quod ad habitum refertur. Donat. vnde Staturoſus. Item, imago, quæ alicubi ſtatuitur. Lex.

Staturius, qui ſemper ſtare cogitur ob neruos contractos. Suppl.

Staturōſus, procerus, qui magnâ ſtaturâ, ductâ metaphorâ à re militari. Cerda.

Status, us. conditio: ſtatus cauſæ apud Rhetores, actio ſtandi.

Status, dies, qui iudicij cauſâ eſt conſtitutus cum peregrino.

Status ſtata, & firmata ætas, nempe XXV. annorum. L. I. C.

Status, a, um, certus definitus.

Statutum, quod quis ſtatuit: Lex certa: ceremonialis. Lex. Item, lex ciuilis, ſeu municipalis.

Statūtus, procerus, magnæ ſtaturæ. Statūtum, lex ciuilis, vel municipalis. L. I. C.

Staulicomes, ſtabuli comes. Anon. *Conteſtabile*.

Staupi, ornamenta baſilicarum ex argento ſuſpenſa. Anaſt.

Staurachium, palla depicta. Voc. Eccl.

Stauricinæ, veſtes, quadrapŏlæ, octopŏlæ, pampinatæ, corymbatæ, ſilicatæ. Adrian.

Staurium, ſignum à cruce dictum, vti Draconteum à dracone. Codin.

Staurōma, plures valli, ſeu pali in terram depacti, munimentum ex vallis, & terrâ, *Palata*.

Stauropates, periurus, fidem ſigno crucis conſignatam fallens, *Sperginro*.

Stauropegium, crucis fixio, facta per Epiſcopum ante fundamenta facienda Eccleſiæ, aut Oratorij. Item, Diœceſis vniuerſæ Epiſcopi, vbi ius habet figendæ crucis. Cerda.

Staurōſis, vallorum, ſeu crucis fixio, *Piantamento di croce*.

Staurōtes, qui cruci affigit, *Crocifiſſore*.

Staurus, ſtauara, crux, palus ligneus fixus, *Croce*. Lipſ.

Stear, ſebum, oleoſa, & pinguis ſubſtantia, *Seuo*. Item, farina aquâ ſubacta in formam panis, *Paſta*.

Steatites, gemma ſeuum oſtentans.

Steatocēle, affectio eſt ſeroti, ſuccreſcente in eo ſeuo. Lex. med.

Steatōma, p. p. tumor eſt foris in corpore apparens, pinguem intus materiam continens ſeuo ſimilem, *Natta*.

Steatomāta, adipini nodi. Atheromāta, pultarij nodi Melicerides, mellei nodi tumores præter naturam adipis pultis, aut mellis quid ſimile in ipſis cum exiſtunt, ſub cute. Lex. med.

Stega, tectum, domus contignatio. Item, locus in naui contectus, vbi nautæ ambulant. Triſtega, tabulatio triplex, vide.

Steganographia, ars per occultam ſcripturam animi ſenſa abſentibus explicandi.

Steganomāta, vincula, quæ parietes continent, ne dilabantur, *Catene delle pareti*.

Steganomium, merces, quæ perſoluitur ei, qui tectum ſuum impertiuit. Item merces cauponi data. Poll. *Scotto*.

Steganopŏda, animalia palmipeda, vt anſeres, anates, &c.

Stegarchus, ſtegearchus, tecti dominus, *Padrone del tetto*.

Stegaſtris, diphthera, coriacea tunica ad pluuias arcendas. Stegaſtrum, operimentum, *Coperta di pelle contra la pioggia*.

Stegeſtrum, tectum. Item, pileus ſtramineus. Scal. Var. *Cappel di paglia*.

Ste-

Stegnosis, stipatio, condensatio meatuum cutis. Stegnopathia, mysis, dicta conniuentia, cohibitio alui. Manar.

Stegnotica, medicamenta obstruentia, aluum astringentia. Tiraq.

Stegnus, strictus: febres stegnæ, constrictæ vocatæ.

Stela, pila, columella, lapidea, aut cementitia, aut lateritia columna, Cippus, dicta, literis insculpta ad memoriam prodendam in militaribus vijs, aut sepulchris, quæ propriè, Columella, dicta in crucis speciem lignea, saxeave, quadrata. Iun. Stele, etiam in ædificijs, pilæ saxeæ, seu vngulæ. Cerda. Stelographia, scriptio in stella, titulus.

Stelechiæ, vena superficiaria magna ab intimâ iecinoris parte exoriens aliarū veluti truncus.

Stelechocarpus, caudice fructum ferens, *Che fruttifica nel tronco*.

Stelechus, truncus ex radice surgens in ramos inde fisus, *Tronco*.

Stelgidopœus, strigilum fabricandorum artifex.

Stelgis, stelengis, strigil, *Stregghia*.

Stelgismata, sordes, quæ abraduntur strigili, dicta, strigmenta, *Stregghiature*.

Stella, astrum, *Stella*. Item, vox mensorum iunior, cum decussum conduplicatum, dedictumque appellauere, Stellam. Stellāris. Stellātus, stellis plenus, *Stellato*, stella singularis. Astrum, stellarum collectio.

Stellātum, stellis ornatum. Item distinctum & exlatum. Salm. Item velum, & peripetasma. Scal. Poët.

Stellula, parua stella. Stellæ, impostura à stellando. Salmas. Vide, stello, as.

Stella, pisces insectilis, pectinata, læuis, arborescens, echinata, reticulata. Rond. Item, impostura, stellatura.

Stellans cœlum, lucens stellis, *Stellato*.

Stellāre, lucere, quod est stellarum. Item inuidere, à stellione animali deductum. Item, proijcere, vnde, stellatura. Vide.

Stellaria, pes leonis herba H. P.

Stellatūra. Stellionatura. Stellionatus, deceptio, fraus. Item, tessera frumentaria, & annona militaris septem dierum, vel eius pretium. Steuuech.

Stellatūra, loco stipendij distributa. Tessera, gratuitò. Vvolf. quod datur à militibus, Tribunis pro commeātu quasi in eius sinum mittitur. Salm. Spar.

Stelliger, stelliger, qui stellas fert, aut gerit.

Stellim micanter, lucidè, stellarum more. Delrius.

Stellio, ōnis, animal, lacertæ simile, stellis variegatum, fraudulentissimum, *Tarantola*. Item, aranei genus.

Stellionatus, us, crimen, cum quid dolo factum, nempe si quis vendat alienum, aut quod aliàs vendidit. Callida impostura.

Stellionātor, stellātor, impostor. Suppl. antiq. Stellionātus, a, um, versipellis.

Stellionatus, crimen, fraus impostura omnis, quæ propriam significationem non habet, & in proprium delicti nomen non cadit.

Stellorarium, horologium in stellæ formam effor matum.

Stello, as, more stellarum luceo, *Lucere come stella*. Item, inuideo. Item, decipio: vnde, stellatura dicta. Varro.

Stelmoniæ, fasciæ, quibus latera canum præmuniuntur.

Stemāton, tumor mollis carnis. Cath. *Tumore*.

Stemiatādes, æstimatores, censores. Glossæ, *Stimatori*.

Stemma, tis, coronamentum ex multis floribus, lana ramo circumuoluta, *Ghirlanda*. Stemmata, imagines maiorum in atrijs poni solitæ. Item, facinora. Item, inscriptiones saxorum, ortus clarus, ornamentum.

Stemmatogyrium, coronæ genus, propriæ Despotarum. Codin. Stemmatophorus, qui fert stemma.

Stemon, litus angustum. Cath.

Stemphālum, annonæ genus, seu leguminis.

Stemphyla, fraces, quæ remanent expressis oleis: Perigysmata, expressis vuis, Vinacea, dicta, *Vinaccie*. Stemphylides, oliuæ maturæ, & torculo subijciendæ. Ath.

Stenochiriasis, equorum morbus, cum vires amittit visus, & constringitur. Onom. m.

Stenia, scyra, festa mulierum. Suid.

Stenochoria, constipatio meatuum. Item, angustum spatium. Stenochorus, angustum habens spatium, *Stretto*.

Stenographia, opus Abbatis Tritemij de subtilibus, seu subtilitate tractans.

Stenoleschres, de rebus subtilibus garriens, *Chi disputa di lana caprina*.

Stenoleschia, anxietas in rebus nihili.

Stenologia, sermo de rebus friuolis, *Ragionamento di cose frivole*.

Stenoparōchus, qui aduersus incendia ex plebe legebatur. Rh.

Stenopathia, astrictum corpus, neque in sudorem relaxans. Cath.

Stenophylla, habentia folia angusta, *Di foglie strette*.

Stenoporthmus, angusto freto constrictus, *Arrato in stretto di mare*.

Stenopōrus, angustos habens meatus, *Di stretti meati*.

Stenos, angustus, *Stretto*.

Ste-

Stenothōrax, qui angusto est pectore, aut tani obnoxius, *Stretto di petto*.
Stentinæ, intestina, ilia. Suppl. antiq.
Stephadium, stipendium. Pap.
Stephăne, stephănos, stephos, corona. Item, orbiculus, quem mulieres onera gestantes, capiti imponunt. Item, circulus inter album oculi, & pupillam. Item, muruli in circuitu tectorum, &c.
Stephaniæa, sutura capitis anterior, coronalis dicta, Commissura, coronale.
Stephanitæ, vites coronariæ, quæ in coronam connectuntur super staturnina. Colum.
Stephanites, victor certaminis coronâ coronatus, *Coronato*.
Stephanium, dicta mulier à coronâ. Plauto.
Stephanōma, p. p. coronamentum, materia coronarum, *Materia per corone*.
Stephanomelis, herba argentina à melino colore dicta, Plin.
Stephanophōrus, qui coronam gestat, *Chi porta corona*. Herculis Sacerdos. Rh. Stephanophoria, gestatio coronarum, *Il portare della corona*.
Stephanoplocus, stephanopœus, qui coronas nectit, *Coronaro, chi fà corone*.
Stephanopōla, qui coronas vendit, *Vende corone*.
Stephanopolides, fœminæ nectentes coronas, easque vendentes.
Stephănus, corona. Stephanium, stephaniscus, dimin.
Stephanicīda, qui Stephanum occidit. Stephanicidium, protomartyris mors.
Stepteria, serta quædam, quæ ex arboribus suspendebantur.
Stega, pellicula, in quâ puer inuoluitur, & moratur. Cath.
Stereticum, priuandi vim habens.
Stericum, ad steram pertinens, vel in steră patiens.
Stercidum, cloaca. Suppl. antiq. Stercidium, sterquilinium. Idem, *Fogna*.
Stercorāre, simum agris inspergere, pinguefacere, *Letamare*. Stercŏro, as.
Stercorātus ager, stercoratio: stercorarius, qui stercorat.
Stercorōsum, plenum stercore, sterquilinium.
Stercolinium, sterculinium, sterquilinium, locus stercoribus plenus, *Letamaro*.
Stercorimanducus, Aristoph.
Sterculinus, Deus, qui præest stercorandis agris.
Stercus, oris, p. c. *Sterco, merda*. Stercoreum, è stercore.
Stereobăta, murus ex ipso solo eductus, basis ædificij. Stylobăta, columna basis, *Piedistallo*. Stylobata innititur stereobatæ, quasi fundamento. Vitr. *Zoccolo*.
Stereometria, solidorum corporum dimensio. Sterea, solida. Stereōma, firmamentum.
Stereon, solidum corpus. Quom. med. *Corpo sodo*.
Stereophron, qui est mente solidâ.
Stereŏs, arbiter, *Arbitro*.
Steretica, priuantia. Pap.
Stergethia, poculum amatorium, vmbilicus Veneris herba.
Steria, ordo, series. Suppl. antiq.
Sterichorites, stesichorites, in talis numerus octonarius, *Otto ne' dadi*.
Sterilis, infructuosus, infœcundus: sterilis pecunia, ociosa, infructuosa, sine vsurâ. L. I. C.
Sterillum, herba, *Barba di capra*. Pap.
Sterilus, sterila, sterilis, infœcundus, *Sterile*. Lucr. Sterilesco, sterilis fio, *Diuenir sterile*. Sterilitas, infœcunditas, *Sterilità*.
Sterium, habitatio solitarij, statio. Pap. Vnde —, Lectisternium.
Sternæa, via equorum vngulis proculcata, *Via battuta da caualli*.
Sternax equus, ferox, sessorem excutiendo sternens. Item, pauidus. Sternaces, prostrati. Sidon. qui sternere solet.
Sternium, locus aptus ad sternendum. Cath.
Sterno, is, humi dejcio, *Atterrare*. Item, præparo sternendo.
Sternomantis, spiritum fatidicum habens. Poll. Sternomantia, in cuius pectore spiritus oracula edit.
Sternon, pars à corde descendens. Poll. pars thoracis anterior, pectus.
Sternotypia, pectoris percussio, *Battimento di petto*.
Sternotyptes, qui pectus percutit, *Chi batte il petto*.
Sternuchus, in suo pectore continens.
Sternum, torus stratus, *Letto fatto*. Pectus, vulnus.
Sternumen, sternumentum, sternūtum, sternutamentum, sternōtū, sternutatio. Suppl. *Starnuto*.
Sternuo, is, sternūto, frequenter sternuo, *Starnutare*.
Sternus, spiritum è cerebro per nares violenter expello.
Sternutamentum, actus sternuendi. Item, medicamentum sternutatorium, *Starnuto*.
Sternutatoria, quæ sternutationem cient, *Starnutatorij*.
Sterops, sterope, fulgur, *Saetta*.
Sterphopeplos, pelliceo peplo indutus. Sterphus, corium.
Sterpie, cauda serpentis. Pap.
Sterquilinium, stercoris receptaculum, *Fogna*.
Sterrhogonia, masculum thus.
Stertere, dormiendo rhoncos mittere, dormire, *Ronfare*. Sterto, is.

Ster-

Stertor, oris, ipſe actus ſternendi, Rhoncus, ſtertentis ſonus, *Ronfamento*.

Steſichorites, numerus octonarius in talis. Poll. vide, ſterichorites.

Stetharium, pectorale, armatura pectoris equorum. Cod. *Pettorale*.

Stethias, auis quædam.

Sthenēlus, nomen ductum à fortitudine, & robore militari. Cerda.

Sthetenium, medium pectoris. Sthenus, potens.

Stiæ, calculi iuxta mare. Hipp. *Pietruccole della marina*.

Stiba, pruina dilucula. Rhod. *Rugiada della mattina*.

Stibades lecti, vbi milites humi cubant, militaris cuba. Segeſtre, accubitum ex virgis. Buleng.

Stibadium, ſiue ſigma, menſa ſemicircularis in quo olim accumbebant, in quo ſi ſex diſcumberent Hexaclinum, ſi ſeptem Heptaclinum.

Stibadium, torus à tortis herbis, ſella, & abacus, quo fulti diſcumbebant conuiuæ. Item, domuncula in viridario. Stibadia, paruæ cœnationes, in quibus ſcriptum, quot conuiuæ caperentur, *Sedia, caſette di verdure*. Stibadium, figma, hemicyclus, porticus. Conſt.

Stibia, veſtigium, ſemita, *Veſtigio*.

Stibi, ſtibium, ſtimmi, ſpumoſus lapis candicans, in argenti metallis inuentus, antimonium. Stibinum, è ſtibo. Voe. Eccl. ad ſtibium pertinens. Stibio ſimile.

Stibis, fullo. Rh.

Stibium, ſtimmi, antimonium, *Antimonio*.

Stica, ſtigea, tunica. Iſid. gloſſ. Item, ſtica, vua, vina dulcia faciens. Stictoſus, mitiſſimus, Pap. Strica. B. Vulc.

Sticha, ſtichārium, tunica ſacra, linea. Gloſſ. vide, ſtœcharium. Stichia, ſtichium. Salm.

Stichados, ſtichas, ſtœchas, ſticade. Meſue.

Stichārium, ſticha, ſtigia, ſtigina, tunica. Allix, veſtis diaconorum, & ſacerdotum alba, & vndulata: Patriarcharum verò purpurea, & non vndulata. Lex. Phil.

Stichera, cantica curta in Eccleſiâ. Gennad.

Stichidium, verſiculus, *Verſetto*.

Stichicus, a, um, conſtans numero poëtico, verſus.

Stichōdus, rhapsōdus, qui carmina recitat, quod virgulam manu olim teneret.

Stichomythia, collocutio, quæ ſit apud poëtas alternis verſibus.

Stichomythus, qui alternis canit verſibus, *Chi canta à vicenda*.

Stichopœua. Stichurgus, verſificator, poëta.

Stichos, verſus; vnde, Diſtichum, duo verſus: Tetraſtichum, quatuor verſus. Stichidium, exiguus verſus, *Verſetto*.

Stictus, dictus qui ab ordine, & verſu. Plaut.

Stictus, ager, quaſi ſignatus lapide, vel columnâ, creditoribus obnoxius. Alciat.

Stifadium; vide, ſtibadium.

Stiga, æ, ſtimulus; vnde, ſtigo, ſtimulo. Cath. Inſtigo, &c.

Stigeſtos, triſtitia. Cath.

Stigia, ſtigium, tunica, veſtis genus, pro Sicha, ſtichium. Iſid. gloſſ. *Tonnaa*. Strigia. B. Vulc. Stigina, ornamenta regia. Hyſgina. Iſid.

Stigma, ătis, p. c. macula, punctum, *Bollatura*. Item, ſigillatio, infamia. Stigmāre, ſtigmatis inurere, *Bollare*. Prud.

Stigma, nota pungendo facta, infectio cutis, variegatio, vernicatio punctorum. Manar. *Bollature*.

Stigmatias, ſeruus compunctus notis, *Seruo bollato*. Stigmoſus, ſtigmatum plenus. Plin.

Stigmaticus, famoſus, nocens. Stigmōſus, ſtigmatias, ſtigmate inuſtus, *Bollato*.

Stigmo, as, ſigillo, inuro, *Bollare*.

Stigo, as, ſtimulo irrito; vnde, Inſtigo, caſtigo, fuſtigo, vide.

Stilba, lucerna ſuper candelabrum poni ſolita. Poll. Item, vas fictile, quo ante candelarum vſum antiqui vtebantur. Idem.

Stilbōma, pigmentum ad conciliandum faciei nitorem, *Belletto*.

Stilbon, ſtella Mercurij, ideſt, radians. Cath. Apul.

Stilbontes, aſtra, quæ in motu ſunt.

Stiliarium, foramen ſecuris, in quod manubrium inſeritur. Euſth.

Stiliquadrum, quadrum. Iſid. gloſſ.

Stilla, parua ſtiria, gutta, caſura ſtans. Stillŭla, dimin. à ſtiriâ, *Goccia*. Stilloſum, ſtillis manans. Cath.

Stillāre, guttatim fluere, *Gocciare*. Stillātum, *Gocciato*. Stillans, *Che goccia*. Extillari ipſum corpus, guttatim finiri. Don. *Conſumarſi gocciando*. Stillo, as, paulatim fluo, lachrymor.

Sillatitia reſina, quæ ex arbore ſtillat. Stillatio, actus ſtillandi.

Stillicidium, ſtillæ de tecto cadentes, aqua ſtillatim cadens, *Grondaia*. Item, fluuius continuò fluens. Item, tecti pars prominens, *Gronda*.

Stilobātæ, vide, ſtylobatæ.

Stilpōnes, puſilli, homunciones, *Huomicciuoli*.

Stimicon, longus, & altus. Cath.

Stimmi, ſtibium, *Antimonio*. Stimmis.

Stimmis, ornamentum muliebre.

Stimulāre, pungere, incitare. Stimulātor, qui ſtimulat. Stimulātus, ſtimulatio. Stimulatrix.

Stimuleus, a, um, è ſtimulis factus. Lex. Phil.

Stimuleum ſupplicium, quod ſtimulis infligitur.

Stimŭlus, fuſtis acutæ cuſpidis, *Stimolo*, *pungolo*.

Stinctum, herba ſatyrion. Pap. Styticum.

Stin-

Stingo, stinguo, extinguo, *Spegnere*. Sidon. composita in vsu, extinguo, &c. *Estinguere*.

Stion, calculus maritimus.

Stipadium, scaccarium, quòd hominibus ludum spectantibus stipetur. Cath. Stibadium.

Stipa, stupa, linum vile, aut impolitum, quod lini cortici proximum est, *Stoppa*. Vnde, Stipula.

Stipa, stipex, crux: vnde, Stipator.

Stipare, claudendo coarctare, & densare, circundare aliquem defendendi gratiâ, *Ammassare*.

Stipatio, actus stipandi, & multorum hominum multitudo densa, & stipata. Stipatus, his vallatus, *Accompagnato*.

Stipator, oris, p.p. qui in manibus stipam, seu stupam componit, qui comitatur.

Stipatores, p.p. latrones, speculatores, qui reges, vel aliorum corpora custodiunt stipantes, vel stipem accipientes, *Brauri*. Latrones: quasi, Laterones.

Stipatum, herbæ genus carnes in cacabo stipans. Cath. Stipatus, vallatus, munitus.

Stipendiale, quod pertinet ad stipendium, *Tributario*.

Stipendiari, stipendium facere, & recipere. Stipendior. Plin. Stipendiarium, certum vectigal. Stipendiare, stipendium dare, *Stipendiare*.

Stipendiarij milites, qui aliquot annis stipendia merent: contra, Tyrones, nouitij, alioqui, stipendiarij, sunt vectigales.

Stipendiarij, qui stipendium, seu tributum soluunt, non qui recipiunt.

Stipendiarius, tributarius, qui soluendo stipendio obnoxius est, vectigalis. Stipendiarium vectigal, certum.

Stipendiatus, stipendium accipiens. Stipendiosus Veget.

Stipendior, aris, stipendia facio, vel mereo, *Esser stipendiato*.

Stipendiōsi, milites ærarij, seu mercenarij, qui stipendia faciunt. Item, stipendijs pleni, qui plurima fecerunt stipendia, stipendiarij, *Che hanno buon stipendio*; veterani, emeriti.

Stipendium, tributum, solutum pro sustentatione militum, *Stipendio, paga*.

Stipendium, æs militare, seu præmium, quod militibus datur semestre, aut annuum, quælibet merces. Varro, *Stipendio*. Stipendium facere Mineruæ, & æra non merere, est quæstum non facere è studio literarum. Bud.

Stipes, tis, caudex, truncus arboris cum frondibus, *Tronco, ciocco*. Item, stultus, fatuus, *Balordo*.

Stipitem adigere per medium hominem, *Impalare*.

Stipium, vnguentum de verucibus. Cath.

Stipo, as, claudendo rimas stupâ coarcto, ac denso, *Empir fissure*. Item, circundo aliquem; vnde, stipatores, vide.

Stips, is, pecunia, quam antiqui in ærarium conferebant, vel Dijs offerebant. Item, stipendium, æs militare, peculium castrense.

Stips collatitia, quæ in pauperum vsus erogatur. Stipem conferre, facere eleemosynam.

Stipticus, difficilis, morosus, *Stitico*. Monos. qui non potest egerere. Pap.

Stipton, densum. Stiptica, habentia vim stipandi, & condensandi.

Stipula, p.c. calamus frumenti, &c. & quicquid remanet in agris demessis, quasi parua stipa, aut stupa, quòd stupæ instar vratur; aut stipentur carinæ, *Stoppa*. Item, fistula.

Stipulāri, postulare sibi promitti solemnibus verbis, & propriè de stipe, seu pecuniâ, *Contrattare*. Item, promittenti assentiri. L. I. C. Stipulor.

Stipulatio, promissio publicè facta: stipulum, enim firmum, apud antiquos, vel à stipe, vel à stipite. Alciat.

Stipulātor, promissor, qui per interrogationem obligat promissorem, notarius, *Stipulatore*.

Stipulatiuncula, parua stipulatio. Stipulatus, us, stipulatio. Lex. I. C. *Stipulatione*.

Stipulor, solemni verborum conceptu postulo, mihi aliquid promitti solemni formâ. Item, quouis modo promitto. Stipulatur, non is tantum qui interrogat, sed is etiam qui spondet & promittit. L. I. C.

Stipŭlum, stipula. Item, firmum. Stipes; vnde, Stipulor. Stipulator, vide.

Stipum, vnguentum de verucibus. Cath.

Stipus, mendicus, qui petit stipem. Cath. vnde, Obstipus. Item, calix consecratus. Pap.

Stira, sterilis. Rh. Item, quod est inter repagulum, & rostrum nauis. Poll.

Stiria, aqua frigore concreta pendens, guttatim stillans, *Candelotti gelati, che pendono da tetti*. Stilla, parua stiria.

Stiricidium, quasi, stillicidium, cum stillæ concretæ frigore cadunt. Stilla, parua stiria. Fest. *Grondaia*.

Sterillum, barba capræ, quod pendet ad modum stiriæ. Cath.

Stirion, vestis tenuis, & perlucida, *Veste sottile*.

Stirpare, extirpare. Salm. vide, Extirpo.

Stirpo, as, inusit. radico, radices ago, stabilio.

Stirps, imum arboris in terra: radix. Item, tota arbor: & omnis planta, & quicquid simile stirpi. Lex. Phil.

Stirps, is, fœm. gen. origo, progenies. *Lignaggio*.

Stirps, is, masc. ima arboris pars, & truncus. *Tronco*. Stirpes, virgulta, radicibus firmata.

Stir-

Stirpeſcere in ſtirpes conuerti. Stirpitus, radicitus. Stirpeum, è ſtirpe.

Stitiones, ſolis ſolſtitia. Tertul.

Stiua, æ, aratri manubrium, quod tenetur manibus, cum aratur, *Manico dell'aratro*. Stiuula, dimin. parua ſtiua, *Manichetto*. Stiuarius, tenens ſtiuam.

Stlactarius, lactans, alludens.

Stlata, nauigium magis latum, quàm longum, *Naue larga*. Corbita.

Stlataris, veſtis piratica. Iſid. Gloſſ. *Veſte da corſaro*.

Stlatarium, quod mari portatum eſt, veluti ſtlatâ aduectum.

Stlatarius, qui ſtlatâ vehit; ſicuti. Scapharius, qui ſcaphâ. Item, portator armorum, adulator.

Stlembus, grauis, & tardus. Stlembus pedibus, tardus, *Tardo*: quaſi ſtans lembus.

Stlengis, olei gutta. Item, ornamentum capitis mulieris. Poll.

Stliquadrum, aufterum. Suppl. antiq. *Seuero*.

Stlitem, litem, antiq.

Stlocum, locum, antiq.

Stlopus, ſclopus, ſonitus ex inflatione buccarum. Perſius, *Stiocco, ſchioppo*.

Sto, as, erectus ſum, *Staro in piedi*. Vide compoſita.

Stoa, porticus Athenis, Pœcile, dicta, à varietate picturæ, vbi philoſophi ſpatiabantur; vnde, Stoici, dicti. Item, locus, ſeu porticus Athenis, in quâ frumentum reponebatur.

Stoicè, Stoicorum more, ſtoicus.

Stocius, ſtultus. Gloſſæ A. L. *Stolto*.

Stochiſmus, coniectura.

Stœbe, es, frutex aculeatus, cum caule, tum folio. Plin.

Stœchades, oleæ per ordinem conſitæ. Poll.

Stœchades, operè in ordinem poſitæ: ita dictæ inſulæ ad oſtia Rhodani. Lex. Phil.

Stœcharium, ſticharium, alba, poderis, tunica ſacerdotalis vndulata. Duran. Nouar.

Stœchas, frutex, tennes habens circulos inſtar comæ hyſſopi, amarus, *Steca*. Item, citrina, herba vmbellifera, *Dragoncella*. H. P.

Stœchēum, elementum. Stechium, alijs.

Stœchi, indago, & ſeries plagarum in venatione.

Stœchia, elementa, rudimenta, fundamenta.

Stœchiotæ, elementarij, elementorum inſtitutores.

Stœchos, ordo in quincuncem procedens. Bud.

Stœchus, herba.

Stoicida, occiſor Stoici. Item, Stoicus. Stoicus, Philoſophus in ſtoâ frequentans; Stoicè, ſtoicorum more.

Stoix, cis, ruina. Cath.

Stola, omne corporis tegumentum, & veſtis, at proprie honeſtæ mulieris veſtis talaris.

Stola pallæ ſuberat, infra ſtolam ſupparus, & intra tunicas omnes induſium. Lex. Phil.

Stolatus, a, um, cum ſtolâ, ſtolata mulier, locuples, & primaria. Togata, plebeia, & infima.

Stolāre, ſtolâ ornare. Cath. Bayf. Stola ſacra mutata eſt in Albam, ſeu Camiſiam ſacerdotalem, & modo eſt inſtar torquis Gauant. Stolo, as, Cath.

Stolia, ſtolon, ſtolos, miſſio. Cath.

Stolium, parua ſtola, amiculum; veſtis philoſophica. Stolia, miſſio. Cath.

Stolidus, excors, moleſtus, ſtultus, *Balordo*. Stolidè, ſtultè, *Balordamente*.

Stolo, ōnis, ſtolidus. Item ſoboles, coliculus inutilis è radicibus, aut caudicis lateribus ſuccreſcens, è pullulatione ſtolonum fiunt frutices ad iuſtam arborem non creſcentes, vnde dicti Stolones.

Stolocron, præſectas habens comas, *Chi hà chiome tagliate*.

Stolus, profectio, commeatus, claſſis, cataplus, *Flotta, ſtuolo*. Monoſ. Leo. Tact. Item galea, nauis inter repagulum, & roſtrum. Poll.

Stoma, bucca, concauum, vbi ſunt lingua, & dentes, *Concauità della bocca*, & quod ori ſimile.

Stomacace, oſcedo, vitium oris & gengiuarum, cum dentes decidunt. Item, morbus totum afficiens corpus. Scelotyrbe, cum eodem morbo crura infeſtantur. Plin.

Stomachĭcus, qui è ſtomacho laborat, aut cibum non continet. Stomachicum, quod prodeſt ſtomacho. Stomachāle. Stomachica, quæ aperiendi vim habent. Tiraq.

Stomachor, āris, indignor, aç turbor, *Sdegnarſi*. Stomachabundus, indignabundus, *Stizzoſo*.

Stomachōſus, qui facilè indignatur, ac cuncta faſtidit, *Colerico*.

Stomachŭla, extum interius. Cath.

Stomăchus, fiſtula, per quam cibus deſcendit, gula. Item, ventriculus, *Stomaco*.

Stomalgia, oris dolor.

Stomargus, loquax, nugator, os inſanum.

Stomatica, medicamenta, quæ ori inſeruiunt modicè ſiccantia. Lex. med. Item, tonſillis, vuis, alijſque inflammationibus.

Stomaticus, cui os vlceratum, *Chi hà la bocca vlcerata*. Qui dolorem patitur in ſtomacho.

Stomatium, oſcillum ludi genus. Ennod.

Stomia, inter ornamenta colli recenſet Pollux.

Stomis, Orca, Vide.

Stomiſina, ſiphunculus doliaris, *Cannella della botte*.

Stomōma, nucleus ferri, acies ferri, chalybs, duriſſimum ferrum, quo illud induratur, ſeu ferrum chalybe contemperatum, ſquama æris, dicta. Item, ipſa ſquama ferri.

Sto-

Stomomanicum, velum muliebre, quo os velatur. Lex. g.b.
Stomos, os, vnde compoſita, cacoſtŏmus, &c Vide.
Stophum, grauis ſonus. Pap.
Storax. Vide, Styrax.
Storea, teges, matta, quam extendimus ſuper terram, *Stoia*.
Storium, ſtoriolum, paruum ſtorium. Cath. *Stoietta*.
Stotarius, admiſſarius, *Stallone*, equus, qui ad ſtallum ſeruatur. Cod. ll. antiq.
Strabăra, luſcitio, vitium oculorum, *Strambosità*.
Strabax, quis dictus ab oculis diſtortis. Plaut. *Occhi ſtorti*.
Strabo, onis, ſtrabus, i, qui oculos habet diſtortos. Item, auarus. Strabiliſmus, huiuſmodi vitium. Strabiſmus, illoſis. Lex. med.
Strabiſmus, ſtrabositas, oculi affectio ſequens reſolutionem, aut conuulſionem muſculorum, bulbum mouentium. Manar.
Strages, clades, multitudo cadauerum interfectorum cædes multa, tempeſtas arborum fractarum.
Stragilis, miles à ſtrage dictus. Cath. ſtrage.
Stragŭla, ſtragŭlum, veſtis genus, & quicquid lecto inſternitur, vel equo, vel ante altare in pauimento, &c. *Coperta da letto, ò cauallo*. Stragula veſtis, ſtragulum textile.
Stragula veſtis, indumentum quodlibet pallium, ſeu toga, &c. Stragulum, tapes, opertorium, lecti. Raderus.
Stragulo, as, ſtragulo orno, vario. Gloſſ.
Stramen, is, ſtramentum, ſtipula, vel quidvis aliud ſtramineum ſolo ſtratum ad quietem, *Pagliariccio*.
Stramentum, ſtramen, & quicquid ſternitur, *Strame, faccone*.
Stramentitium, tectum, quod è ſtramento fit, quicquid è ſtramento fit, *Di paglia*.
Stramineum, quicquid è ſtramine fit, *Di ſtrame, ò paglia*.
Stramonia, pomum ſpinoſum, planta hortenſis. H. P.
Stranaces, cupidi. Iſid. Gloſſ.
Strangalia, tortuoſus laqueus.
Strangalides, globuli, & concretiones lactis in mammis poſt partum mulierum. Gorr.
Strangalium, durities ex humore concreto maximè in articulis.
Strangĭum, inſtrumentum medicum ad humores exprimendos.
Strangŭlo, p. c. ſtringendo gulam, neco. Strangulātus, us. Strangulatio, ſtrangulātor, ſtrangulabile.
Stranguria, p p. ſubſtillum, veſicæ morbus, vrinæ ſtillicidium, quando ſtillatim lotium redditur per interualla. Dyſuria, difficultas vrinæ cum dolore. Lex. med.
Strantum, theca ſcortea ſagittarum. Suppl. antiq.
Stranx, gutta, quæ paulatim defluit, *Goccia cadente*.
Strapōte, herba in aquis naſcens, & ſupernatans.
Strata, æ, via, quæ cuiuis ſternitur, ideſt publica. Cod. ll. antiq. Strata viarum, plur. Lucr. Strata, ſtragula equorum, *Coperte di cauallo*. Item, via ex lapidibus, viuis, aut coctis.
Stratagea, præfectura Thraciæ. Beroal.
Stratagēma, ătis, aſtutia rei militaris, conſilium militare, *Aſtutia militare*.
Stratagema, res à duce exercitus geſta. Item, callidum factum, & tempeſtiuum. Lex. Phil.
Stratagēum, ſtrategium, armamentarium, vbi reponebantur hoſtium ſpolia: aut prætorium, quo conueniebant milites. Philand. Vitr.
Stratarchia, præfectura exercitus, *Generalato dell'eſſercito*.
Strategeum, item locus vbi ſtrategus degit, & conſilia cum alijs ducibus agit. Prætorium. Lex. Phil.
Strategōma, ſtrategium, militare conſilium, & locus vbi duces, & exercitus conſultant.
Strategia, p. p. Imperatorium munus, exercitus præfectura, *Generalato*.
Strategēum, militare conſilium, Domus Imperatoris, & locus, vbi duces, & exercitus conſultant. Strategium, ſtrategoma. Prætorium. Buleng.
Stratēgus, p. p. dux exercitus, Imperator, *Generale di terra*.
Stratelatica, inſignia militaria ducum. Codin. *Inſegne di Capitani*.
Stratia, militia, *Guerra*. Pap. Stratilos, prætor. Cath.
Stratilax, militaris corculus, Plaut. *Soldatuccio*.
Stratilia, culcitræ. Poll. *Coltre*.
Stratiōta, p. p. herba aquatica ſine radice, aquis innatans. Suid.
Stratiotæ, milites in aulâ ſtationarij habentes equos, quibus præeſt Alogator. Buleng.
Stratiōtes, p. p. miles. Stratiotæ, milites ſtationarij cum equis. Codin. Stratodes, ſtermon. Cath.
Stratiotes, millefolia herba medens vulneribus.
Stratiotica, pecunia ad vſus bellicos deſtinata. Rh. *Granaro per la guerra*.
Stratiotici, milites, ſiue Caſtellani. Cod. ll. antiq. H. P. *Stradiotti*.
Stratioticus, militaris, *Da guerra*.
Stratiotides, naues pugnatores pedites ſubuectantes. Rh. *Nani da ſoldati da guerra*.

Stra-

Stratippocles, à gloriâ exercitus equestris quis dictus. Plaut.

Stratoceryx, præco exercitus, *Banditore dell' essercito*.

Stratõcles, ad amicitiam accitus. Pap. militiâ clarus. Plaut.

Stratocõpus, viator. Gloss.g.b.

Stratologia, delectus militum, *Scielta di soldati*.

Stratoma, tuberculum.

Stratopedarches, castrorum præfectus. Stratopedarchia, præfectura castrorum. Buleng.

Stratophãnes, clarus in militiâ. Plaut.

Stratophylax, custos exercitus, *Custode dell' essercito*.

Strator, qui sternit, qui Imperatorem in equum subleuabat, eumque sequebatur ad bellum. Suid. Item, qui equos legebat, probabat, sternebat. Item, qui suberat Commentariensi. Vide, Scansor.

Stratõres, qui exercitum præcedunt vijs sternendis, *Guastatori*. Brod.

Stratorium, stragũlum, stratoria vestis, quæ sterni solet. Stratorium, stragula vestis.

Stratum, lectus, omne vestimentum, quod sterni solet, *Coperta*, via strata. Item, publica etsi non strata.

Stratumino, stratum firmo. Statumino, vide.

Stratũra, viarum constratio, locus ex tabulis factus, qui æstate tollatur, & hyeme ponatur, *Tauolato à posticcio*. Astratura, strator. Vide.

Stratura, species structuræ, & ea potissimum quâ pauimentum, & ea in quibus incedimus, instruuntur. Strata viarum. L.LC.

Stratura olearum, lectus, & solum olearum conditanearum. Colum. Stratura equorum, ipse actus stratoris, qui herum in equum imponebat. Item, impositio sellæ, *Sellatura*.

Straturiæ, stragulæ equestres. Cyril.

Stratus, prostratus, humi extensus, vel stragulâ ornatus, *Disteso, fornito*.

Stratus, us, actus sternendi, id quod sternitur. Lex. Phil.

Strebla, instrumentum ligneum nauticum, cuius labris constringuntur plantæ in naui compingendæ. Item, tormenti genus. Gallon.

Strebũla, pars carnis sacrificatæ apud Vmbros. Varro. Fest. dicta à locis, ideſt, coxendicum versurâ.

Stremmata, luxati artus, torsiones, euersiones iuncturarum, Manar.

Stremus, redimiculum. Gloss.g.b.

Strena, munus datum die festo boni ominis gratiâ, *Buona mano, mancia*.

Strenãre, strenas dare. Strenũla, parua strena, *Mancietta*.

Strenarum commercium, vices dandi, & accipiendi strenas. Lex. Phil.

Strenaces, cupidi. Pap. Quia multas strenas captant, strenax.

Strengil, strigil, bractea aurea, quâ coronati viri, & mulieres. Rh.

Strenophõnus, cui aspera est vox, *Di voce aspra*.

Strenuitas, fortitudo, celeritas, *Valore, destrezza*. Strenuè, fortiter.

Strenuus, fortis, celer, *Valoroso*. Strenuè, fortiter. Strenicus, strenarum cupidus. Cath.

Strephõsis, obturatio vasis facta pelle, aut corio, *Turamento*.

Strepia, cauda serpentis. Cath.

Strepo, is, pedibus, aut alio modo strepitum edo, *Far strepito*. Strepiti, strepitus. Enn.

Strepsicerotes, transmarinum animal, semiferum.

Strepsimallus, intortum vellus habens, versipellis.

Streptes, vua, quæ cum sole circumagitur vbique.

Streptolyton, Fig. constans ex reciprocis in se contextis.

Streptinda, lusus, in quo testulam aliquam, aut numisma in tabulâ iacens, desuper iectâ alia testulâ, aut numismate conuertebant. Poll.

Streptos, torquis apud Persas; ponitur inter ornamenta muliebria à Polluce. Streptophõrus.

Strepus, redimiculum. Isid. Gloss.

Stria, striga, malefica, *Strega*. Cod.ll.antiq.

Stria, striga, striatura, ruga, plica, virgula, eminula pars inter canaliculos, & sulcos in columnis striatis, *Cannello*. Vitr. Strix, gis, canaliculus columnæ striatæ, inter strias subsidens, strigilum more sulcatus. Stria, vt porca. Strix, sulcus.

Striãre, strias facere. Striãtum, strijs distinctum, *Accannellato*. Striatæ vestes, *Appieghettate*.

Striatũra, *Scanalatura*. Striata frons, rugata.

Stribligo, nis, imparilitas, & solœcismus, depraua oratio, impar, & inconueniens compositura orationis.

Striblita, scriblita, placentæ genus: vide, scriblita, *Sfogliata*.

Striclita, striata. Suppl. antiq.

Strictabillæ, qui summo tantùm pede, vel talo terram stringentes radunt: hinc, strictillare. Vide, stritabillæ.

Strictãre, frequenter stringere. Strictillare, dimin. Hinc. Strictibillare, aut Strictabillare, vt à conscribo, Conscribillare. Var. Turn.

Strictè, strictim, breuiter, *In poche parole*.

Strictillare, sæpè strictare, stringere. Gell. *Stringere*. Strictibillare, strictabillare.

Strictiuæ oleæ, quæ manu leguntur, *Colte à mano*: contra, Caducæ, sponte cadentes, *Cascaticcie*.

Strictiuum, quod stringitur, *Che si toglie à mano*.

Stri-

Strictor, ōris, qui digitalibus, & manu oleam decerpit ex arboribus.

Strictoria, tunica, quod ad corpus ſtringeretur. Salmas. Sticharia.

Strictōſus, ſtricturas proijciens.

Stricturæ, ārum, ſcintillæ, quæ de ferro feruenti exeunt. Item, maſſæ terræ, ex qua ferrum fit. Plin.

Strictura, liquefactio, Prud.

Strictus, auarus. Salmas. Stricta frons, ſeuera, tetrica.

Strictus gladius, à ſtringo, is, euaginatus, *Sfoderato*.

Stricŭlus, duriuſculus, ſtrigoſus, grandiuſculus puer. Turn.

Strideo, es. Strido, is, ſtridorem edo, ſtridere. Stridens, qui ſtridet. Stridŭlus, ſonorus.

Stridor, ōris, p.p. ſtrepitus, ingratus ſonus.

Striga, æ, ordo rerum inter ſe continuatè collocatarum, quod vnà ſint conſtrictæ. Colum. Item, ſulcus in arando vno ductu peractus.

Striga, etiam, terra alba. Item, interuallum turmarum militum, in quo equi ſtringuntur. B. Vulc. Item, ſaga mulier malefica, *Strega*. Lex. Phil.

Strigāre equos, in ſtrigam collocare. Steuuech. in Veget. Vide, ſtrigo.

Strigatus ager, qui per ſtrigas creſcit in meridiem, & per ſtrigas in longitudinem ad meridiem menſurat. Hyg. Front.

Strigo, as, in ſtrigam equos, vel mulos iunctos ago, & rectà dirigo, ne diuerſi abeant. Strigare, in ſtrigà interquieſcere, vt faciunt armenta in arando. Turn.

Strigia, tunica. Iſid. Gloſſ. Item, veſtes, Calcag.

Strigil, ſtrigila, ſtrigilis, inſtrumentum, ſordibus hominum, aut equorum detergendis deſtinatum, *Streglia*. Item, balneatorum frictioni, aut ſudori detergendo.

Strigilecula, parua ſtrigil, *Streghietta*.

Strigilis patella, vel inſtrumentum, quo pueri furantur vuas, vel ficus. Cath. Lex. Ph. Item, paruula maſſa auri, aluminis genus pumicoſum.

Strigilarius, ſtrigilis opifex, & qui eo vtitur. Gloſſ. Cyril.

Strigillāre, ſtrigmentum, & ſordes ſtrigili detergere, *Streghiare*. Obſtrigillare, obſtare, impedire.

Strigillo, ſtringo; vnde, Obſtrigillo, obſto, impedio: rado. Lex.

Strigio, mimarius, ſcenicus. Iſid. Gloſſ.

Strigis, is, auis, quam lac habere nonnulli dicunt. Plin.

Strigium, veſtis Hiſpanica: ſordidum palliolum.

Strigla, genus piſcis. Pap. Item, ſtrigila. Strigliatus, ſtrigilatus. Salmas, *Streghiato*.

Strigl, pro ſtriglix, ſtriglis. Striglium, ſtrigium, canaliculus. Voſſ.

Strigmentum, ſordes, quæ ex corporibus eraduntur, & quæ eijciuntur ex inteſtinis in bilioſis excretionibus.

Strigmentum olei, ceroma, id eſt, ſordes olei. Plin.

Strignos, herba, vua lupina. Cath.

Strigo, as, ſtrigâ noto; vnde, ſtrigatus ager. Item, abſoluo: peractâ ſtrigâ quieſco reficiendi ſpiritus cauſa. Lamenta ſtrigant, dum interquieſcunt ab opere. Protelum ducunt, cum continuant actum. Vide, Protelum. Lex. Phil. *Stallo*.

Strigōnes, denſarum virium homines. Strigores. Turn. Feſt.

Strigoſa iumenta, ſtrigoſus orator, ieiunus, ineptus, *Conſumato*, *disfatto*.

Strigōſus, p.p. exhauſtus, macilentus, quaſi ſtringoſus.

Strigula, xiſtra, vnde oleum deteritur. Gloſſ. ad Iuuen.

Stringa, interuallum turmarum, in quo equi ſtringuntur. Valturius.

Stringæ, ordines rerum inter ſe continuatarum. Valtur.

Stringitia, reſtrictio vrinæ. Iſid. Gloſſ. Stranguria.

Stringo, is, comprimo: attenuo: manu attingo leniter, aut fortiter: educo, vt gladium ſtringo, *Sfodero*, leniter cædo. Lex.

Stringo, is, ſtringor, arcto, arctor, *Stringere*.

Stringor, ſtringōris, frigus, quo dentes perſtringuntur.

Stringor aquai, frigus, quo aqua conſtringitur. Lucr.

Strio, as, ſtrias facio. Vitr. *Scanalare*. Vide, ſtria.

Strio, onis, hiſtrio, mimarius, ſcenicus. Striculus, triſticulus. Salmas. Gloſſ.

Striones, qui ſtrias, & ſulcos faciunt. Scal.

Stritabillæ, ſtrictipellæ, ſtrictiunillæ, quæ ſtringunt curem, & rugas faciei extendunt.

Stritāre, ſtribilare, ægrè conſiſtere, tritare, ſtrictillare, ſtrictabillare. Scal. Lex. Phil.

Stritānus, ſtlocus, ſtlus, pro tritanus, locus, lis. Feſt. antiq.

Strix, gis, auis nocturna inauſpicata à ſtridendo dicta, vnde mulieres ſtriges, *Streghe*.

Strix, gis, canaliculus columnæ ſtriatæ, inter ſtrias ſubſidens. Stria, verò, canaliculus prominens inter ſulcos, *Canaletto della colonna*.

Strixit, ſtrinxit. Suppl. antiq.

Strobeus, inſtrumentum fullonum è carduis ad rudis panni villos excitandos.

Strobilæ, mulieres dictæ.

Strobilia, inter ornamenta muliebria recenſet. Pollux.

Strobilites, vinum pineis nucibus conditum.
Strobilus, p. p. nux pinea, integra, *Pigna*. Item, trochus, & saltationis genus. Scal. Item, carduus altilis, cinara, *Carciofo*. Item, nucleus pineus. Salm.
Strobilus, dictus à turbine, aut cochleâ, aut versutijs. Plaut.
Strobo, scrobs, orbiculus vineæ. Suppl. antiq.
Strobus, arbor odorifera. Plin.
Strofa, in cantu Ecclesiastico est cum fit mutatio de responsorio ad versum. Antistropha, cum finito versu reincipit ipsum responsorium, vel medietas. Cath.
Strofarius, impostor, fraudator. Isid. Gloss. Stropharius.
Stroma, ătis, stragulum quodvis, & aulæum, *Tapezzaria*; vnde, Peristromăta, multâ colorum varietate picturata. Stromata, inscripsit librum. Clem. Alex. id est, ommentaria miscellanea vario ornamento constantia.
Stromatodesmon, stragulæ vestis inuolucrum. Athen.
Stromatium, cingulum variè contextum cum gemmis. Cath.
Stromata conchyliata, infecta succo conchyliorum, purpurâ. Beroal.
Stromateus, piscis marinus. Rond.
Stromba, concha tortilis in mari. Strombōdæ, cochleæ turbinatæ. Strombi, turbines. Athen.
Strombites, lapis strombi marini figuram omnem ex parte referens.
Strombus, turbo inter conchas. Arist.
Strongyle, rotundum alumen.
Strongylocauloa, qui rotundo est caule, *Di gambo rotondo*.
Strongylolōbus, rotundo folliculo inclusus, *Di guscio rotondo*.
Strongyloprosōpa, quibus rotunda est facies. Rhet. Onom-med. *Di faccia tonda*.
Strongylus, turbinatus, rotundus, tendens in acutum, *Appuntato*.
Stropha, æ, techna, tergiuersatio fraudulenta. Casei orbis. Rh. *Stropo*, flexus, quo sessor equum in obliquum vertit. Item, conuersio chori ad spectatores cantantis stropham, vel se conuertentis à dextrâ ad leuam: contra, Antistrŏphe. Epodus, cum chorus consistit. Rh.
Strophæus, Genius cardinalis à conuertendis rebus dictus. Suid. Item, versutus, qui multas nouit strophas, *Astuto*.
Strophădes, insulæ dictæ à conuersione, quod ibi Calais, & Zethus se conuerterint à persecutione Harpyarum. ad nauem reuertentes.
Stropharius, impostor, fraudator. Papr. *Ingannatore*.
Strophe, versio. In fabulis ij versus, quos chorus ad populum spectatoresque conuersus decantabat in altera parte theatri: huic opponitur, Antistrophe. Vide. Lex. Phil. Sthopha.
Stropheus, vertebra. Item, cardo in portis, qui circumuertitur.
Strophia, coronæ ab insigni, quod imponebatur capitibus sacerdotum. Plin.
Strophium, fascia pectoralis mammis comprimendis, virginalibus, *Fazzoletto da collo*. Item, machinæ genus versatilis, cuius opera Heroës in Deos transferebantur. Salm.
Strophŏlum, paruum strophium, *Fazzoletto*. Strophiarius, qui strophia facit, *Fazzolettaro*. Strophiarius, strophiorum artifex. Lex. Phil.
Strophinx, vertibulum, quod salientium fistulis, aut epistomijs additur, vt verso eo, effluere possit aqua, & rursus conuerso reprimi, *Galletto*.
Strophos, intestinorum dolor, Latinè, tormen, cum circa vmbilicum dolor torquet.
Strophōsa, balista armata. Strophōsus, hostis. Dæmon. Aldhel.
Strophŭla, parua stropha. Cath.
Strophus, deceptor, impostor. Stropha, retorta sententia. Cath.
Stropi, vincula corticea, ad strophiorum, id est, coronarum similitudinem confecta. Beroal. Stroppus. Vide
Stroppus, struppus, strepus, strupus, stropus. Strophus, corona sacerdoralis, seu virgula ex arbore felici decepta, quam in apice sacerdotes habebant. Item, sacculi funiculus: funis. Lex. Phil.
Strosia, equi strati, parati ad excipiendum sessorem, qui Imperatori erant numero vij. Codin.
Strotes, qui equum domino sternere solet. Rhod.
Structare, vix pedem pedi præferre. Var. Scal.
Structile, p. c. quod ex multis materijs constructum est, vt columnæ structiles, non ex vno lapide factæ. Structio, ōnis, lapis structilis. Structio, ōnis, instructio. Structus, instructus. Tertull.
Structile, quod manu constructum est. Item, opus ex lapide quadrato, aut laterculis; vnde, structiles columnæ. Lex. I. C.
Structilis lapis, rudis, & informis, quo vel reticulata structura, vel ordinaria fit. Lex. I. C. hæc dicta cæmenta: contra verò quadratus, lectus, expolitus ad lineam, & ornatum. Adr.
Structor, carptor, chironomus, scissor, cellarius, qui aliquid struit manuum celeritate, qui structæ mensæ, & ciborum curam habet, *Scalco*. Item, structor, faber cæmentarius, & qui aliquid fictum, *Chi fabrica*. Structura, *Fabrica*.
Structum saxorum, saxa, quæ structa sunt. Lucr. Strues, structus, structio, structūra. Tertul.

Struc-

Struecula, parua ſtrues. Cath. *Mucchietto*.
Strues, congeries, *Mucchio*, ſtructura, res ſtructa.
Strues lignorum, congeries, *Cataſta*. Item, libi genus, quod antiqui in ſacris probibabant. Item, liborum genera digitorum coniunctorum non diſſimilia. Feſt. *Ditole*.
Struſertarij, ſtruphertarij, fertores, homines conductitij, qui ad lucos, vel arbores fulguritas, aut piacularium commiſſarum causâ, ſtrue, & ferro ſacra faciunt, id eſt, libo; vide, Fertum.
Struices, p.c. omnium rerum extructiones. Struices patinariæ, in repoſitorio, à ſtructore compoſitæ. En. *Ordinanza di piatti*.
Struices patiniariæ, extorum, quæ ab reliquâ viſceratione ſeparata lancibus Dijs offerebantur. Cerda.
Struix, extructio, & ipſa res extructa. Lex. Phil.
Struma, ſcrophula, tumor ceruicem præcipuè infeſtans, *Scrofola*. Item, dedecus: inhoneſtus homo.
Strumæ, ſcrophulæ, chœrades, parotides, eparmata, glandulæ, apoſtemata, tumores ad aures, inguina, &c. *Scrofole*.
Strumæ, opera variè contexta. Lex. g. b.
Strumaticus, ſtrumoſus, ſtrumis laborans, *Scrofoloſo*. Strumoſitas.
Strumea, herba, vlceraria dicta, ſeu ſceleratа, quod ſtrumis medeatur. Plin.
Strumentum, inſtrumentum. Structus, inſtructus. Tertul. Cod. ll. antiq.
Struminea repetitio ſermonis, *Repetitione*.
Strundus, ſtrundrus, excrementum, fimus. Gloſſ. Suppl. antiq.
Struo, is, in ordinem redigo, *Ordinare*; vnde, ſtructura, ædificij ordinatio. Structor. Vide
Struppearia, feſta quædam apud Faliſcos, quod coronati ſtruppo ambularent. Feſt.
Struppi, in puluinaribus vocati faſciculi de verbenis facti, qui Deorum capitibus imponebantur.
Strupus, ſtruppus, ſtropha, ſcalmus nauis, ſeu vinculum ex loro, vel lino, quo ligatur remus. Scalmo.
Strutharia, auis nomen. Athen.
Strutheus, ſtruteum, in mimis, obſcœna pars virilis, à ſalacitate paſſeris dicta. Struthos, paſſer, *Paſſere*. Strutheum malum, coronei ſpecies magni.
Struthio, ſtruthiocamēlus, p.p. auium maxima, non volans, ferrum concoquens, *Struzzo*.
Struthiomēla, ſtruthia mala, cydonia mala, *Mele cotogne*. Strutheum malum.
Struthium, paſſerculus. Inē, herba fullonica cluendis maculis apta, *Radicella*. Item, pars virilis.
Struthocamēlus, ſtruthiocamēlus, auis ferrum concoquens, *Struzzo*.
Struthocephālus, habens caput paſſeris, id eſt, paruum, *Di teſta piccola*.
Struthopēdes, paſſerinis pedibus incedentes, talæ fœminæ. Item, ſtruthocephāli, ſtruthocameli pedes, aut caput habentes.
Struthopiaſtes, paſſerum captator, *Piglia paſſeri*.
Struthos, paſſer. Item, virilis pars. Item, puer, *Paſſere*.
Strychium, vua pendula, racemus.
Stychnus, herba, ſolanum, dicta.
Stryge, ſtryges, ſtrigæ, ordines rerum inter ſe continuatarum ſulci in aratione in longum producti.
Studioſi iuris, primo anno Dupondij dicti, quaſi nullius æſtimationis: & Iuſtinianei. 2. Edictales. 3. Papinianiſtæ. 4. Lytæ, id eſt, ſoluti. 5. Prolytæ, vt qui Lytas eruditione præſtarent; inde Doctores. L. I. C.
Strygis, is, frumenti genus, tritico leuius. Hipp.
Strygnus, herbæ genus, ſolanum, *Solatio*.
Strymargus, furioſè in Venerem concitus.
Strymox, in torculari lignum, quo vuæ premuntur. Heſych.
Stryphna, vehementer adſtringentia. Tiraq.
Stuba, hypocauſtum, *Stufa*. Cod. ll. antiq.
Studeo, operam do. Studiōſus, ſtudium, ſtudiōsè. Studiōlum, paruum ſtudium. Cath. Studentes res, pro, ſtudio dignæ. Salm.
Studium, animi eſt; Diſciplina, artis. Fronto, *Studio, diligenza*. Studiōlum, paruum ſtudium.
Stulteſco, ſtultus fio, *Ammattire*.
Stult iloquentia, ſtultiloquium, imprudens ſermo, *Parole pazze*. Stultilōquus, qui ſtulta loquitur, *Chi parla da matto*.
Stultitia, imperitia, *Pazzia*. Stultiuidus, qui ſtulta videt. Plaur. Stultè, imprudenter. Stultus, demens, *Matto, matto*.
Stultizo, ſtultè me habeo. Cath. *Moſtrarſi matto*.
Stultomālus, ſtultus malus. Iſid. Gloſſ. *Matto, è cattivo*.
Stultus, inſipiens, ingenio hebes, tardus, inconſtans. Adr. Inſanus verò, qui non ſanæ, ſed alienæ mentis eſt.
Stummia, repetitio ſermonis.
Stupa, æ, ſtypa, linum vile, aut impolitum, *Stoppa*. Item, quod lini cortici proximum eſt. Stupæ, ſtupei funiculi, *Cordicelle di ſtoppa*.
Stupāre, obturare. Cod. ll. antiq. Stupo, as.
Stuparius, ad ſtupam pertinens. Stupeus, è ſtupâ factus, *Di ſtoppa*.
Stuper. Stupendijs, pro ſtipendijs. Inſcr. vet.
Stupeo, ſtupeſco, ſtupefio, ſtupidus fio. Stupor. Stupiditas. Stupefacio, ſtuporātum, ſtupidum. Tertul. Stupendus, admirandus. Iſid. Stupefactus, Stuporoſus. Cath.
Stupeum, è ſtupâ, *Di ſtoppa*. Stupoſum.

Stupha,pro,tupha. Typhi accenſio, *Stufa*, hypocauſtum. Salmas.

Stuplæ. Stupula, pro ſtipula. Inſcr. vett.

Stupor dentium, hæmodia, ex rebus acidis prouenientes, *Allegamento di denti*. Stupor, hebetudo.

Stupōro,as, ſtuporem affero. Stueoratus, hebes. Tertull.

Stupōſum,ſtupeum,è ſtupâ. Stupare, ſtupâ obturare. Extupare,reſtupare. Cath.

Stuprè, turpiter, *Bruttamente*.

Stuprū, coitus lege vetitus,vitiatio virginis.Stuprāre, ſtuprum facere. Stuprātor, qui ſtuprat. Stuprōſus,ſtuprè,adu. Stupratorie.

Stupūla, parua ſtupa. Cath. *Stopetta*.

Sturnatim,gregatim more ſturnorum.

Sturnus,auis gregatim volans, *Stornello*.

Sturus,ſcalmus. Suppl.

Styganor, odio perſequens viros.

Stygeropus, cuius aſpectus ingratus eſt,odioque, *Di brutto aſpetto*.

Stygius, infernalis, ſtygius alaſtor, Dæmon infeſtus, *Demonio inimico*.

Stylita, qui columnæ inſiſtit.

Stylobātes, ſtylobāta, p.c. baſis columnæ. At ſuper baſim Scapus, columnæ, ſuper hunc Epiſtylium, ſeu capitellum. Styli cæci, ligneſtipites cuſpidati, depacti, vt cerui, ad hoſtes arcendos. Stereobātes, baſis columnæ, fundamentum.

Stylographia, inſcriptio columnæ.

Stylus, ſtylum, columna, pertica. Item, inſtrumentum æreum acuminatum, vel ad ſcribendum, vel ad perforandum, *Puntaruolo*. Item, ſtructura orationis. Item, punctio, ac reprehenſio. Item,ſtolo arboris. Colum. vnde, Epiſtylium,ſuperſtylium,capitellum. Stylātus,ſtylo ornatus.Cath. Stylo exigere,ſcribendo allequi. Bud.

Stymma, ſpiſſamentum vnguenti, & quicquid ſpiſſandi vim habet. Tiraq.

Stypa,ſtupa, linum vile, *Stoppa*.

Styphonta, vehementer ſiccantia. Aurel. Tiraq. Styphon aſtringens.Styphis,aſtrictio.

Stypos,lignum prædurum,ac ſolidum. Rhod.

Styperium, ſtypteria, alumen,metallum. Item, medicamenta. Aurel. ab aſtringendo dictum. Alciat.

Styptica,ſtrictiua,obſtructoria, *Aſtringenti*.

Stypticus,ſtipandi vim habens relaxata,*Stitico*.

Styrax,ăcis.ſtyraciūm,ſtorax,lacryma, ſuccus, arboris genus,haſtæ pars inferior. Item,ſuffitus genus, *Storace*. Styracinum, chryſma,vnguentum è ſtyrace. Rhod. Styrax liquida, myrrha ſtacte.Stacte.

Styx,palus inferorum. Stygius, infernalis.

S V

Suada,æ,Pitho,ſuaſionis Dea.Suaſor,qui ſuadet. Suaſorium, ad ſuadendum pertinens.

Suadēla, ſuaſio. Suadēmus, facilia, aut facientes. Perſuademus,difficilia, aut perficientes. Don.

Suad,ted,pro,ſua,te.antiq.Feſt.Scal.

Suadeo,hortor, perſuadere; vnde,ſuaſio.

Sualternicum,electri genus. Plin.

Suamet, pro, ſua.

Suapte, vi ſuâ.

Suarium,locus vbi ſtant ſues.Cath. *Porcile*.

Suarius, cuſtos ſuum porcarius, ſubulcus, *Porcaro*.

Suarni, indomitæ gentes, quæ auri tantùm metalla in Caucaſiæ portis fodiunt.

Suaſam,ineluibilem. Scal.

Suaſio,docet quid agendum. Adhortatio,impellit ad res ſuſcipiendas. Admonitio,modum rei gerendæ præſcribit.

Textim, adu. texendo.
Tertiuillitium, fila putrida de telis cadentia. Fulg. Titiuillitium.
Textor, ōris, qui texit, *Tessere*.
Textrina, locus, in quo texitur, ars texendi. Textrinum, locus texendi. Sidon. Tertul. *Tessoria*. Item, vbi naues compingebant. Scal.
Teytrinus, a, um, ad textorem pertinens.
Textrix, quæ texit: texticŭla, dimin. textor, qui texit. Textorium, ad textorem spectans. Textorcŭlus, dimin. paruus textor, *Tessitorette*.
Textum, quod texitur, opus arte compositum.
Textus, us, textura. Textura, ratio ipsa texendi: res texta; oratio, compositaque scriptum.

T H

TH, Θ, Theta, damnationis nota, & mortis præposita nominibus militum, eos, mortuos significabat. Item, sepulchris inscripta.
Thais, ceratum, quo faciei rubor conciliatur. Item, vinculi genus quod capiti adhibetur. Gorr.
Thalamæ, stabula, foramina narium, & cerebri, per quæ redundantia excernitur. Onom. med.
Thalamēgus, p. p. nauis Ægyptiacæ genus pulcherrimæ Cleopatræ.
Thalamepōlus, qui circa cubiculum versatur, cubicularius. Calybita. Salm.
Thalameutria, mulier curans, quæ ad thalamum spectant.
Thalamia, triremis foramen, per quod remus inseritur, *Buco del remo*.
Thalamitæ, thalamij, infimi remiges ad proram; Zygitæ, medij, Thranitæ, supremi ad puppim. Bayf.
Thalamius, Iorum, remulcus, qui infimâ parte triremis remigat, dictus. Thalamites, remex in imo.
Thalamus, p. c. coniugis vtriusque cubiculum, nuptiale, *Letto, Camera da sposo*. Item, oculi cauitas, *Canità dell'occhio*, amplum conclaue, alueolus apum.
Thalassa, mare. Thalassius, marinus. Thalassinus color, marinus. Thalassicus.
Thalassia, loca maritima. Sidon. *Marina*.
Thalassio, thalassus. Hymenæus, carmen nuptiale, vas lanificijs aptum. Lanificium. Thalassius. Deus nuptiarum præses. Hymen.
Thalassocrator, maris dominus; vnde, Architalassus, maris præfectus, *Ammiraglio*.
Thalassumĕli, p. c. medicamenti genus ex melle, & aquâ marinâ.
Thalassomĕtra, p. c. maris dimensor. Item, qui pyxidi, præst. Thalassodomĕtra, instrumentum ad id mensurandum.
Thalassopōrus, per mare iter faciens, *Marinaro*.
Thalassurgus, rei nauticæ, & piscatoriæ dans operam, *Marinaro*.
Thaleros, iuuenis, florescens, *Giouane in fiore*.
Thalerus, Dalerus, vncialis argentea moneta. Lex. Phil.
Thalia, florida, vna ex Musis: florens vitæ status. Item, conuiuium magnificum floridum. Athen.
Thalictrum, herbæ montanæ genus. Iun.
Thallæ. Vide, talæ.
Thallia, thalli, summus, & adhuc crescens in plantis colliculus. Onom. m. *Talli*.
Thallophŏri, qui Athenis in Panathenæis oleæ ramos gestabant, senes plerumque.
Thallos, thallia, termes, ramus virens. Item, ramus oleæ, *Tallo*. thallus, in porris, allijs, cæpis, medij stipites, *Talli*.
Thallus, scapus, *Tallo*, ramus virens. Thallos.
Thalysia, festum primitiarum frugum post fruges comportatas in honorem Cereris.
Thamar, palma Diathamaron, electuarium de palmulis, Lex. Phil.
Thammus, Adonis, amasius Veneris.

Tha-

Thamna, fex vini, quæ ex acinis exprimitur. Rh.
Thamnos, minutarum arborum denſitas.
Thamnus, frutex & rubus viliſſimus. Tertul.
Thamnus, menſis Iunius. Pap Taminus. Idem.
Thanyris, ſolemnis cœtus, frequentia hominum.
Thanaſima, pharmaca, quæ priuatim his venenis aduerſantur, quæ in cibo, aut potu ſumpta ſunt. Tiraq.
Thanaſimus, lethifer. Thanātos, mors, mortalis. Athanātos, immortalis.
Thanatos, mors.
Thanatuſia, feſtum, atque Agon apud inferos. Lucian.
Tanga, ſinus, piſcatura, fœtus, vel brachium fluminis, A Bonf.
Thapſia, herba frutex.
Thapſus, lignum Scythicum, buxei coloris.
Thargelia, feſta ſacra in honorem Apollinis, & Dianæ.
Thargelus, olla, in quâ coquebantur fructuum primitiæ in honorem Apollinis. Thargelion, menſis, in quo hæc feſta celebrabantur, Aprilis, quibuſdam. Thargelia, eorum feſta.
Tharapamus, medela, curatio. Gloſſ. g. b.
Tharſaleus, fiduciâ præditus, *Ardito*.
Tharſus, confidentia. Tharſys, animi præſentia, *Ardire*.
Thaſium, vini genus.
Thauenicalia, iudicia de liberarum ciuitatum controuerſijs, quæ remitti ſolent ad præſidem. A Bonf.
Thauma, miraculum, res miranda: Thaumaſius, mirabilis.
Thaumalemma, ſphæra cœleſtis, quaſi miraculoſè in plano deſcripta.
Thaumatopœus, præſtigiator, miracula edens.
Thaumaturgus, qui facit miracula.
Thea, ſpectatio, ſpectaculum. Item, Dea.
Theagogia, Deorum euocatio, *Incantesimo*.
Theāma, ſpectaculum, res ipſa, quæ ſpectatur, res viſu digna.
Theamēdes, p. p. lapis, contrariam magneti vim habens, ferrum repellens; at Magnes, attrahens.
Theandria, forma diuina. Gonon. Theandricus, Chriſtus.
Theandrica, diua & humana, Theandricæ actiones Chriſti, diuinæ & humanæ, vt Dei & hominis.
Theangelus, Deorum ſolemnitates promulgans.
Theanthrōpus, Deus ſimul, & homo, *Dio, & huomo*, Chriſtus.
Thearchia, æternum principium rerum à numine.
Thearestus, Deo placens.
Thearium, locus celebrandis ſympoſijs deſtinatus.
Theates, ſpectator. Theatria, ſpectatrix, *Spettatore*.
Theatridium, paruum theatrum. Varro. *Picciol Theatro*.
Theatrum, ædificium in hemicycli formam factum, ad videnda ſpectacula, *Theatro*. Amphitheatrum, vtrinque duo theatra coniuncta, circulum perfectum referentia. Theatrāle, Theatrīcum, ad theatrum ſpectans, *Di Theatro*.
Thebaidæ, Thebaides, palmæ generoſiores.
Thebet, Ianuarius menſis. Voc. Eccl.
Theca, repoſitorium, vagina, *Guaina*.
Theca calamaria, cultellaria, arenaria, pulueraria. Thecātum, thecâ tectum. Sidon. *Inguainato*.
Theclatura, ſignatio. C. ll. anti q.
Theclātus, impulſus à Deo.
Thele, papilla, mammæ capitulum, *Cappezzolo*.
Thelema, theleſis, voluntas, placitum. Tertul. thelemon, volens.
Thelēcus, voluntarius. Iun.
Thelodiues, qui diuitem affectat, & diteſcendi cupiditate ardet.
Theloſapiens, affectans ſapientiam S. Aug.
Thelopedon, locus conſitus arboribus, *Arboreto*.
Thelonatici. Thelonei (ſeu nauigii) Portatici, pontatici, riuatici, rotatici, vltatici, ceſpitatici, pulueratici, foratici, meſtatici, laudatici, ſaumatici, ſalutatici. Cod. ll. antiq. Vide.
Thelegonia, feries, generis fœminini propinquitas à matre, *parentado da lato di femine*.
Thelygōna, philtra ad fœminas concipiendas.
Arrhenogona, ad mares. Bud.
Thelygonum, herba habens frondes ſimiles frondibus oleæ, cuius potus fœminas gignit.
Thelychiton, muliebri indutus tunicâ.
Thelyma, farina melle ſubacta.
Thelymānes, inſanus amator fœminarum, *Grande amator di femine*.
Theliphōnus, p. c. feminas occidens. Item, herba, ſcorpion dicta.
Thelyptēris, p. c. alterum genus filicis, ſeu fœminæ.
Thelytōcus, fœminei ſexus partum edens. Thelytocia.
Thema, ātis, poſitio, argumentum à præceptore datum, Item, genitura, ſeu ſydus natalitium, horoſcopus. Item, legio Prouinciæ, quæ

quæ Bandum faciebat. Buleng. *Banda*.
Thematici agones, qui præmio posito certant in agone.
Thematismus, positio, collocatio, statio. Vitr.
Themarium, propositio, casus species. Lex. I.C.
Themethla, gulæ intima pars, aut ventris os. Onom. med.
Themilla, theca. Suppl. antiq. thecula.
Themis, fas, ius. Dea honestatis, iuris, æquique.
Themistopōlis, qui circa leges, & reddenda iura versatur.
Themistus, legibus consentaneus, *Legale*.
Thenar, Ir, cauitas exporrecta, seu palma manus, & pedis. Item, spatium à pollice ad indicem: hypothenar, monticulus minimi: Opisthenar, conuexa. Rh.
Thenar, Hypothenar alijs interior metacarpij pars. Episthenar exterior. Gorr.
Thensa, æ, sacrum vehiculum, Pompa ordinum, hostiarum, & officiorum. Ascon. tensa.
Thensaurus, pro, thesaurus, Brisson. Salm.
Thenupha, agitatio. Lex. Phil.
Theoblabes, cui Deus abstulit intelligentiam.
Theoblabia, dira stoliditas, læsio Deorum.
Theocapēlus, sacrilegus nundinator, aliena veræ religioni admiscens.
Theoclētus, à Deo vocatus, *Chiamato da Dio*.
Theoclitēsis, Dei inuocatio, *Ispiratione*.
Theocratia, Dei imperium, *Comandamento di Dio*.
Theocritus, diuino iudicio electus, *Eletto da Dio*.
Theocrine, diuinè iudicans. Argent.
Theodatus, populi benefactor. Theodulphus, populi auxiliator. Voss.
Theodotia, collyria multorum generum. Gorr.
Theoctistus, à Deo conditus, & creatus.
Theodocia, diligens scrutatio verborum. Cath.
Theodorētus, antidoti nomen anacardion dicti. Gorr.
Theodotus, à Deo datus, *Dato da Dio*, theodotius Bibl,
Theodosius, diuinitus datus.
Theodōrus, à Deo donum, *Dono da Dio*.
Theogamia, festa Proserpinæ, cum Plutoni nupsisset.
Theogenesia, regeneratio, pristinæ originis nostræ instauratio, Baptismus.
Theogennētus, à Deo ortum habens, *Nato da Dio*.
Theoglossus, cui diuina est lingua, *lingua diuina*.
Theognostus, Deo cognitus, *Noto à Dio*.
Theognosia, Deorum origo, seu generatio.
Theogonius, ex Dijs genitus.
Theogonia, Bacchanalia singulorum municipiorum, Suid.
Theolabes, cui Deus mentem subtulit, *A chi Dio ha leuato il ceruello*.
Theoleptus, numine afflatus, *Ispirato*.
Theologia, sermo de Deo, & diuinis, *parlar di Dio*.
Theologus, p.c. qui de Deo loquitur, & de diuinis, *Theologo*.
Theologium, sublimis locus in theatro, in quo Dij conspiciebantur, Scal.
Theomachia, Theemachia, Deorum pugna, *Guerra di Dei*.
Theomachus, cum Deo pugnans, *Chi con Dio contrasta*.
Theomantes, qui Dei instinctu vaticinatur, *profeta indouino*.
Theombrosios, herba magica Persarum regum, contra omnia aduersa.
Theomenia, ira Dei, *Ira di Dio*.
Theomimesia, Dei imitatio.
Theomimētus, ad imitationem Dei factus.
Theomises, quem Deus odit, *Odiato da Dio*.
Theomērus, diuinitus sortem adeptus.
Theoninus, maledicus, à theone dicto.
Theopaschitæ, hæretici dicentes diuinitatem esse passibilem.
Theopemptus, à Deo missus, *Mandato da Dio*.
Theophania, Epiphania, Dei apparitio, *Apparitione di Dio*.
Theophilium, collyrij nomen. Trachomaticum, Gorr.
Theophilus, Dei amator, *Amico di Dio*.
Theophōbus, timens Deum, pius, *Chi teme Dio*.
Theophōrus, Deum ferens, *Chi porta Dio*.
Theophorētes, numine afflatus, theophorameni, homines Numine afflati, *Ispirati da Dio*.
Theophrastus, Dei sermone celebratus, *Lodato da Dio*.
Theophron, qui diuina sapit, *Chi ha del diuino*.
Theophylāces, rerum diuinarum curam agentes, *Sagrestani*.
Theophylactus, à Deo custoditus, *Guardato da Dio*.
Theopneusta, somnia à Deo missa. Rh. *Segni diuini*.
Theopneustus, à Deo inspiratus, *Inspirato da Dio*.
Theoplastes, diuinus effictor, Dei effictor.
Theopœia, Deorum fabricatio.

Theo-

Theopęus, Deorum fabricator.
Theoprepes, homo maiestatis diuinæ.
Theorema, Theorisma, Theorēsis, contemplatio, speculatio, præceptum disciplinarum, & quod proponitur in ipsius propositi demonstrationem. Problema, p. p. in constructionem. Porisma, in porisimum, id est, inuentionem, & inuestigationem propositi. Pappus.
Theoreterium, locus in theatro, vnde spectatur, *palco da veder spettacoli*.
Theoretice, ars contemplatiua nullum exigens actum, intellectu tantùm contenta. Theoretica, vita: contra, Practica. Theoreticus, contemplatiuus, speculandi vim habens.
Theorhetor, diuinus rhetor, de diuinis loquens.
Theoretrum, munus, quod post primum connubium nouæ nuptæ dabatur, vt se videndam præberet, depositō flammeo.
Theōri, qui spectacula, ludos, oracula, sacra vasa custodiebant, eorumque conditoria. Buleng.
Theoria, p. p. contemplatio, meditatio, *Meditatione*.
Theorice, contemplatiua; contraria, Practicæ.
Theorica pecunia, qua foros, & sedilia in spectaculis emebant. Rh. Suid.
Theoricum, ad spectaculorum rationem pertinens.
Theōris, nauis Athenis, quotannis missa Delum pro Thesei votis. Suid. Poll.
Theorisma, diligens verborum præscriptio. Pap.
Theōro, as, specto, vnde composita.
Theorus, spectator ludorum, contemplator, oraculi consultor.
Theos, Deus. Theōsis, Deificatio.
Theosōphus, rerum diuinarum peritus. Theosophia.
Theosebia, pietas, cultus Dei.
Theosēbes, pius, religiosus, *Deuoto*.
Theostorgus, Dei amans, *Che ama Dio*.
Theothyta, carnes victimarum Dijs immolatarum. Rhet.
Theothytus, Deo immolatus, *Sagrificato a Dio*.
Theotisca lingua, *Todesca*. Cod. Il antiq.
Theoticus, diuinus. Theotōcus, Dei mater.
Theotocos. Deipara, theometer, mater Dei.
Theotypia, conformatio Dei, *Conformatione à Dio*.
Theoxenius, hospitalis Deus.
Theozenia, festum solemne omnium Sanctorum.
Ther, fera. Thera, venatio ferarum. Therātes, venator.
Terārchus, qui præest feris. Vide composita.
Theræum, indumentum dictum, quod feram integrat habet. Poll.
Therapena, ancilla, serua.
Therapeutice, ars curandi infirmos, & medendi methodus.
Therapia, seruorum turba, famulatus, *Seruitù*.
Therapeuta, medicus, Saluator, Dei cultor, Monachus, Sacerdos. Epiph.
Theraphin, idola, vestimentum sacerdotale. Pap.
Theratica, ad venationem pertinentia, *Da caccia*.
Theratrum, venandi instrumentum, *Stromento da caccia*.
Thereganon, currus, quo messis inuehitur, *Carro da portar le biade*.
Theretron, locus ad commorationem ęstatis idoneus. Hipp. *Luogo per la state*.
Thereutice, ars venandi, *Arte della caccia*.
Theria, ex hinnulorum ossibus ære obducta forinsecus. Rh. Item, animal venenatum. Lex. I C.
Theriăca, theriăce medicamenti genus contra venenata animalia, è venenatis constans, & precipuè ex viperis, *Triaca*. Gorr.
Thericos, æstiuus, aut melliorius hymnus. Adagiogr.
Theriacus, a, um, ad bestias pertinens.
Thericleon, vitreum poculum sic dictum ab inuentore, auritum, & capax, quo Hercules vsus.
Therinus. æstiuus.
Theriodecta, bestiarum morsus: cynodecta, à cane rabido morsa, *Morsicati da cane*.
Theriōma, vlcus terrerrimum, tum ex se nascens, tum alteri superueniens, serpens, exedens, Herpes, dictum, & carcinoma, *Fistola*. Lex. med.
Theriomachia, pugna cum feris. Theriomāchus, qui cum feris pugnat, *Battaglia con fiere*.
Therionarche, frutex subherbaceus roseo flore.
Theriotrophium, viuarium ferarum, *Vinaio*.
Theriotrōphus, p. c. qui cum feris, & serpentibus nutritur, *Che viue di fiere*.
Therismus, messis, *Messe*.
Theristerium, falx messoria, *Falce da mietere*.
Theristra, theristrium, theristrum, vestis subtilis, æstiua, melliorum. Chimastrum, hyemalis. Item, velamen, quo vsæ Ægyptiæ mulieres in æstate potissimum. Gor.
Thermæ, balnea; illæ tantùm calefaciunt, hæc etiam lauant, *Bagno, Stufe*. Thermulæ, dimin. paruæ thermæ, *Bagnetti*.
Theromantica, medicamenta calefacientia. Lex. med. Thermanticus, a, um.
Thermastris, caldarium, in quo aqua calefit, *Caldaia*. Item, saltationis genus. Poll. concitate, valdè.

Ther-

Thermefacio, eſculentis, atque poculentis ingurgitatis in thermopolio calefacio.
Thermemeriæ, dies calidi, æſtiui, *Giorni caldi*.
Therminthi, nigræ puſtulæ in cruribus, ciceris inſtar. Lex. med.
Thermon, calidum, vnde compoſita. Vide
Thermodôtes, aquæ calidæ miniſter, *Chi dà acqua calda*.
Thermopolium, p.c. locus in quo calida excitamenta, & potoria bibuntur. Plaut.
Thermopōtæ, p.p. qui calidam bibunt.
Thermopotāre, calidam potionem bibere.
Thermopylæ, calidæ portæ, ita dictæ fauces Græciæ, à calidis aquis vicinis.
Thermulæ, paruæ thermæ, *Picciole ſtufe*.
Thermurgus, qui calido conſilio aliquid ſuſcipit, *Chi intraprende con feruore*.
Thermus, fernens, calidus, celer. Nouar.
Thermus, lupinus, pondus duas oboli tertias partes pendens. Gorr.
Therobrōtus, a feris deuoratus, *Deuorato dalle fiere*.
Therodamus, ferarum domitor, *Domatore di fiere*.
Therodoctus, à feris morſus, *Morſicato da fiere*.
Therolexis, venator verborum. Suid. *Cacciatore di parole*.
Theroſcōpus, theronomus, ferarum obſeruator.
Therotrōphus, feras nutriens, *Chi nutriſce fiere*.
Therūma, quod quis tollit de rebus ſuis, vt oblationem faciat. Lex. Phil.
Theſaurenſis, præpoſitus theſauro, curam eius habens. Pancirol.
Theſaurus, vetus pecuniæ depoſitio, cuius non extat memoria, *Teſoro*. Item, carcer. Theſaurarius, Theſaurienſis, cuſtos theſauri. Buleng. theſauriſmus, theſaurizandi peritia. Theſauriſtes, theſauri collector. Theſaurophylax, theſauri cuſtos. theſaurizāre, theſaurum colligere, reponere, *Accumular teſori*.
Theſaurarius, theſauraria, theſaurarium, ad theſaurum pertinens.
Theſaurizo, as, in theſaurum colligo, repono.
Theſaurophylacium, ærarium, vbi theſaurus aſſeruatur.
Theſaurochryſonicochryſides, nomen à Plauto fictum in Captiu.
Theſēa, feſta in honorem Theſei, cum dabatur congiarium populo.
Theſeis, idos, poema Theſei geſta continens, vt Æneis, Æneæ. Item, tonſuræ genus capillis priore parte capitis reſectis, *Tonſura dauanti*.
Theſis, poſitio, figura, quæ diſtinguit ſenſum orationis per commata. Item, quæſtio infinita apud oratores. Item, problema, ordo. Theticum, ad theſim ſpectans.
Theſmophoria, Cerealia, ſacra Cereris, quaſi legifera. Theſmophŏrus, legislator.
Theſmophoria, legum latio.
Theſmophylax, legum cuſtos, *Cuſtode delle leggi*.
Theſmothĕtes, legislator. Theſmos, lex non ſcripta.
Theſmothĕtæ, magiſtratus Athenienſium legum cuſtodes. Theſmotheta.
Theſpis, vaticinus, ex Deo canens. Theſpiōdus. Theſphata, vaticinia.
Theſprio, à celeritate dictus. Plaut.
Theſſa, tecta, ancilla mercenaria, *Serua vile*.
Theſſameni, ſuppliciter apprecantes.
Theſſalonica, Dei altera victoria, Bibl.
Theta, Θ, Græca, litera damnationis nota, quod ſit prima litera thanatos mors, hac litterâ notati milites mortui. T. verò viuentes.
Thetes, mercenarij clientes Athenis: Peneſtæ, theſſalis. Rh.
Thetes, qui aliquid pro pignore accipit.
Theticum, vectigal ſolutum ab egenis, poſitiuum.
Thetta, theſſa, ancilla paupercula indotata, cui orbæ dos à proximo genere dabatur.
Theucitis, iunci ſpecies.
Theudas fluens aqua. Bibl.
Theuporia, primitiæ, vel pars, quam Sacerdotes ab immolatione relictam capiunt.
Theurgia, diuinum Chriſti opus, miracula. Item, magiæ ſpecies. Calcag.
Theurgicus diuinus, cui diuina vis faciendi Deos.
Theurgus, qui in ſacris operatur, *Chi ſagrifica*.
Thiaſitas, ſodalitas. Feſt. *Confraternità*.
Thiatones, loci conuiuales.
Thiaſi, orgeonica, conuiuia collegiorum in Deorum honorem. Caſaub.
Thiasōtæ, qui ſimul choros exercent. Item, multitudo diuinæ rei causâ coiens. Item, qui thiaſon, ſeu tributum de publico exigentes ad donatiua in plebem diſtribuenda. Alciat.
Thiasōtes, ſocius in choreâ. Thiaſitas, ſodalitas. Feſt.
Thiaſus, ſaltatio, chorea, cantus cum pompâ Baccho.
Thiaſus, conuiuantium cœtus. Athen.
Timotheus, Deum honorans, *Chi honora Dio*.

Thin-

Thingare, manumittere, vel donare. Lex. Phil. Thingo, as.

Thiſiarches, qui præeſt epulis, & ſacris Monophagiæ. Stuch.

Thius, auunculus. Thia, matris ſoror. Item, diuinus, na. Lex.

Thinx, donatio, Cod. ll. antiq. *Donatione*.

Thios; diuinus. Item, patris, & matris frater, *Zio*. Theioïus. Authent.

Thirida, feneſtra. Gloſſ. g. b. *Fineſtra*.

Thiubda, furtum, *Furto*, in ll. antiq. Lex. Phil.

Thlapſia, herba in aſperis naſcens. H. P.

Thlaſis, contuſio, quâ os quidem non frangitur, ſed ad interiora detruditur. Manar.

Thladiæ, thlibiæ, eunuchi, quibus fracti teſtes. Spadones, auulſi, etiam ſine ſcroto.

Thlaſiæ, qui fractos habent teſticulos, thlibiæ, qui attritos. Herm.

Thlaſias, qui habet teſtes contuſos, & fractos, *Caſtrato*.

Thlaſis, contuſio caluæ. Onom. med. *Ammaccatura*.

Thlaſpidium, herbæ genus. Thlaſpi.

Thlaſma, colliſio in carne, fractura. Onom. med. *Ammaccatura*. thlaſis, contuſio.

Thlipſis, compreſſio, anguſtia. Thlipſa, afflictio.

Thnetogamia, nuptiæ à Deâ cum mortali contractæ.

Thoca, fluuus, vel veſtis. Iſid. Gloſſ.

Thoës, lupus procerus, innocuus homini.

Tholia, ciſta, turbinatum habens operculum. Poll. Item, petaſus, vmbella.

Tholus, vmbilicus teſtudinis templorum, ex quo dona pendebant, in quo trabes coëunt, & tectum in acutum tendit. Item, teſtudo ipſa, *Tribuna lanterna*.

Thopica, adulatoria. Thopes, adulatores.

Thomices, funus ex impolita cannabe, aut ſparto leuiter contorto. Item, puluilli in collo, ne à reſtibus lædantur. Feſt. Lucil. thomix.

Thoracatus, thorace indutus.

Thorăces, thoracides, imagines thorace tenus expreſſæ. Protomæ, clypei, nos dicimus, *Teſte col buſto*. Salmas.

Thoracidæ, thoracati Aldhel. T horăca, thoracŭla, Thoraclēta, thoracia parua. Salmas, *Ginbbonetti*.

Thoracium, propugnaculum. Item, carcheſium, ſummitas mali nauis, vbi excubant ſpeculatores, *Gabbia*.

Thoracomăchus, tunica coactilis militum ad cutelam ante inuentionem loricarum, & cataphractorum, Veget. Steuuech. Thoraconactus. Salm.

Thoracopœus, qui thoraces facit, loricarius.

Thoracophŏri, thorace armati. Thoracati. thorace induti, quod eſt militum, *Corſaletto*.

Thorax, ācis, p. p. pectus. Item, munimentum pectoris, & tunica pectus tegens, *Corſaletto*, *giubbone*. Item, imago thorace tenus expreſſa. Lex. Phil.

Thorexis, vini potio, quod pectus armet. Hippocr.

Thoriſma, ineſcatio piſcium, *Adeſcamento*.

Thos, lupi genus procerum. Geſn. Thorus. Vide, Torus.

Thracias, thraſcias, lapis, qui aquâ madefactus accenditur, oleo effuſo extinguitur. Item, ventus ſpirans inter Septentrionem, & Occaſum ſolſtitialem, *maeſtrale*.

Thracoma, duritia inæqualis intra ipſas palpebras. Onom. med.

Thræcas, thræces, gladiatores. Feſt. Item, aues.

Thraces, aſperi, ſaxoſi. Bibl.

Thracleum, poculum, quod fundo ſpherico, impoſitum habet inſtar infundibuli, ex quo eſt facilè bibere. Clem. Alex.

Thracta, piſcis, & auis nomen.

Thranites, remex in puppi triremis ſedens.

Thranos, thrania, thranidia, ſella humilior vtrinque peruia. Gorr. Rh. *Sedietta*.

Thraſcias, Cæcias ventus deinceps à Coro ſpirans.

Thraſea, audax, temerarius; vnde, Thraſo. Vide

Thraſo, audax, temerarius, *Vantatore*.

Thraſydili, qui audaciam cum timiditate iunctam habent. Lamb.

Thraſyglottus, audax verbis. Thraſyſtŏmus, vir linguæ temeriariæ. Thraſyphŏnus, voce.

Thraſyxenia, hoſpitis inſolentia.

Thraupalus, ſambucus aquatica. H. P.

Thrauſma, ſpecies ammoniaci.

Threces, thraces, threciſcæ mulieres. Threciſcus, ex Thraciâ.

Threcidica, orum, arma gladiatoria Threcum. Cic.

Threna, veſtes floridæ, & variegatæ. Rh.

Threneticus, ad lamentationem procliuis. Threnōdes, threnetica, luctuoſa, querula. Threnetria, præfica.

Threni, luctus, lamentationes, *Lamentationi*.

Threnodia, lugubris cantus. Threnōdus, qui carmina lugubria canit.

Threnōdes, mortuum lugens, *Chi piange il morto*. Lugubria canens, conductus in funere plorans.

Threnus, nænia, monodia, ad rogum: Epitaphium,

phium, ad tumulum: Epicedium, ad exequias.
Thenus, lamentum, luctus. Threni, lamentationes.
Threpsis, nutritio. Threptica, facultas altrix. Gorr.
Threpterius, capillus defectus, Apollini, fluminibus sacratus, aut alijs Dijs.
Threptica, alendi vim habentia: Vegetatrix potentia.
Threptra. Threpteria. Trophia, potentia nutricationis.
Threttănon, currus pars, cui onera imponuntur.
Threscia, saltationis genus, *Tresca*. Monos.
..rettanelo, vox citharæ ficta ab Ennio. Cerda.
Threus, libertus. Item, tertius. Glossæ Vett. C. Iliantiq.
Thriæ, calculi, quos sortilegi in vrnam mittunt diuinaturi. Thrioboli, sortis lusores.
Triambus, triumphus, *Trionfo*.
Thriastæ, ficuum cultores.
Thrichiasis, eruptio pilorum præter naturam in ordine palpebræ ex rheumate procedens.
Thridacias, mandragora fœmina, lactucæ similis.
Thrincus, agger, *Trincera*. Monos.
Thrinsat, hirundo cum canit.
Thriobŏlus, qui thrias, id est, calculos in vrnas iacit, sortilegus, *Assortitore*.
Thrion, thrium, iucundum edulium Athenienſium frondibus ficulneis obuolutum. Turn. folium ficuum. Poll. Item, iuncus, vlua.
Trips, teredinis genus, lignum exedens, culici non dissimile. Plin. thryps.
Thrissa, piscis marinus. Rhond.
Thrombōsis, dum lac grumescit in mammis, & in caſei formam transit. Lex. m. sanguinis effusio.
Thrombus, sanguinis grumus, seu concretus sanguis, frustulum lactis.
Throna, vestes variegatæ, & maculosæ.
Thronus, sedes, sella augusta, vel solium, *Trono*. Inthronizo.
Throphalides, oblongi caſei. Athen.
Thryllus, susurrus, murmur.
Thryallis, herbæ genus, lychnitis, dicta. Plin. Item, ellychnium, phlogmus, in lucernis, *Lucignolo, stoppino*.
Thryptica, frangitiua. Tiraq.
Thudestica, lingua Germanica. Flod. *Todeſcha*.
Thuia, arbor. H.P.
Thunnus, thynnus, piscis notus prægrandis, *Tonno*.
Thurariæ tibiæ, Lydiæ dictæ.
Thurarius, qui thura tractat, parat, aut vendit *Incenſario*.
Thureum, quod est ex thure thuridum. Cath. *D'incenſo*.
Thurianus, piscis marinus. Xiphia. Plin.
Thuribŭlum, thymiamaterium, vas, in quo thus adoletur, *Turibolo, incenſiero*.
Thuricrēmus, qui cremat. thurilĕgus, qui colligit thus.
Thuricremŭlum, thuribulum, vbi thus crematur. Cath. *Incenſiero*.
Thurificina, locus, vbi thus efficitur. Cath.
Thurifico, as, incenso. Thurificium, sacerdotium. Cath.
Thurilĕgus, qui thus legit. thuricrēmus, qui adolet. Thurifer, qui fert. thuridus, thureus, ex thure.
Thurinus, piscis marini genus, xyphias, thurianus, dictus. Plin.
Thurio, animal. Gesn.
Thus, ris, incensum, quod Dijs adolebatur, *Incenſo*. thuscŭlum, exiguum thus, sine *b* Ald.
Thus, arbor thurifera, thurea planta, & lacryma eius: thus masculum, thus manna, maiores thuris lachrymæ subrufæ. Reliquum thuris pollen. Lex. Phil.
Thya, arbor perpetuò virens, cupresso similis, odorata velut cedrus, Theophr. hinc Thyna, ex thya facta. Lex. Phil.
Thya, odoramentum, arbor odorifera, cedrus, Sabina herba thyinus, ex thya factus.
Thyas, dis, Bacchi sacrificula. Baccante. Mænas.
Thyasotæ, sacrificuli, Alciat.
Thyăsus, p.c. saltatio, & chorea in honorem Bacchi. thyasi, chori, sacræ laudes virginum. Pap.
Thyatira, odor, seu sacrificium contritionis. Bibl.
Thycos, poliendis lapidibus instrumentum. Rh.
Thyela, arcula, in quâ odoramenta reponuntur, sacrificium.
Thyella, turbo, flatus prævalens de repente prosiliens.
Thyemăta, farta ad sacrificium pertinentia melle imbuta.
Thyepōlus, qui circa sacra, & suffumigea versatur. Thyepolia, operatio in sacris.
Thyestus, potus ex aromatis confectus, *Beuanda aromatica*.
Thyisca, thuribulum, acerra: mortariolum. Lex. Phil.
Thyites, p.p. genus lapidis durissimi, ex quo mortaria fiunt. Ambr.
Thylăcus, vas ad panem, farinam ferendam, folliculus.

Thy-

Thylemăta, farinæ, vino, & oleo mixæ in ſacrificium.

Thylicophŏri, qui ſacculis ſcorteis aromata circumferunt. Rh.

Thyma, ſacrificium, victima. Thymatium, viſe, ſacrificium. Thymăta, minuti abſceſſus. Celſ.

Thymala, ara, & far ſupra quod immolatur.

Thymallus, piſcis pretioſus. *Temolo.*

Thymbra, herba odorifera, ſimilis thymo, ſatureia; alijs, cunila; nos, *Penerella, ſauoreggia.* H.P.

Thymbrophagus, thymbrâ victitans, paruo contentus, prouer.

Thymĕle, p.c. altare. Item, farina ſacrificijs adhibita. Item, pulpitum in orcheſtrâ, in quo chorus, & geſticulatores. Item, cithariſtria.

Thymelæa, herba cathartica. H.P. coccum, granum Gnidium.

Thymelĭci, ludij, hiſtriones, citharædi in theatris ſcurrantes. Thymelicæ ſaltationes.

Thymiāma, herbæ ſpecies redolens inſtar thuris. Item, confectio diuerſarum ſpecierum, quâ vſi pro thure. Item, vaporatio ſuffitus, *Profumo.*

Thymiăſis, p. c. exhalatio facta ex herbis in honorem Deorum. Rh. *Profumo.*

Thymiaterium, turibulum, acerra, locus in arâ, vbi fit ſuffitus, turibile, *Incenſiero.*

Thymiaticum, vapores emittens. *Che ſuapora.*

Thymites, p. p. vinum ex thymo. Thymoſum, thymo plenum. Thyminum, ex thymo factum, *Di timo.* Thymus, herba odorata, nota, *Timo.*

Thymĭum, vlcus, quod ſuper corpus, quaſi verrucula eminet. Celſus. Cancer vlceratus.

Thymmatides, moretæ. Thrymacius placentæ genus, Athen.

Thymnēum, p. p. ſacrum, quo piſcatores Neptuno thymnum immolabant in ſpem futuræ capturæ opulentioris. Rh.

Thymnus, Thynnus, piſcis notus; minor, Pelamys, ſeu Thymnis: grandior, Orcinus: maximus, Cete. Athen. Thymnaria. piſcatio, *Peſca di tonni.*

Thymoides, fortis, iucundus.

Thymoleon, animum leonis habens, magnanimus, *Di grand'animo valoroſo.*

Thymomantis, qui animo futura proſpicit, *Chi preuede.*

Thymōſis, thymos, excandescentia, *Sdegno.*

Thymosŏphus, qui ſibi animi ſui acumine peritiam comparauit.

Thymoxalma, muria ex aceto, & thymo, *Salamoia.*

Thymus, thymum, herba nota, *Timo.* Thymi num mel, ex thymo. Item, piſcis fluuiatilis redolens thymum. Item, aſperæ carnis extuberatio circa ſedem, vuluam, & genitale, ſeu tumor præter naturam, Aden, Glandula, corymbus thymi ſimilis. Lex. med.

Thynicus, è mero auro confectus. Iſid.

Thynnium, ſacrum quo piſcatores thynnum Nepuno ſacrificabant.

Thynnus; vide, Thymnus, Thynnoſcōpi, ty annos captantes, thunnus.

Thyomăta, vnguenta ex aromaticis. Rh.

Thyon, citrum. Turn. ex Mact. Item, ſacrificium.

Thyoneus, Bacchus dictus, cui adhuc viuenti ſacrificatum.

Thyora, menſa ſacris vſibus deſtinata, *Menſa ſacra.*

Thyoſcōpus, aruſpex, vates è ſacris accenſis.

Thyræ, ianua, oſtium Thyrion portula, *Portella.*

Thyræus, foris veniens, *Chi vien di fuori.*

Thyrambus, pro Dithyrambus, Bacchus dictus, quaſi per duas portas, ſeu matres exierit.

Thyraulia, ante fores excubatio. Thyraulus, qui excubat, *Sentinella auanti la porta.*

Thyreus, ſcutum magnum. Leo. Tac.

Thyroides, chartilago ſcutiformis clicoides.

Thyroides, oſſi pubis foramen ab oſtij ſimilitudine dictum.

Thyromata, thyrotra, araeothyra, cardines portarum. Vitr.

Thyroreum, locus inter duas ianuas.

Thyropegia, ianuarum fabrica. Thyropegus, ianuarum faber, *Fabrica della porta.*

Thyrophoria, feſtum, in quo geſtantes thyrſos templum ingrediebantur. Stuch.

Thyrſolonchi, lanceæ ſub thyrſorum ſpecie latentes.

Thyrſus, virga, & caulis cuiuſlibet herbæ, lactucæ præſertim, haſta Baccho ſacra, *Torſo.*

Thyrſiger, qui thyrſum gerit, ita Bacchus dictus.

Thyſàni, ſchiſmata, ſeu ſciſſuræ. Rh.

Thyſanon, fimbria, ſiue ala. Poll.

Thyſia, litatio, quæ Dijs fit ex herbis. Rh. ſacrificatio ex herbis.

Thyſias, vox bacchantium; vnde, Thyſiades, dictæ Bacchantes.

Thyſiaſterium, locus, vbi Deo ſacrificatur, altare.

Thyterium ſacrificium. Item, herba liba nocidi ſimilis, quam iuraturi manu capiebant. Th. Co.

Thytes, ſacrificus, victimarius.

T I

Tiara, p. p. æ, ornamentum capitis Perſarum, in modum Lunæ dimidiatæ, prius mulierum; diadema, verò frontis, vndè regnum ſacerdotumque, *Mitra.* Tiaras, maſc. Voſſ.

Tiara, pileus erat, ex quâ redimicula, quibus maxillæ velantur, defluebant, apud Phryges. Alex. ab Alex.

Tiarātus, mitratus. Isid. Gloss. Sidon. *Mitrato*. Tiaræ horarium, horologium in tiaræ formam scriptum, Mitræ horarium, dictum.

Tiaries, portiores signorum. Isid. Gloss.

Tibe, sibi. Varro. antiq. tibi, sibi.

Tibia, æ, os cruris oppositum suræ, *Gamba*, illa anterior, ocrea etiam dicta: Sura posterior, & carnosa. Item, fistula, & musicum instrumentum, *Piffara, pina*.

Tibia, buxus, è buxo facta: Tibia, vel, tuba classis, classicum, bellica tuba. Tibia vtricularis. *Cornamusa*. Præcentiora, præcinens ad Deorum puluinaria. Gingrina, extlem, luctuosùmque edens sonum. Miluina, in accentus acutissimos desinens. Longa, supplicantis in templo Dextra dextrâ oris parte, aut manu dextrâ. Sinistra, finistra cantata. Phygia imparia habens foramina. Sarrana, paria habens. Iun.

Tibiæ pares, duæ dextræ, aut duæ finistræ. Impares, vna dextra, altera finistra. Dextra, grauem bombum, edebat, & incentiuæ. Sinistra acutum, & succentiuæ, hæc illâ inferior foraminum numero, seu sono, ex vtrisque concentus grauis, & acutus reddebatur. Salm.

Tibiāle, ad tibias faciendas idoneum, Tibialis arundo, idonea, tibijs faciendis.

Tibialia, tibiarum velamenta, *Calzette*. Item, ocreæ ferreæ, *Gambiere*.

Tibiātim, ad mediam vsque tibiam. Scal.

Tibicen, p. p. tibicinātor, qui tibiâ canit, *Trombetto*. Tibicina, p. c. mulier tibiâ canēs, *Suonatore, o Suonatrice di flauto*. Turn. Vide, Tibicines.

Tibicidæ, p. p. magistri tibias puerorum cædentes. Lucil. Turn.

Tibicinalia, crepitacula. Poll.

Tibicines, p. c. qui tibia canunt. Item, in ædificijs columellæ, quibus rustici tecta sustinere solent. Item, telæ, & quæcunque sustentacula. Item, particulæ, quibus versus referciuntur.

Tibicinium, ars tibicinis. Apul. Tibicinandum. Tertul.

Tibin, scirpus, vel genus vasculi in modum serinij. Cath. Tybin.

Tichobātes, p. c. muros conscendens furandi gratia. Rh. durectarius, apud Iurisconsultos.

Tichodrisius, machinæ genus bellicæ; vide, Pancirolum de rebus bellicis.

Tichophylāces, p. c. in mœnibus excubantes, *Guardie della muraglia*.

Tichomachium, tychōma, machina bellica ad muros expugnandos.

Tichomāchus, oppugnator muri, *Chi fà batteria*.

Tichopœus, qui mœnibus instaurandis præest.

Tifta, telia, cœna natalitia, Persico vocabulo, Rh. Tifata, iliceta. Fest.

Tigillus, & tigillum, paruum tignum, *Trauicello*.

Tignarius, qui tigna dolat, aut solaria lignea.

Tignōsus, tignatus, tignis plenus, *Intrauato*.

Tignus, tignum, trabs, & omnis materia domus, & vinearum; vnde, Contignatio, trabs verò duo ligna contexta, *Trane*.

Tigris, is, & idis animal ferum, *Tigre*. Tigrinæ, p. c. mensæ, venarum maculis more tigridum distinctæ. Tigridis, herba bulbosa, florifera. H. P.

Tigula, foramina, è quibus fumus exit Prat. Lex. I. C.

Tilia, arbor syluestris, *Tilia*, Tiliotus, Tiliosus.

Tilia, arboris genus, quod librum habet, similem biblo papyri, in quibus olim scribebant. Suid.

Tiliaceum, factum ex tiliâ. Tiliātus, tiliōsus. Tiliaticus, ex tiliâ, *De tilia*.

Tilica, vox iocularis ficta à Cic. de Claris orat.

Tilna, linamentum concerptum, *Tasta di filacci per ferite*.

Tilmāta, vulsiones factæ in fibris musculorum, dum nimis distentæ rumpuntur. Lex. med.

Tilton, lineamenti concerpti genus. Gorr.

Timalphes, qui honorem sibi inuenit, placens primore aspectu.

Timalus, piscis, *Temalo*.

Timandra, decus, coniugij, virum honorans. Argen.

Timar, honorarius prædiorum fructus, nos feudum. Timoriotæ vassalli feudatarij seu benefi- Turcæ Lex. Phil.

Timefactus, perterritus. Pac. *Intimorito*.

Timema, damnatio, multa.

Timenus, vestis genus, seu togæ à Timeno dicta. Vuolf.

Timeo, metuo, *Temere*. Vnde, Timens, Timor.

Timeticus, propensus ad honorandum.

Timiditas, metus. Suppl. Timidus, metuens. Timidè, meticulosè, à Timeo, es.

Timinum, floridum, suaue. Cath.

Timiopolæ, p. p. rerum pretiosarum venditores. Item, annonam ementes vt ea fiat carior.

Timios, pretiosus, honore dignus.

Timoclea, in honore habita, ex honestate laudata. Argen.

Timocratia, dominatus, in quo à censu magistratus creantur.

Timocraticus, censu potens, ambitiosus.

Timonides, honoribus affectus. Argen.

Timonium, locus solitarius, seu diæta, quam Anconius

tonius ſibi comparauit poſt naualem conflictum. Rh.

Timor, metus. Timoratus, Timoroſus, timore plenius.

Timor, malorum. Pudor, bonorum.

Timoreticus, difficilis in condonandis maleficijs.

Timoria, pœna, ſupplicium, honoris ſeruandi gratia ſumptum.

Timotheus, Deum honorans, honor Dei.

Timos, vapos, timor, vapor. Non. antiq.

Tin, cum. antiq.

Tinæ, arum, tinia, tynæ, lacus, labra, vaſa vinaria minora noſtris, in conuiuijs adhibita poſt veres *Tinæ*. Varr. Tina, æ, *Tina*.

Tinarium, robigo. Suppl. Item, tinarum receptaculum, *Tinaio*.

Tinca, æ, piſcis lacuſtris, *Tinca*.

Tinctor, qui tingit. Tinctrix, quæ tingit. Tinctricula, dimin. *Tintore*.

Tinctorium, gladius. Iſid. Gloſſ. Cinctorium.

Tinctus, us, tinctio, tingendi actus, *Il tingere*.

Tinctus literis, leuiter imbutus. Victor.

Tincta, tinctura, infectio. *Tintura*. Lucif. Tinctile, quod intinctum eſt.

Tincto, ſæpè tingo, *Tingere ſpeſſo*.

Tinea, æ, vermiculus naſcens ex puluere, & ſitu, veſtes, aut libros rodens, *Tignuola, tarma*.

Tinellum, quicquid neceſſarium eſt eſui, & potui. F. Mollign.

Tincōſus, tinearum plenus, *Pien di tarme*.

Tingatio, mutua donatio. Pap.

Tinguo, tingo, inficio, immergo, *Tingere*. Tingens vnde, Tinctūra, Tingui, tingi, apud Tertull. baptizari.

Tinia, tinæ, vaſa vinaria; vide, Tinæ, Tinia, tinea. Gloſſ.

Tiniaria, æ, herba.

Tiniatum, tineatum, à tineâ vitiarum. Gloſſ.

Tinius. anulus paruus. Pap.

Tinnibunt, tinnient, à tinnio, reſono acutè, Tinnibulātum, tinnitu percuſſum. Sidon.

Tinnimentum, tinnitus, ſonus metalli. Tintinno. Tinnūla, metalla. Tinnio, is, propriè metallorum eſt *Tintinnare*. Tinnito, ſæpè tinnio.

Tinnio, is, clarum ſonum edo, vt metalla percuſſa.

Tinnūlum, plectrum. Suppl.

Tinnūlus, ſonus lenis & acutum reddens ſonum.

Tinnuncūlus, ex accipitribus auis. Plin.

Tintinnabūlum. tintinnabulus, tintinnum, nola, inſtrumentum æneum, quo populus lauandi horâ ix. in thermas vocabatur, *Campana*. Item, vehiculum ad ſordes euehendas. Tintinnabulātus clypeus.

Tintinnaculus, qui tinnimentum facit. Item, carnifex, qui tintinnacula pulſat, dum de aliquo ſupplicium ſumit, vel dictus ſic ſons ob crepitum plagarum. Tiern.

Tintiuo, as, reſono. Tintinno, as. Tintinnio, is, ſonitum acutum edo Tintinnant aures, tinniunt.

Tinuncūlus, piſcis, *Gauinello, triſtarello*. Cenchris, dictus.

Tinnunculus, genus accipitris. Colum.

Tipha, fruges, vt zea, olyra pani deſtinata; vnde, Panis typhaceus, *Pan marocco, ò nero*. H. P.

Tiphia, auis paluſtris.

Tiphion, herba ex coronario genere.

Tiphos, vliginoſus locus.

Tipūla, p.c. Tipūla, tipulla, tinulus, vermis, ſiue inſecti araneoli ſpecies, ſuper aquam velociter currens; & ſumitur pro re leuiſſimâ. Varro.

Tiro, nouus miles, vt qui ſe primum terit. Lex Phil.

Tironatum, rudimentum. Iſid. Gloſſ. Vide, Tyro.

Tironicāre, militare. Iſid. Gloſſ.

Tis, tui, antiq. Plaut.

Tiſandrus, vir vltionem appetens. Cerda.

Tiſiphōne, furia, cædes vltiſcens, de homicidis pœnas ſumens. Tiſis, vltio. Cerda.

Titagidæ, fratriæ, quædam, & gentes ignobiles.

Titānes, gigantes, titāni. Næu. Titanopœia, inſerptio operis de Gigantibus,

Tithaſus, manſuetus.

Tithenidia, feſta nutricalia pro pueris celebrari ſolita, familia feſtis ablactionis. Stuch.

Tithymalum, meconium fruticis genus.

Tithymālus, p.c. Titymallus, fruticis genus, lactuca marina dicta. Colum.

Titia, cibus puerorum. Suppl. antiq.

Titia lex, contra aduocatos, & iudices, ne dona capiant.

Titi, columbæ agreſtes ab auguribus obſeruatæ. Cornutus.

Titienſis, clangor, tumultus. Iſid. Gloſſ.

Titij, ſacerdotes Apollinis, à Titijs auibus, quas in auguribus obſeruare ſolebant.

Titillatus, us, titillatio, ſuauitas, *Sollecito*.

Titillo, as, per blandimenta ingero, prouoco, *Solleticare*.

Titillicus, titillatione plenus. Cath.

Titinnire, ſonare. Titinare. Non.

Titio, ōnis, p.p. lignum aduſtum ab igne extractum, *Tizzone*.

Titionarium, locus titionum. Item, inſtrumentum mittendi titiones in ignem. Cath.

Titionarius, qui titiones tractat, *Tizzoniero*.

Titionor, aris, titiones præparare. Item more titionum agere.

Titiuillitium, textiuillitium, tetiuillitium, fila putrida à talis cadentia. Item, res viliſſima.
Titlaria, pugillaria, ſchedia. Prychia. Rh. Titlarium, titularium. Iſid. Gloſſ.
Titlos, titlus, titulus: vnde Paratitla, expoſitiones, ſeu ſummaria titulorum.
Titomus, bubulcus fortitudinis monſtruoſæ Ælian.
Tittæ, nutrices. Onom. med. *Balie*.
Tittex, barba, myſtax. Suppl. antiq. *Moſtaccio*.
Titthia, mammæ muliebres. Rh.
Titthus, infans. Epititthus, infans lactens, *Putto che latta*.
Titubo, as, p. c. vacillo, pedibus inſiſtere nequeo, vt ſolent ebrij, & infirmi vacillare. Titubatio, Titubantia, hæſitantia. Titubanter inconſtanter, *Dubioſamente*.
Titulare, ſignificare, inſcribere, ac titulos ponere. Lex. g. b. Tertul. Titŭlo, as, Chryſologus.
Tituli, milites dicti à tuendo patriam, quaſi tutuli. Feſt. Item, Eccleſiæ curatæ.
Titŭlus, inſcriptio, programma, laus, &c. *Titolo*.
Tituloteuus, quod nudo verbo nititur. Lex. I. C.
Titus, honorabilis. Bibl.
Tityrinus, inſtrumentum muſicum in Italiâ. Athen. Cerpa. vnde Tityrus apud Virgilium.
Tityrus, p. c. maior gregis aries, ſectarius veruex, ocioſus. Item, Deorum miniſter; calamus auis quædam; ſimia caudæ breuioris. Rh.
Titys, parua auicula.
Tius, auunculus, *Zio*, Gloſſæ. A. L. vide, Thios.

T M

Tmeſis, ſectio, inciſio. Item, figura dictiones compoſitas diſſidens.
Tmema, ſegmentum.
Tmetica, acuta, & habentia vim incidendi. Gal.

T O

Toca, tocius, calculus. Gloſſæ. Tocha.
Tocetum. Vide, Tucetum.
Tocos, vſura. Pap. Tocos, genetrix, parens. Item, vſura: nos, *Stocco*.
Tocoglyphus, fœnerator paruus: ficta vox à Cic. ad Atticum. Turn.
Tocullio, minutus fœnerator. Turn.
Toda, auis oſſa non habens in tibijs. Cath.
Todella cruſcula, Perſilis, & Macroſceles, cui ſunt gracillima crura. Plaut Gaſaub. Gloſſ.
Todeo, moueo, ad modum todi. Cath.
Todi, auium genus paruarum; vnde, Todillus. dimin. Plin. Todinus, qui citò mouetur, vt Todi. Todonus, Gallus. Cath.
Tœcharchi, qui imperant lateribus nauis.
Tœcharchus, princeps parietis, ſeu lateris, qui lateribus nauis imperat, & remigibus. Pont.
Tœchopœi, mœnibus reficiendis præfecti.
Tœchomachia, murorum expugnatio, *Batteria*.
Tœchorychia, parietum effractio.
Tœchorychus, effractor parietum.
Tœchus, paries, murus lateralis, aut tranſuerſarius.
Tofus, melius, quàm Tophus. Vide, Voſſ.
Toga, æ, Romanorum Ciuium veſtis, vt pallium. Græcorum communis virorum, & fœminarum. Prætexta, cuius oræ purpura erat intexta: Pura, ſine purpurâ: Palmata, & Picta, ſeu, Trabea, Triumphalis, regum, & magiſtratuum. Virilis. Candida, candidatorum. Pulla, lugentium. Pexa, ſeu villoſa: contra, Trita, ſeu, Lacera. Iun. Togula, parua toga, *Toghetta*.
Togatarius, qui togas facit. Suet.
Togātus, togâ indutus. Togatŭlus, dimin. vnde,
Togŭla, parua toga: Togo, as, togam induo. Pap.
Togiſerium, Togiſorium, locus, vbi ſcolaſtici diſputant. Cath.
Togilla, Togŭla, parua toga. Cath. *Togbetta*.
Togillatim, ſingillatim. Iſid. Gloſſ.
Togipurium, toga parua. Cath. Gloſſ.
Tohu, ſolitudo, vaſtitas, inanitas. Lex Phil.
Tolĕro, p. c. as, patior. Toleranter, tolerantia, toleratio, tolerabiliter, tolerabile.
Toles, tolles, rumor in faucibus. diminut. Tonſillæ. Tollis, is. Iun. Toleæ, tolia. Gloſſ. Scal. vide, Tonſillæ. diminut. Tolæ.
Tollēnon, Tollĕno, ōnis, Tollo, Tollonus Cheloniũm, Ciconia, machina, quâ trahitur aqua è puteis ruſticorum, in alteram partem prægrauante pondere, *Trabucco*.
Tollere pedem, in obſcœnis dictum modeſtiæ gratiâ.
Tollerunt, genuerunt. Iſid. Gloſſ.
Tolles, tumores in gutture; vnde, Tonſillæ. Vide
Tolliſſe, pro, tuliſſe. Brillon.
Tollor oleuo; vnde, Suſtuli. Sublatè, elatè. Sublatio, elatio.
Tollon, Tollēnon, ōnis, qui haurit aquam; vide, Tolĕnon.
Tolo, pro, tollo Salmas. Abſtulo, Aſtulo, antiq.
Toloneum, fiſcalis, conductio. Iſid. Gloſſ.
Tolotæ, miniſtri publici, quorum operâ vſi magiſtratus.
Toltum, ſublatum. Cod. Il. antiq. *Tolto*.
Toluberna, aſſecla. Iſid. Gloſſ. Supplem. Toliberna parаſitus.
Tolutarius, tolutaris, trepidarius equus, quaſi voluntarius à pedum velocitate dictus, ſed molliter; gradarius dictus, & aſturco, *Cauallo di portanza, chinea*, tolutim incedens.

Tolũ-

Tolūtim, tollutim badiſſare, incedere, quaſi volutim, volubiliter.
Tolutiloquentia, volubilis locutio. Næu.
Tolype, lana pexa, globus lanarum pexarum.
Toma, inciſio; vnde, Phlebotomia, *Taglio*.
Tomacūla, p. c. tomacūlum, tomaclum, tomacina, edulium ex iecore porcino, minutatim conciſo. Tomacine, etiam dicta farcimen, *Tomaſella*, *mortacella*.
Tomacīna, ſegmentum carnis, & porcinæ præcipuè. Tomacula, dicta. Vide
Tomarinum, quod è pellibus confectum eſt. Gloſſæ.
Tomentum, lana breuis, conciſa, quæ ex veſtibus à fullone poliendo detrahitur, *Stoppacci*. Item, quicquid aliud leuconicum factum ex lanâ albâ conciſâ, & quod ad faciendum adhibetur, *Imbottimento, riempitura*.
Tomex, cis, tomice, es, ex cannabe impolita, & ſparto leuiter tortæ reſtes, ex quo funes. Item, puluilli, quos in collo habent animalia, ne reſte lædantur.
Tomice, ars cælatrix lignorum, & eboris. Rh. *Arte d'intagliare*.
Tomīci, inciſōres, primōres dentes iv. primi, dicti Inciſores, poſt hos, Canini, ſeu Maxillares, inde Molares, ſeu Gomphi; vltimi, Sophroniſtēres. Rh.
Tomicus, a, um, incidendi vim habens.
Tomium, forfex, quâ clauos educimus. Item, inſtrumentum, quo aliquid ſcinditur.
Tomos, tomus, inciſio fruſtum, matoris voluminis ſectio, *Pezzo volume*.
Tomūlus, dimin. paruus tomus, *Tomicello*.
Tomīrus, qui, quæ non ſunt, videt per ſortes.
Tomus aſelli, tenuior pars aſelli piſcis dicti, *Naſello*, ventri, & abdomini præſecta portio. Iun.
Tomus, etiam caſeus è maſſa lactis decerptus, manu preſſus, *Toma*. Lex. Phil.
Tonabūlum, ſonus, tintinnabulum. Cath.
Tonæa, vocis intentio.
Tonæum, quod tenore, & contentè fit. Tonicum.
Tonarium, fiſtula, quâ muſici tonos miniſtrant. Salm.
Tonatio, tonitru.
Tonat, notæ ſignificationis, *Tuonare*.
Tondeo, es, capillos ſeco, & lanam, *Toſare*. Tondito, as, tonſo, tonſito, ſæpè tondeo, *Toſare ſpeſſo*. Cath.
Tonellus, vas vinarium, *Tinello*. Petrus Cell.
Tonēre, tonare; toneſcit, tonat. Varro, *Tuonare*.
Tongere, noſcere. Feſt. Tongitio, notio. Scal.
Tongo, is.
Tongillātim, ſigillatim. Iſid. Gloſſ.
Tongilliatim loqui, prauè, & cum conuicio. Iſid. Gloſſ. *Parlare male*.
Toni, funes, ac nerui brachia baliſtarum continentes. Varro. Turn.
Tonica, tonotica, quæ extrinſecus illinītur, robur alicui parti læſæ conferentia. Lex. med.
Tonicus motus, qui exercetur à corpore laborante tetano. Lex. med.
Tonimus, ſonamus cum modo. Varro. Non.
Tonitra, tonitrua. antiq. *Tuoni*.
Tonitralia, cœli ſpatia, ſeu templa, vbi fiunt tonitrua. Lucr.
Tonitrualis Iupiter, tonitrua edens.
Tonitrus, tonitruum, tonitru, indecl. fragor nubis. *Tuono*.
Tonlerunt, genuerunt. Iſid. gloſſ.
Tono, as, & is. Toneſcit, tonat, tonitru excitare, *Tuonare*.
Tonos, neruus, quaſi tenditur. Item, vocis intentio. Lex. med.
Tonotica, vim habentia intendendi.
Tonſa, remus. Item, outis, Voc. Ecc. Tonsūla, dimin. parua tonſa. Tonſi. Cath.
Tonſæ, remorum partes latæ, *Palette de remi*. Item, remi. Virg.
Tonſicūla, piſcis genus.
Tonsīle, quod tonſum, aut facilè tondetur, vt, buxum.
Tonſilla, æ, palus dolatus, in acumen, & cuſpide præferratus, qui nauis religandæ causâ in littore figitur. Act. Feſt. prymneſium.
Tonſillæ, pariſthmia, amygdalæ, vuæ inflammationes, & tumores faucium dictæ in homine, glandulæ in ſue, *Stranguglioni*, *bottaccioli*. Lex. med. Tolles, tumor; vnde, tonſillæ.
Tonſo, tonſito, as, ſæpè tondeo, *Toſare ſpeſſo*.
Tonſor, ōris, qui tondet, *Barbiere*.
Tonſorium, ad tonſorem ſpectans, *Pertinente à toſare*.
Tonſtrina, locus, in quo tonderi ſolet. Tonſorium. Cath. *Barberia*.
Tonſtricūla, parua tonſtrix, *Barbieretta*.
Tonſtrix, quæ tondet, *Barbiera*.
Tonſum, tonſus, us, tonſura. Acc. Non.
Tonsūra, tondendi opus de arboribus, & vitibus etiam, à tondeo, *Toſatura*.
Tonus, i, ſonus accentus in Muſicâ duobus ſemitonis conſtans, ſeſquioctauam conſtituens. Item, ſplendor, & vigor picturæ medius inter lumen, & vmbram. Iun. Item, ſellæ colligatio. Poll. Item, neruus in ſtomachi lateribus. Item, ſpatium inter terram, & lunæ orbem. Tonus maior, in muſicâ proportio ſeſquioctaua, dicta, *Tuono maggiore*. Tonus minor,

proportio ſeſquiquintadecima, dicta. Semitonus. Zarlin.

Tonus, accentus, tenor, nota vocum, moderamen, accentiuncula, vocalatio, faſtigium, cacumen, ſonus. Voſſ.

Topanta, fac totum, dictum de ardelione. Dreſſel. Petron.

Toparcha, regionis præfectus, Satrapa, *Conte*.

Toparchia, territorium, *Contado*.

Topazius, topazium, gemma viridans, ita dicta, quod magno ſtudio quæratur, *Topazio*.

Tophinum, p.c. tophaceum, tophicum, è topho, *Di tuffo*.

Tophus, genus lapidis aſperi, qui facilè in arenam reſolvitur, *Tuffo*, tofus, melius. Voſſ.

Topiarium opus, ex arbore, aut frutice, aut herba in varias figuras, *Figure di verdure*. Topiaria ars: topiarius, qui hanc artem exercet, *Giardiniere*.

Topium, topus, tympanum Syrorum linguâ. Lex. Phil.

Topia, funiculi, quibus frutices, & arbuſculæ tonſiles in varias ſpecies efformantur; vnde, topiarium, topiarius. Topium, funis, & rudens.

Topica, ōrum. Topice, es, ars ipſa inueniendi argumenta. Topica remedia, localia, quæ loco affecto non prius applicari debent, quam totum prius corpus purgetur.

Topicus, a, um, localis.

Topicum, quod veſtibuli nomine dabatur. L. g. b. Item, ad locum pertinens.

Topiſſa, pix cerâ miſta.

Topium, funis, rudens; vide, topia, & opus topiarium.

Topochiſia, locus, in quo aliquis accumbit.

Topographia, loci deſcriptio.

Topogrăphus, locorum deſcriptor.

Topos, locus. Topicus, localis. Topicè: vide, topica.

Topotereres, Locumtenens, Vicarius. Topotereſia, banda, baretæ, copiæ militares. Buleng.

Topotheſia, ficta loci deſcriptio, ſitus loci.

Topper, celeriter, temerè, confeſtim. Neu. Feſt.

Topus, locus, vnde compoſita, & deriuata, vide.

Toragium, ornatus mimicus. Pap.

Toral, torale, plaga, ſtragulum, inuolucrum tori, quod ante, vel ſuper totum eſt, congeſtæ plumæ, vel herbæ, *Coperta da letto*.

Toranus, torus, vlna, cubitus, Suppl. antiq.

Torcula, vaſa, torcularis inſtrumenta.

Torcular, p.p. & p.c. torcŭlum, p.c. torculāre, p.p. machina premendis vuis apta, & oleis, & libris, *Torchio*.

Torcularium, locus in quo ſunt torcula, vaſa, præla, &c. Cato.

Torcularius, a, um, ad torcular ſpectans, *Di Torchio*.

Torcularius, ij, qui torculari premit vuas

Torcŭlus, funis ad torcular ſpectans. Torculus, a, um, torcularius, a, um.

Tordile, tortile, tordilium, ſemen ſeſelis. Plin.

Tores, torques, antiq. Soſip.

Toreuma, ătis. Toreumătum, ti, opus ſculptum, aut cælatum, ex quālibet materiâ, tornoque factum.

Toreutes, toreuta, tornio, cælator, tornator, *Tornitore*.

Toreutice, ars vaſa cælandi. Anaglyptice, ars etiam torno laborandi.

Tores, terminus; torres, vnde, terra, Territorium; Extorris, extra torrem limitem, ſeu terram pulſus. Salm.

Toria, panis inciſus. Pap.

Torima, cochlear, quo colla vertitur, euerga, eorga, Poll.

Torme, modiolus rotæ, in quem axis inſeritur.

Tormen, nis. Vide, tormina, quo aliquid torquetur. Item, morbus, dyſenteria. Lex. Phil.

Tormentilla, herba candida: heptaphyllon, ſeptifolium.

Tormento, as, torqueo, *Tormentare*.

Tormentum, tormen, ſupplicium, quod datur alicui ad veritatem extorquendam. Item, machina quævis bellica. Item, meſſis tritura. Varro. Tormentum æneum, machina bellica, *Artiglieria*, &c. Tormentorum, Cath.

Tormina, orum, dyſenteria, verminatio, inteſtinorum circa vmbilicum torſio, ob ſpiritus flatuoſos exitum non habentes aliquando cum cruentâ inteſtinorum proluuie, *Dolor di ventre*.

Torminalia, quæ tormina inferunt. Torminālis cibus, tormina faciens. Tormines. Non.

Torminōſus, qui eum morbum patitur, *Chi patiſce di dolor di ventre*.

Tornāre, torno, as, torno polio, *Tornire*. Item, redeo, *Tornare*. C. ll. antiq. tornatum, rotundatum. Tornamen, ramentum.

Tornatile, quod torno factum eſt, *Tornito*.

Tornator, qui torno laborat. *Tornitore*.

Tornatūra, opus torno factum, Voc. Eccl. *Torniture*.

Torne, agonis genus, & certaminis, vnde fortaſſe, torneo. Nouar.

Tornus, inſtrumentum fabrile, quo ligna, &c. tornantur, *Torno*.

Torneamentum, quaſi Troiæ ludus. Troiamen, militare ſtudium cum ex condicto milites conueniunt

ueniunt ad virium experimentum. Cæsari.
Tornamentum, torneamentum, Troiæ ludus, ludus imaginarius, equitum decurrentium, *Giostra*. Lex. Phil.
Tornetæ, nundinæ Pyrrhicæ. Villel.
Torneumata, ramenta. Hipp.
Torneuterium, ferrum ad tornandum, *Ferro da tornire*.
Torniamen, torneāmen, ludus Troiæ, quasi troiamen, torneamentum, vide.
Torno, as, torno, apto, polio, *Tornire*.
Toros, instrumentum puteis excauandis. Item, pulpa carnis musculosa; vide, Torus.
Torōsus, qui pulpam carnis musculosam habet in quâ est robur, Herba etiam, torosa.
Torpēdo, Inis, pisces alios natantes torporans, & deuorans. Item, torpor, *Pigritia*.
Torper, cito, celeriter. Fest. Topper, vide.
Torpere, torpescere, torpidum, languidum fieri, *Stupidirsi*. Torpeo, es.
Torpēdo, animi corporisque debilitatio, *Pigritia*. Item, piscis limosus alios torpidos faciens, inde eos vorans. Plin. *Sgranfo*.
Torpidus, stupidus. Cath.
Torpor, ōris, p. p. animi, & corporis stupor, *Torpore*.
Torpōro, as, torporem induco, *Far stupido*. Non.
Torquatus, torque ligatus, & ornatus, *Incollanato*.
Torqueo, inflecto, plico, neo, tormentum infero, *Torcere, tormentare*.
Torques, torquis, torta fascia, circulus aureus, ornamentum tortum colli, *Collana*. Torques, virorum; Monile, feminarum. Cerda.
Torquilla, tortula, auis ita dicta, quod collum crebrò torqueat.
Torrens, fluuius non de fonte, sed de pluuiis manans, rapidus, *Torrente*. Item, participium à torreo, rapidus, concitatus, *Concitato*.
Torreo, torrefacio, aridum facio, sicco. Torresco, aresco, torridum, aridum. Torrita, siccata. Pap.
Torridāre, comburere, *Arrostire*.
Torris, is, lignum teres, quando ardet, *Tizzone*.
Torriculus, paruus torris, *Tizzoncello*. Cath.
Torsio, tortio, onis, tormentum, tortūra. Fœmin. tortio stomachi, erosiones ab acribus humoribus, *Mordimenti*.
Torsōres, tortores, cruciatores. Cath.
Torta, azyma, placenta sic dicta, quam pastores victori dabant. Scal. Lex. g. b. tortūla, dimin. Cath. Item, furculus ab arbore recisus in funem, *Torchio*.
Tortè, obliquè, transversè, *Storsamente*.
Tortellæ, biscottelli ex similiâ. Salad. Quom. med.
Tortiles p. c. quod retortum, & replicatum est, *Intortigliato*.
Tortiloquium, sermo ambiguus, *Parlare intrigato*.
Tortiuus, torquendo expressus.
Tortiuum vinum, nouissimè expressum post primam pressionem vinaceorum, fæcumque, *Vin nuouo torbido*: contra, Defæcātum. Cato, *Vin chiaro vecchio*.
Torto, as, frequenter torqueo, *Tormentare spesso*.
Tortor, pro torqueor. Non.
Tortor, ōris, qui torquet, ideſt, cruciat, carnifex, *Boia*. Item, quia saxa, aut tela eiaculatur è machinis, *Bombardiere*.
Tortorium, testamentum de seruis tortis. Turn. Cic. ad Atticum.
Tortūla, torquilla, auis, Vide. Item, parua torta. Lex. Phil.
Tortum, i, machina ad torquenda saxa. Item, tormentum. Pac. Non. opus tortum, vt funis, &c.
Tortuōsum, multis flexibus sinuosum, ob seuerum, *Torto*.
Tortura, quæstio. Lex. I. C. Tortura oris, spasmus cynicus.
Tortus, cruciatus, *Tormentato*.
Tortza, fax, *Torcia*. Lex. g. b.
Torūlus, paruus lectus. Item, ornamentum aureum, vel argenteum pileis adhibitum, *Cintolo del Capello*. Item, pars à cortice tertia, & densior oui pars, dicta, *Torlo*. Item, eminentiæ in vestibus, corollis, & similibus.
Torum, torridum. Suppl.
Torus, i, lectus ab intortis herbis dictus. Item, funis ex loris retortis. Item, pulpa carnis musculosa, in qua est robur: vnde, torosus, dictus, *Muscolo*: coniugium, lectus coniugalis.
Torus manus, metacarpium, tuberculus, vnde, exoriuntur digiti. Iun. *Polpaccetti*.
Torus, in trunco vitis, vt in corpore nostro pars eminentior, chordulæ. Colu. N. Ang.
Torus, a, um, siccus torridus.
Toruus, aspectu formidabilis. Toruitas, toruiter. Toruè, toruum, truculentum, *Terribile, fiero*.
Toryna, cochleæ, quo olla vertitur, euerga, eorga. Poll.
Tostant, siccant. Pap. Tostātum, tostum, siccatum. Idem, Tosta caro, aſa, *Arrosto* Scal.
Totanus, auis genus. & piscis marini, *Totano*.
Totidem, par numerus, *Altrettanto*. Totfariam, vt, multifariam.
Toties, tot vicibus. *Tante volte*.
Totingus, tot, tam varius. Apul.

Totijugus, Toijegis, e, tot modis iugatus, tam varius, multiplex. Apul.

Totmodus, a, um, tot modos habens.

Tōtus, a, um, tot habens, cui respondet Quotus.

Tōtus, a, um, vniuersus, integer. Totum, vnius corporis plenitudo, omne, de vniuersis dictum.

Toxicus, a, um, toxico infectus, *Toffícato*. Toxicus, i, sagittarius.

Toxica, æ, fenestra longa, & angusta ad emittenda tela non ad lumen; nos *Feritoia*. Casaub. ad Athen.

Toxicum, p. c. venenum, *Toffico*. Toxicātum, venenatum, seu toxico infectum, *Attoffícato*.

Toxillus, dictus, à telo, & arcu Plaut.

Toxopharētron, arcus cum pharetrâ, *Arco con la faretra*.

Toxopœus, qui conficit arcus, *Chi fà archi*.

Toxotes, arcitenens, sagittarius, *Arciere*.

Toxozonium, zona arcuaria. Tact.

T R

Trabālis, p. p. clauus instar trabis. Item, vectis torquendo, tormenti genus.

Trabaria, nauis longa, & stricta, ex singulis trabibus cauata. Isid. gloss.

Trabea, palmata, picta, toga purpurâ circundata, in qua essent trabes discolores è collo pendentes, quam aureæ fibulæ annectebant: hæc erat triumphalis regum, & augurum. Item, porticus tecta trabibus. Cath. Regia, regum. Quirinalis, præliantium: trossula, purpurâ prætexta. Cerda. Scal.

Trabeātus, trabeâ indutus. Trabeāti Equites Romani transuehebantur, quòd haberent quasdam discolores pannorum veluti trabes. Turn.

Trabecūla, parua trabs. Cath. *Trauicello*.

Trabes, Trabs, duo tigna ædificij gratiâ compacta, *Trane*. Simplicia verò dicta. Tigna; vnde, Trabalis clauus. Trabes euerganeæ, affabrè factæ. Compactiles, è pluribus constantes.

Trabica nauis, è trabibus. Trabīcum, quod ex trabibus factum est. Fest. Trabile. Cath.

Trabucchus, machina lithobola, quâ vasti molares in hostes iaciebantur. Magius. Lex. Phil.

Tracada, strues lignorum. L. g. b. *Cataſta di legna*.

Trachali, muricum, ac purpuræ superiores partes. Fest.

Trachalio, à collo, seu curriculo dictus. Plaut.

Trachēa, trachia, p. p. aspera medicamenta, vlcerantia. Item, arteria aspera pulmonis, dicta, spiritalis fistula, quâ spiritus ad pulmonem fertur. Lex. med.

Trachedipni, qui cunctatius ad conuiuia ibant.

Trachedipna, cenidromis, seu vestis, quâ cursitores Græculi ad cœnam cursitantes vti solebant. L. Trech.

Trachelia, edulia ex trunculis, extremisque partibus truncatis ac recisis, viliora cæteris.

Trachelismus, ceruicis resupinatio, vel flexus.

Trachelium, herba florifera. H. P.

Trachērum, tarchēlus, p. p. media pars naualis malisciuius infima, Pterna: summa pars, Carchesium, dictum. Item, collum succularum. Varr.

Trachōma, p. p. asperitudo palpebræ interna.

Trachomaticum, collyrium ad eam tollendam. Tiraq.

Trachurus, piscis marinus. Rond.

Trachydus, Tragœdus. Suppl. antiq.

Trachynonta, exasperantia vocis, *Asprezza di voce*.

Trachys, asper. Trachysmus, asperitas. Trachyderma, pellem asperam habentia.

Traclepere, transcrepsere: vide, clepo. Scal.

Tracon, meatus subterraneus. Cath.

Traconitis, saxosa, aspera. Bibl.

Tracta, tabula, qua panis, vel aliud fictile formatur. Cath. N. Ang. propriè, particula trahendo auulsa. Gloss.

Tracta, orum, pars placentæ ima, tanquam fundamentum. Tracta, æ, tartara. Tracta, serici. Mataxa, lini Mataxa, lini dicta. Scal. matalla.

Tracta lanea, licia lanea. Turn. Tracticium, quod tractum est. Sex. Aur.

Tractātor, doctor. Sidon. qui tractat, loquuleius, arithmeticus, seruiarius. Salmas. Tractatus, sermo. Cath.

Tractatōres, tractatorias habentes, id est licentiam adducendi equos in cursu publico, diplomata. Alciat. Vuolf.

Tractatores, chartularij, qui tabulas, vel chartas fiscalium debitorum tractant, & administrant. Lex. L. C.

Tractatorium, gerusia, senaculum, tractatōres, tractātus. Sidon.

Tractoriæ, epistolæ, quibus Episcopus alios facit certiores rerum, quæ acciderunt. Tractoriæ, quibus Episcopi vocantur à Primate ad Concilium. Lex. g. b.

Tractātus, sermo alterâ egens personâ. Cath. vel ad se ipsum: verbum, ad omnes. Idem.

Tractile, quod trahi potest.

Tractim, sensim, productè. *Continuatamente*.

Tractim, trahendo in longum. Onom.

Tractitius, Tiberis dictus, quia tractus fuit in cloacam. Lampr. Cerda.

Tracto, as, attrecto, differo, *Trattare, maneggiare*. Tractabile, quod potest tractari.

Tractōres, tractatōres, qui manu leuiter fricabant, *Fregatori*. Tractatrix, quæ tractat.

Tra-

Tractorius,a,um,vim trahendi habens.Onom.
Tractoria organa,machinæ,quibus grauiora onera sursum leuantur. Vitr.
Tractoria,mandatum,epistola credentialis iter facientibus cursu publico data à Præfecto Prætorij. Optat.
Tractoria diplomata.Cod.ll.antiq.quibus licentia dabatur, vtendi equis publicis cursorum. Scriban.vnde,tractores.
Tractus, luctus apud Ecclesiasticos quòd tractim cantatur cum vocibus flebilibus. Gauant.
Tractus,us,regio, plaga,productio, tractatus, sermo. Salmas. amplum spatium terræ.
Tradere,porrigere,docere. Traditio,doctrina.Traditor proditor, qui tradit.Item, qui libros sacros inimicis tradit comburendos. Optat.
Traditio, est datio possessionis & acquisitionis rerum. Item, doctrina de manu in manum, non scripta.
Tradituri, pro traditum iri.
Traducĕre, de loco ad locum ducere, infamare. Tertul.Traductor: traducere vites, propagare in arborem proximam.
Traductio, deductio cum infamiâ. Item, diductis ossis in naturalem statum reuocatio. Lex. med. Item, vltra ductio. Item, figura.
Tradux, ūcis, p.c.rumpus, propago,vitis palmes, brachium, cum altero se coniungens, *Capi, ò rampolli di vite.* Originale peccatum.
Tradux, rumpus, ramusculus qui traduci potest & solet: 1. ex arbore in arborem non aulsus: 2.aulsus,vt inseratur alij:3. propagatio ipsa, qua traducitur aliquid: 4. particeps boni vel mali. Lex. Phil.
Tragacantha, hirci spina, frutex spinæ candidæ, non dissimilis. Surculus hircinus, spinosa planta H.P. dragantum. Mesue.
Tragænæ, hircenæ, capræ vtrumque sexum habentes.
Tragea, tragema.
Tragelăphus, p.c. hirquicernus,animal hirqui, & & cerui figuram habens. Gesn.
Tragema, bellarium. Item, herba & spongia. Lex.Phil.
Tragemăta, bellaria, quæ in secundâ mensâ apponi solent, *Trasse,posipasti*. Item, munera vilia.
Tragematisnus, eorum cursus, & distributio.
Tragematopōla, qui tragemata vendit, *Vende trasse*.
Tragematotheca,vbi tragemata reponuntur, *Scatola di trasse*.
Tragicum,ad tragœdiam pertinens. Tragicè, crudeliter. Tragicoteron, magis crudele.
Tragicus, tragœdus, qui agit tragœdiam, *Recitante tragico*.
Tragidi, tragœdi. Gloss.
Tragistes, qui victimas furatur, sacrilegus.
Tragium, herba dicta ita, quòd folia eius autumno hirci virus olent. Dioscor.
Tragobamon, hircinis pedibus incedens.
Tragocĕros, hircina habens cornua, *Corna di becco*.
Tragodetæ,cantores. Tragodēma,cantilena.
Tragœdia, poëma dramaticum,*Tragedia*: ab hirco,& cantu dicta, qui dabatur in præmium. Tragœdis. Tragodemata,cantilenæ. Gloss.
Tragœdus,hircicen. Item, qui agit,& scribit tragœdias. Lex.
Tragomaschălus,cuius alæ hircum olent. Tragosæus. Rh.
Tragonia, herbæ genus Plin.
Tragopan, auis maior aquilâ.Pap.Lex.Phil.
Tragophŏrus, hircinam pellem ferens.
Tragopōgon, p.p.hircinam barbam habens.Item, herba, *Barba di becco*.
Tragoriganum, hircinum origanum, herba odorata. H.P.
Tragos, hircus, *Becco*: vnde,Tragœdus tragœdiæ actor.Tragœdiogrăphus, qui tragœdias scribit. Tragidi,tragœdi. Salm.
Tragos, frumenti genus. H.P.Item, scorpius maritimus herba. H.P.
Tragoscelus,hircina habens crura, vt Satyrus.
Tragŭla,p.c.telum, quod scuto infixum trahitur. Fest.Item,retis genus.Turn.Item,trahea, traha terendis frugibus apta.Tragularius, qui tragulam iacit.
Tragullus,hircus,caper Glossæ.g.b. *Becco*.
Tragum,genus piscatoriæ retis,verriculum.Item, legumen.Glossæ.Item,verriculum, vide.
Tragus,hircus. Item,conchæ genus mali saporis. Item,spongię.Plin.Item,frumenti genus.Item, scorpius maritimus, & herba.H.P.
Traha, trahea, vehiculum rusticum, sine rotis, *Treggia*,& quo frugum culmi comminuuntur. Trahŭla, parua traha, *Treggietta*.
Traharij,milites trahentes annonam trahis,& sarracis. *Treggiatori*.
Trahax, ācis, p.p. rapax, auidus, *Tiranie, rapace*.
Trahimur, inuiti. Ducimur, volentes.
Traho,is,per vim duco, *Tirare strascinare*.
Traiectatio,traiectus, traductio, *Traghetto*;vnde, Traiectoriæ naues, quibus traijcimus, posthmia. Bayf.
Traiectitia pecunia, seu nautica, quæ trans mare creditoris periculo vehitur. Lex. (L. C. Buleng.
Traiecto, as, traijcio, *Tragettare*.
Traijcere, traducere, transportare, transfretare, *Tragettare*.

Tra-

Tralaticium, translaticium, translatiuum, quod aliunde transfertur, *Trapiantato*. Item, leuiter, & obiter factum. Item, vulgare, exiguum, alienum. Translatitia constitutio. Tralatio, translatio.

Traluceo, transluceo, vt faciunt corpora diaphana, transparentia, *Tralucere*.

Tralucidum, diaphanum, perlucidum, *Lustro, ò trasparente*. Pont.

Trama, æ, subtegmen filum, quod intra stamen currit, *Trama del testore*.

Trambelli, vide, phauliæ.

Trameat, transeat; vnde, trama. Varro.

Trames, itis, p.c. semita transuersa, *Sentiero*. Plin. Tramis, is, extrema pars vestimenti. Cath.

Tramissus, pro, transmissus. Salmas.

Tramitto, transmitto, *Trametere*.

Trampis, nauicula ad traijciendum.

Tramosericum, constans tramâ sericâ. Cath. *Ripieno di seta*. Tramoserica, vestis ex lineo stamine, tramâ sericâ.

Tranãre, vltra nare, natando traijcere, *Passar oltre nuotando*.

Traneus, Iulius mensis. Pap.

Tranio, dictus à perspicuitate, vel sedilibus. Pl.

Tranix, ramus exilis longè se extendens, flagellum, ll. Longob. Lex. Phil.

Tranquillãre, quietum facere. Tranquillè, tranquillò: tranquillitas: tranquillum, quietum.

Trans, vltra, *Di là*.

Transabeo, vltra eo, & per aliquem locum abeo transeo, *Passar oltre*.

Transactio, compositio de re dubiâ, & lite incertâ, nec dum finitâ aliquo dato retento, aut promisso, non gratuita pactio: vide, transigo.

Transactor, qui transigit, cuius ministerio aliquid transigimus. Transactio. L. I. C.

Transactus, perfectus, absolutus, à transigo.

Transadigo transuerbero, *Trapassare*.

Transalpinus, qui trans Alpes habitat, *Oltramontano*. Transalpinare. Bles.

Transcendo, ascendendo, transgredior, *Trapassare salendo*.

Transcribere, exscribere, *Copiare*. Item, tradere, in colonias emittere. Transcriptio, excusatio, seu prætextus. Transcripti, qui in colonias deducebantur. Cerda. Vlp.

Transcribo, exscribo, describo. Item, rem meam in alienum dominium transfero. Item, desumo ex alio, quod ad meam rem facit. Transcribo nomen, cum id quod expensum mihi latum est, in aliud nomen transfero, & ita meum nomen ex rationibus eximo. Bud.

Transcursum, obiter, & inter percurrendum factum. Transcurro, is, percurro, *Trascorrere*.

Transdo, is, trado, *Consegnare*: antiq. Ter.

Transdigo, transadigo, transuerbero, *Trapassare*.

Transducère, traducere, traplantare, transferre, *Trapiantare*.

Transenna, per quam aspectus transire potest, Cancelli lignei, ferrei, vimineive, *Ferrata, gelosia*. Item, decipulum, laqueus ad insidias concinnatus: cauea in quâ aues habentur, *Gabbia*: funis extentus ab extremo ad extremum.

Transeo, is, prætereo, *Trapassare*. Transitus, us, transitio, *Passaggio, morte*.

Transerere, in alium locum serere, *Trapiantare*.

Transerti, rami translati. Pap.

Transeunter, adu. à transiens.

Transfĕro, de loco ad locum transporto, *Trasportare*; vnde, translatio, transportatio. Translator.

Transfĕro, vltra fero.

Transfigo, transfodio, *Trapassare*.

Transfiguro, in aliam figuram verto.

Transfodio, transfigo, *Trapassare*.

Transfŏro, p.c. vltra foro, *Trapassar, forando*.

Transforme, quod quamcumque formam recipit, Ouid.

Transfretanus, qui transfretum habitat. Ter.

Transfreto, as, p.c. traijcio, *Traghettare*.

Transfuga, æ, p.c. & perfuga, qui ad hostes fugit non solum belli tempore sed inducarum. Transfuga metalli, qui ex metallo fugit.

Transfugio, ad hostes fugio. Transfugium, defectio ad hostes.

Transfumo, as, p. p. fumi modo transeo, *Fumar oltra, passar come fumo*.

Transfunctorium, perfunctorium, non accuratum. Tert. vide, Perfunctorie.

Transfundo, de vase in vas fundo, *Travasare*. Transfusio, *Travasamento*.

Transgredior, transeo. Transgressio, actus transgrediendi. Transgressiua verba, irregularia.

Transgressus, us, transfretatio. Sallust.

Transgŭlo, vltra gulam deorsum traijcio, *Trangugiare*. Cath.

Transigere, quocumq; modo negotium ad finem perducere. Item, propriè de re iam motâ, vel mouendâ, aliquo dato, vel retento, vel promisso decidere. Pacisci, verò donationis gratia, rem certam, & indubitatam liberalitate remittere. Lex. I. C.

Transigo litem, decido, perficio, compono, paciscor, *Accordarsi*: vnde, Transactio, transactor, qui transigit, *Chi fà accordi*.

Transĭgo, vltra ago, *Trapassare*.

Transilio, vltra salio, *Saltar oltre*.

Transilis palmes, qui relictus inter alios transit.

Transitio, vltra itio. Item, figura Rhetorica.

Transitio morbi, contagium. Salm. Capit.

Transitoria domus, per quam fit transitus. Suet.

Tran-

Transitorium, tributum. Transitura, trastura, pro transitu Cod. ll. antiq.

Transitorium, pars sacri; vide, Offerenda.

Transitus, us, transitio, *Passaggio*.

Transiungi, iumenta dicta, quæ in quadrigis loco mutantur, & in diuersam partem. L. I. C.

Transiungo, is, in quadrigâ locum veterinis muto. Bud.

Translatitia, edicta, quæ Prætores ex aliorum edictis, vel integra, vel partem transferebant in sua edicta noua. Scriban. Translatio, transportatio. Translator.

Translatitia, non noua, nec nuper inuenta, at aliunde translata. Ascon.

Translatitia funera, cum quis peregrè defunctus, domum transferebatur. Translatitiæ postulationes, ordinariæ, quæ sæpius se offerunt, & facilè expediuntur. Voss.

Translatitiè, perfunctoriè, negligenter. Voss.

Translatiuum, translatitium, quod aliunde est translatum. Item, vulgare, non exquisitum.

Translĕgo, is, p. c. legendo transcurro, *Trascorrer leggendo*.

Translucco, pelluceo, *Tralucere*. Translucidum, perlucidum, *Trasparente*.

Transmarinum, quod trans mare est, vel petitur, *Di là dal mare*.

Transmeare, transire, *Passar oltra*.

Transmigrare in longinquioris loci domicilium migrare. Transmigro, as, vltra migro.

Transmittere, transferre, relegare, tranire. Lex. I. C. *Tramettere*.

Transmissus, us, transmissio, traiectus, *Passamento oltra*.

Transmontanus, qui vltra montes habitat, *Tramontano*. Liu.

Transnatare, tranare, vltra natare, *Nuotare oltra*.

Transnominare, nomen commutare, *Mutar nome, tranomare*.

Transpadānus, qui trans Padum habitat, Cispadanus, citra. Transrhenānus: contra, Cisrhenanus.

Transpicio, per cancellos, aut per corpus pellucidum aspicio, *Guardar oltra*. Transpectus, us.

Transpono, is, transijcio, *Trametter*e.

Transporto, as, de loco in locum porto, *Trasportare*.

Transquietus, valde quietus.

Transtilla, tigilla, asseres. Philan. Vitr.

Transtra, orum, tabulæ super quas remiges sedent. Item, tigna à pariete in parietem porrecta, *Trastri*: trabes canterios sustinentes, tecto seruientes, transuersæ trabes. Vitr. Transtrillum, tigillum, paruum transtrum, *Traticello, trastrello*.

Transtrarius, ad transtrum spectans. Calcag.

Transuādo, is, vltra vado, *Andare oltra*.

Transuādo, as, trans vadum eo. Transuādo, is, vltra vado.

Transuerbero, as, transfigo, *Trapassare*.

Transuectio militum, cum ij recensentur, *Mostra, ò rassegna*.

Transueho, is, ex vno in alium locum porto. Transuectio, transportatio, terrâ, marivè.

Transuena, aduena, *Forastiero*.

Transuersales, qui ex transuerso siue latere coniuncti sunt, vt fratres, sorores, & eorum liberi. L. I. C.

Transuersarium lignum, quod transuersum ponitur. Transuersa, adu. obliquè, per transuersum, *A trauerso*.

Transuersum digitum, quàm minimum spatium.

Transuersus, obliquus, *A trauerso*, errans.

Transuersi limites, à septentrione in austrum. Prorsi, ab occidente in orientem. Sigon.

Transuersus agitur, qui vi, & impetu ab instituto depellitur.

Transultāre, vltra saltare, *Saltar oltra*.

Transumĕre, ex alio sumere. Lex. I. C.

Transumptio, figura, cum res ex alio ad alium transinouemus.

Transumptiuus, translatiuus, metalepticus, motus, quo in machinis vtuntur architecti mechanici: apud medicos organicos est ille, quem natura musculis comparauit. Lex. med.

Transuo, is, vltra suo, *Passar il cucito*.

Transuŏlo, as, vltra volo, *Passar volando*.

Trapedia, trapezia, mensulæ agrimensoriæ. Salm.

Trapera, vox nihili. Rutgers.

Trapes, ētis, p. p. trapētum, i, p. p. trapētus, antiq. mola olearia, *Frantoio, macina da oglio*.

Trapetes, calcator vuarum, *Calcatore d'vua*.

Trapeza, mensa, seu tabula numularia, & locus in foro, in quem venalitij serui ascendunt. Rh. *Banco*. Trapezæ, serui venalitij.

Trapezia, mensura agrimensoria. Item, figura quadrilatera quatuor inæqualia habens latera.

Trapezita, mensarius gemmarum, argentimercator, *Banchiere*.

Trapezium, mensula; figura Geometrica quadrilatera non parallelogramma, hæc vide.

Trapezocōmus, p. c. structor, mensam parans, ornans, *Apparecchiatore*.

Trapezolœcus, qui mensam lambit, *Leccatore gliere*.

Trapezoma, quicquid in mensâ ponitur.

Trapezopœi, serui mensam curantes.

Trapezopœus, mensæ structor. Poll. *Apparecchiatore*.

Trapezophŏrus, p. c. mensam ferens, statua puerorum mensam sustinens, sacerdos Mineruæ sacris præpositus.

Tra-

Trapezophŏra, columellæ, siue pedes quibus mensæ impositæ sustinentur. L. I. C.

Trapezorhetŏres, mensarij oratores ob dicacitatem. Ath. Dalec.

Traphallus, caseus recens, coagulum, *Cascio fresco.*

Traphex, labrum nauis. in quo scalmi ponuntur. Item, tabula, quâ panis fertur ad furnum,

Traphus, fossa. Leo Tact. Traphax. Lex Phil.

Trasi, radix dulcis è cyperi genere. H. P.

Trasia, aceruus ficorum, crates arundinea, vbi illi exiccantur, aut imponuntur. Rh. Poll.

Trassans, canis inuestigator, vestigia persequens. Nouar. *Trassare, ghiatire.*

Traston, species harmoniaci thuris.

Trauer, nouacula. Suppl. antiq. Lex. Phil.

Trauiare, transire. Lucr. *Trauiare.*

Traulus, blæsus, balbus qui certam aliquam syllabam proferre nequit, *Balbo.* Traulotes, blæsitas.

Trauma, solutio continuitatis in carne non ex distentione, sed ruptura prouenies. Gorr.

Traumatica, vulneraria, sanandis vulneribus idonea. Tiraq.

Trauzana, quæ ex præsepi decidunt, iumentis edentibus.

Trebax, peruicax; vnde, trebacius. Trebacissimus.

Treceni, triceni, p. p. trecenti. Trecenties. Trecenteni, *A trecento.*

Trechedipna, vestes, quæ à cursu, & cœnâ nomen habent, quâ esuritores Græculi ad cœnas stantes vtebantur. Trechedipni, celerius ad cœnas venientes. Curricœnæ.

Trechedipnus, curricœna, huc illuc cursitans ad cœnam captandam. Athen. celerius ad cœnam venientes.

Tredecies, ter decies. Tredenarius, tredenus.

Tregua, tregua. Vide.

Treis, in accusatiuo casu. Tres, in nominat. & vocat. Fronto.

Tremacŭlum, retis genus, *Tremaglio.* Cod. ll. antiq.

Tremefacio, tremorem incutio, *Far paura.*

Tremisco, tremore concutior. Tremo, is, contremisco, *Tremare.*

Tremisses, numi valentes tertiam partem solidorum, seu aureorum. Lex. I. C. Tremisij, tremissij, quatuor denarij. Lex. Phil.

Trementum, ebrietas, temulentia. Gloss. Lex. Phil.

Tremodia, infundibulum tremulum in moletrinis, fruges in molas transmittentes, *Tremoggia.* Turn.

Tremor, ōris, p. p. palpitatio, seu concussio corporis, qualis in febricitantibus. Lex. m.

Tremulo, dubito. Glossæ. A. L.

Tremŭlum, quod valde tremit. Tremulentus, tremore plenus.

Tremuntana, Anon. barb. *Tramontana.*

Tremŭlus, auis, maritima, gallinâ minor. Item, quî valdè tremit.

Tremum brachium subtus cubitum. Cod. ll. antiq.

Trepalium, locus, seu pulpitum, vbi rei torquentur. Cod. ll. antiq.

Trepallus, Priapus. Triphallus, Vide.

Trepanum, terebri genus chirurgici. Trypane, Vide.

Trepedica, potionis, & medicamenti genus. Greg.

Trepidare, metu concuti, festinare, tripudiare. Trepidè, trepidŭlus, dimin. Trepidanter, trepidè, trepidatio, trepidarius equus; vide, colutarius. Trepido, as.

Trepidat, mens. Horret, corpus. Fronto.

Trepidarij, colutarij, Guttonarij equi gradatim, minutim, volutim ambulantes.

Trepidium, tripudium, *Ballo.*

Trepit, trapit, tropit, vertit. Trepere, vertere. Fest. Trepo, is, verto.

Trepondo, indecl. trium librarum pondus, *Peso di tre libre.* Tripondo.

Treptica, virtus, quæ pastum tribuit membris. Onom. med.

Trerones, pauidæ columbæ. Dalech.

Trespellius, de tribus villis. Cod. ll. antiq.

Tressis, trium assium, Persius: vilis, & minimi pretij.

Tresuiri, triumviri, *Treuiri.*

Treugua, treuga, treba, fœdus, inducię, *Tregua.* Frub. Tregua, securitas præstita personis. Treugarius.

Treximon, cursus. Lex. g. b.

Triacades, Kalendæ, seu menses, qui constant triginta diebus. Iun.

Triacontades, sacra quæ post xxx. diem obitus Mercurio fiebant. Stuch.

Triadica, hymni in SS. Trinitatem. Lex. g. b.

Triambi, terni in scenâ loquentes. Fest.

Triambus, triumphus, iudicium triplex. Cath.

Triangŭlus, trigōnum, figura tres angulos habens; Triangulārc, tres habens angulos.

Triapharmacum, emplastrum constans tribus. Tetrapharmacum, quatuor.

Triarij, pilarij milites in tertio ordine militiæ positi, subsidio extremis procedentes, robustissimi quique. Item, portatores signorum.

Triarius, qui tertio loco est, in militia. Vide, triarij.

Trias, Trinitas, ternio, Trianta, triginta. Lex. g. b. *Trinità.*

Triatrus, tertius dies. Quinquatrus, quintus. Sexatrus, Septematrus, Decematrus, &c. Alex. ab Alex.

Tribacca, margarita tribus baccis constans. Iun.

Tri-

Tribăces viri, plagis, & vinculis attriti. Tribăre, terere. Tribaciter, tritè. Plaut. Tribacissimus. Sidon.

Tribăcon, tribon, lacerum pallium.

Tribăcus, tritus in rebus agendis.

Tribădes, mulieres, quæ in sexum suum libidinem exercent. Fricătrices.

Triballi, vitam agentes inutiliter sycophantæ.

Tribanon, vas in quo aliquid teritur, lecythus.

Tribas, vtranque Venerem exercens, Fricătrix.

Triblium, catinum. Turn. ex Plauto, paropsis vas escarium vulgaris obsonij. Bayf.

Tribon, palliuni tritum, & lucerna, *Veste stracciata.* Tribonium.

Tribonophŏrus, attritâ veste indutus, *Stracciato.*

Tribrăchus, pes constans tribus brevibus. Tribrachys.

Tribuarium, ad tribum spectans. L.I.C.

Tribŭla, tribŭlum, p.c. vehiculi genus, quo frumenta in aream deferuntur, *Trivolo.*

Tribularium, locus, vbi tribulæ reconduntur. Colum.

Tribŭlo, as, tribulâ, aut alio instrumento comminuo. Item, tribulationem infero. Tribulatio, persecutio.

Tribulatæ, tribolatę, plumbatę, iacula cum plumbo manuaria. Mamillatæ, plumbatæ. Veget.

Tribuli, spinæ habentes semen triangulare. Item, machinæ militares Murices dicti, ferreæ, tetragonæ, aculeis extantibus infestæ, equitibus sparsæ. Tribularij, qui eos fabricant. Tribulosissima, tribulis asperrima. Sidon.

Tribŭlis, p.p. qui est ex tribu, pauper, plebeius. Contribŭles, qui sunt ex eâdem tribu. Item pauper. Casaub.

Tribulo, as, tribulâ tero, affligo, *Tribolare.*

Tribulōsum, asperum. Sidon.

Tribulus, herba sylvestris, *Trivolo terrestre*: Marinus, maris: Aquaticus, herba palustris.

Tribūnal, locus excelsus, in quo residebat, qui tribubus ius reddebat omnibusque.

Tribunalitium, tribunal. Cedren.

Tribūnus, magistratus tribus. Tribunātus. Tribunitus.

Tribuo, is, do, largior, *Donare.* Tributio, onis, actus largiendi.

Tribus, us, tertia pars populi. Item, Curia. Item, pars vilissima. Tribūtim, per singulas tribus. Tribuarium, ad Tribum spectans.

Tributarius Romanus, Stopharius, qui censum regi soluit. Cod.ll. antiq.

Tributarius, soluens tributum.

Tribūtum, pecuniæ certo tempore contributæ. Vectigal ex vecturis; Reditus, in annuo prouentu colligebatur. Vuolf. *Tributo.*

Tribūtum, transitorium, transitūra, *Per passaggio.* Cod. ll. antiq.

Tributum, soluitur ratione proprij soli. Census, de prouentibus. Stipendium, militum. Gabella, de rebus vsui humano necessarijs, vino, grano, &c. Pædagium, à transeuntibus in locis. Syndagium, pro saluo conductu. Assisium, quod imponitur rebus vendendis, v.gr. pro sextario vini quadrans. Teloneum, de mercibus marinis circa litus arreptis. Vectigal, de rebus vectis terrâ, marique. Tallia, quæ imponitur subditis, Collecta, exactio, omnia prædicta continent. Gabr. Lex. Phil.

Tributa, prouinciæ soluebant P. R. bello victæ. Prouinciæ verò Cæsaris belli subsidia inferebant Stipendia dicta. L.I.C.

Tribūtim, per singulas tribus.

Tribūtus, tribūtum, vectigal. Tributoria actio, quâ quis in tributum vocatur. Tributarius. Tributor, qui tributa soluit Tributiones, prædij pensiones. Tributorium, ad tributum attinens. Tribūta, non conducta à publicanis, sed Vectigalia. Perit.

Tricaballi, agmina in imperio orientali certis locis regionatim dispositа. Codin.

Tricæ, arum, capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti. Item, impedimenta, nugæ. Item, leuiora mulierum ornamenta. Tiraq. Vnde, Intricinare, impedire, morari. Salm.

Tricapitinus, triceps. Supplem. *Di trè teste.* Tricipitinus.

Tricaptum, vestis genus subtilissimum quasi capillis textum.

Triccus, auicula.

Tricenarij, tricinarij, equi medij inter asturcones, & toletarios: vide, tricinium.

Tricenarius, triginta annorum.

Tricenniũ, tẽpus xxx. annorũ. Tricẽni, tricentenĩ.

Tricephăla, quæ populo dabantur die Paschatis. Balsam.

Tricephălus, p.c. tria habẽs capita, Cerberus dictus

Triceps, trium capitum, *Di trè teste.*

Triceſſis, trecenti asses.

Trichaices, assiduè in bellis versantes, quasi trichas, ideſt, comas, & plumas iactantes. Rh.

Trichapton, vestis subtilissima, ex pilis texta, aut bombycinum, magni pretij, quod crinibus obducebatur. Tiraq.

Triches, capilli, *Capelli.*

Trichiæ trichides, pisces sardinæ. Rh.

Trichia, trichiasis, morbus, quo vexatur nutrix in mammis, quoties pilum hauserit, pilaris morbus. Arist.

Trichias, pisois è thynnorum genere, seu sarda. Lex. Phil.

Trichiăsis, capillitium, morbus, in quo cum vinâ crassâ, veluti capilli quidam exeunt.

Item,

Item, affectio, in quâ pili inutiles pungentes palpebris innascuntur. Lex. med.

Trichila, trichla, ōrum, vasa tria labra habentia. Item refrigeratoria, *Rinfrescatoij*.

Trichilæ, casæ ex frondibus. Scal. pergulæ.

Trichilæ, variæ, seu pediculi ex quibus pendent cucurbitæ, & alij fructus, quod incuruæ essent; vnde Vatię dicti, Vide. Colum.

Trichinium, vestis ex pilis confecta.

Trichinum, ex capillis, seu setis contextum. Item, tardum, impeditum. Varro spissum.

Trichinus, tardus. Item, saccus factus ex pilis.

Trichismus, species fracturæ tenuissimæ, & insensibilis. Gorr.

Trichitis, aluminis genus. Plin.

Trichla, vestis stragula pertenuis. Item, pergula, compluuiata. Frut.

Trichocōmus, qui comæ curam habet. Trichocosmētes, comæ comptor.

Trichodermus, fascia crinalis, *Fascia di capelli*.

Tricholabium, volsella, quasi pilos capiens.

Tricholōgus, qui pilos legit, rerum inanium studiosus.

Trichomanes, herba capillaris, filicula, polytricha, palustris. H. P.

Trichophyllus, folia habens capillata.

Trichōra, altaria tria à tribus locis, in quibus erant. Paulin.

Trichoria, chorus constans triplici serie.

Trichōrum, ædificium, tribus punctis surgens, seu pinnis, aut trium cubiculorum, aut trium capax. Spart. Rh. fastigium domus.

Trichōta, animalia, quæ pilis vestiuntur. Trichobiotæ.

Trichoton, pars capitis, quæ capillis tegitur.

Trichrus, gemmæ nomen, à tribus coloribus impositum, tricuus.

Trichypha, puellarum indumenta. Rh.

Tricies, triginta vicibus, *Trenta volte*.

Tricinārc, tricare. Salmas. Tricino, sæpe trico.

Tricinarij equi, qui gressibus intricatis, crebrâ genuum inflexione gradum minutim fractum expediunt.

Tricinus, quæstus exiguus. Rh. spissus, & tardus, à tricis dictus. Salmas.

Tricinium, spissus gradus equorum, *Traino*. Tricinus, tardus, spissus. Salmas.

Triclinaria, stragula triclinium.

Triclinarcha, triclinij præfectus, sympositarcha. Stuch.

Triclinarium, triclinum, cœnaculum, Conclaue, discubitorum à tribus lectis, quos sternebant: cœnaculum. Triclinis, domus. Pentaclinis, quinqueclinis, decaclinis, capiens tres, quinque, decem lectos. Vitr. Triclinâre, ad triclinium spectans, *Saletta, ò luogo done si mangia*.

Tricliniarchæ, serui ad pedes triclinijs ministrantes. Vuolf.

Trico, as, decipio, impedio: contra, Extrico.

Trico, ōnis, p.p. morosus, contentiosus, ad reddendum durus. Item, cinędus, Langus. Lucil.

Tricoccus, heliotropij genus.

Tricoccum, mespili genus habens intus tria grana, seu ossa. Gorr.

Tricodatum, tricodicatum, tritomon, in tres codices, seu tomos diuisum. Gloss.

Tricōlon, p.p. trimembre, *Di tre membri*.

Tricor, āris, nugas ago, creditorem spe vanâ lacto. Trico, as, moror. Voc. Eccl. *Intrigare*.

Tricornium, tricornis, tria habens cornua. Tricorpor, tria habens corpora.

Tricosus, tricis plenus, fallacijs refertus. Gloss. Phil.

Tricotadum, trifariam diuisum. Suppl. antiq.

Tricotum, locus vbi prandetur, iuxta ignem: rupes alta. Pap.

Tricrura, tria crura, ac tria latera habentia, *Di tre gambi, ò lati*.

Trictilia, vbi pendent vaciæ. Isid. gloss.

Tricula, depilatrix. Suppl.

Tricus, gemma referens tres succos nigrum, sanguineum, & candidum. Calep.

Tricuspis, tres habens cuspides, *Di trè punte*.

Tricymia, triundium, decumanus fluctus.

Tridacna, ostrea tantæ magnitudinis, vt ter mordenda essent. Plin. *Di trè bocconi*.

Tridentāle, vas tres pinnas, seu dentes habens. Cath.

Tridens, quicquid habet tres dentes. Tridentifer, tridentiger, p.c. qui fert tridentem.

Triduum, trium dierum spatium, *Trè giorni*.

Triembolum, triplici armatum rostro. Item, pudendum virile. Item, nauis. Rh.

Triennis, trium annorum. Triennium, spatium trium annorum, *Spacio di trè anni*.

Triens, tis, vnciæ quatuor, tertia pars libræ. Nummus tertiam partem assis valens. Item, tertia pars iugeri: mensura quatuor cyathos continens.

Triental, vas continens tertiam partem sextarij.

Trientalis trabs, quatuor pollices, seu vncias lata, trientalis, herba.

Trientaria, vsura, *Quattro per cento*.

Trientes vsuræ, quæ intra tertiam partem centesimæ includuntur. Trientarium fœnus. L. I. C.

Trientius, ager datus pro tertiâ pecuniæ parte.

Trierachema, tempus imperij, quo elapso, ac tardante successore aliquis classi præest. Rh.

Trierarchia, triremium apparatus.

Trierarchus, præfectus triremis, *Capitan di galera*.

Trieres, remex, triremis. Trieris, durco, triremis. Isid.

Iſid. gloſſ. Trieriticum, ad triremes pertinens.
Trieremiolæ, triremes exiguæ, non tot remis actæ, quot iuſtæ triremes. Bayf.
Triēres, trieremes, à tribus ordinibus remorum. Tetreres, quatuor. Hexēres, ſex. Hepteres, ſeptem. Octeres, octo. Enneres, nouem, &c.
Trieretĭcum, quadriennale certamen. Lex. L.C.
Trieropœus, qui triremes conficit.
Trieraulæ, qui in triremibus tibiâ canunt. Brod. *Piffari di galera.*
Tricris. Vide, Trieres.
Trieterĭca, Bacchi feſta, tertio quoque anno celebrata.
Tricterĭcum, triennale, trium annorum reuolutio, *Trè anni.*
Trieterides, dies geniales.
Tricteris, triennium, *Trè anni.*
Trifariam, tribus modis, ſeu in tres partes, *In trè maniere.*
Trifariè. Dion. *In trè parti.* Trifarius, triplex.
Trifatidicus, pluſquam fatidicus. Trifur, trifurcifer, triueneficus, valdè magnus fur.
Trifaux, cis, tres fauces habens, *Di trè bocche.*
Trifax, telum trium cubitorum è catapulta emiſſum. Feſt.
Trifer, trifĕrum, p.c. ter fructus producens in anno, *Che fruttifica trè volte l'anno.*
Trifidum, p.c. in tres partes fiſſum, *Diuiſo in trè parti.*
Trifilum gemmarum, tres lineæ gemmarum. Caſaub. *Tre filze di gemme.*
Trifinium, trium poſſeſſionum finis, *Crociale di ſtrade.* Quadrifinium, quatuor. Iſid. *Di quattro ſtrade.*
Trifolium, herba nota. *Trifoglio.* H.P.
Triforme, tres formas habens, *Di tre forme.*
Trifur, furaciſſimus, triplex fur.
Trifurcifer, furcâ digniſſimus, *Più che ladro.*
Trifurcus, tres furcas habens, *Di tre forcelle.*
Triga, æ, currus tribus equis actus: Quadriga, æ, quadruor.
Trigămus, bigămus, polygămus, qui tres, duas, plures duxit vxores.
Trigarium, curule certamen. Item, locus, vbi equi exercentur. Suppl.
Trigarius, trigarum agitator, *Carrattiero di carro tirato da trè giumenti.*
Trigaſtra, inter ornamenta muliebria recenſentur à Poll.
Trigemĭni, tres vno partu editi, *Tre nati à vn parto.*
Trigaſtrum, ornamentum muliebre. Tiraq.
Trigemmis, anulus, aut palmes tres gemmas habens.
Trigeron, triſenex, ter ſenex, ter æuo functus, ita dictus. Neſtor.
Trigies, tricies, triginta vicibus, *Trenta volte.* Cath. Trigeſimus, triginta.
Trigildum, tripla compoſitio. Cod. ll.antiq.
Trigla, triglida, piſcis mullus, *Barbo, ò triglia.*
Triglites, p. p. lapillus, qui mulli piſcis colorem habet.
Triglitis, dos, mullus paruus, *Triglia.* Triglida.
Triglochima, triſulca figura in membranis.
Triglypha, tres ſcalpturas habentia, ſeu canaliculos. *Scanalato.*
Triglyphæ, triglyphi, ſcalpturæ canaliculatæ triplici ſulco. Vitr. *Scanalate.*
Trigo, as, ſtringo.
Trigodæmŏnes, poëtæ, qui fæcibus ora perunctis poëtabantur conuiciantes. Rh.
Trigolæ, imberbes mulli. Athen.
Trigon, onis, locus in thermis, pilæ ludo deſtinatus; vnde, Pila trigonalis. Item, piſcis nomen apud Auſonium.
Trigoma, medicamenta ex ſeminibus compoſita. Lex. med.
Trigonocrātor, triangulator.
Trigonia, ætas tertia.
Trigonĭcum, trigonāle, habens tres angulos. Trigonalis pila.
Trigōnus, p. p. triangulus.
Trihēr, tribulus. Suppl. antiq.
Trihorium, ſpatium trium horarum. Auſon. *Tre hore.*
Trilagēnus, tres cōtinens lagenas, *di tre inghiſtare.*
Trilex, triplicatus, *Triplicato.*
Trilibris, trium librarum, *Di tre libre.*
Trilinguis, qui tres linguas callet. Trilōgus; vnde, Trilogia.
Trilix, quod ex tribus conſtat licijs verſicolotibus, triplicatum, *Di tre colori.*
Triloris, e, tria lora habens.
Triluminare, candelabrum trium luminum. Tiro. *Di tre lumi.*
Trimĕcrus, p.c. pes conſtans tribus longis.
Trimalcio, valde mollis. Petron.
Trimatus, trium annorum ſpatium, ætas. Bimatus, duorum.
Trimeniæum, tertio menſe matureſcens.
Trimenon, trimeſtre. Turn.
Trimeſtre, trium menſium ſpatium, Trimiſtrium; Barb. Trimenſe.
Trimetallum, vas cōſtans tribus metallis. Petron.
Trimĕter, trimĕtrus, verſus, tria habens metra, Trimĕtron, p.c.
Trimma, æ, tritum, exercitatio, veterator: placenta nuptialis, auri ramentum, vinum aromatibus conditum. Poll. Item, ramentum, Salmas.
Trimma auri, raſura, ramentum.
Trimmi, limites tranſuerſi in agris, *Strade trauerſe.*

Tri-

Trimodia, æ, trimodium, trium modiorum mensura. Satoria, dicta. Colum. quod ex eâ satores semina iaciant.

Trimorion, dodrans tres continens assis partes.

Trimorphus, triformis. Suppl.

Trimus, trimum, quod est trium annorum. Trimulus, dimin. *Di trè anni.*

Trimyxos, dimyxos, polymyxos, lucerna triplex, duplex, multiplex, tribus, duobus, aut pluribus ellychnijs lucens. Myxus, naris canaliculus, *Bocchine, lucerna da trè, ò più bocchini.*

Trinax, instrumentum rusticum, tridenti simile.

Trincus, auis ciconiæ similis.

Trinepos, filius tertius à nepote. Lex. I. C.

Trimo, trimus, trium annorum. Supplem. antiq. *Di trè anni.*

Trinitas, esse trinum, tres personæ.

Trinna, triennium, pulex. Suppl. antiq.

Trinnuus, trimus, trium annorum. Suppl. antiq.

Trinoctium, tres noctes. Trinoctialis, p. p. ad tres noctes spectans, *Di tre notti.*

Trinōdis, p. p. trinōde, p. p. tres habens nodos, *Di tre nodi.*

Trinoforense iudicium, olim terna citatione in nundinis contra aliquem, processus iuris. A. Bonf.

Trinomicus, dictus D. Petrus, Simon Bar-Iona, Petrus Blesen.

Trinundinum, spatium. XXVII. dierum, tribus nondinis constans, quæ facta nouo quoque die, ac tunc, Plebiscita & senatus consulta publicabantur.

Trinus, ternus, tres. Trina, citatio, &c.

Trio, onis, qui terit, bos, qui terram terit, arator; vnde, Septentrio. Cath.

Triobolaris, vilis pretij trium obolorum. Triobolare scortum, vilissimum.

Triobōlum, triobōlus, moneta valens tres obolos, hemidrachmum; Triobōli homo, nequam. Triobolaris, vti, & Diabolaris, nullius pretij.

Triodium, canticum diuisum in tres partes. Genn.

Triōdos, triuium. *Crocial, di tre strade.*

Triōnes, p. p. quasi teriones boues aratorij, quod terram terant; vnde, Septentriones.

Trionymus, tria habens nomina, *Di tre nomi.*

Triophōrus, tres habens contignationes, aut triplex tectum, *Di tre solari.*

Triophthalmus, lapis habens tres oculos. Item, cui tres sunt oculi.

Triopis, monilis species, tres veluti oculos habens. Poll.

Triorches, triorchus, auis ex accipitrum genere, à testium numero dicta, *Smeriglio.* Buteo. Item, herbæ genus. Item, habens tres testes.

Tripagīnum, quod in tres paginas distinctum est, *Di tre pagine.*

Tripālis, tripāles, vites, quæ tribus palis sustinentur. Fest. Cato.

Triparcus, ter, valde parcus, *Molto scarso.*

Tripartitus, tripertitus, in tres partes diuisus. Tripartitor, tripartitò, tripertitò, adu.

Tripatīnum, summæ cœnarum, lautitiæ murænarum, luporum, myxonis, piscium. Plin. trium patinarum apparatus.

Tripectōrus, tripector, tria habens pectora. Tripectoria vis, Lucr.

Tripedāre, tripedinare, saltare, tripudiare. Item, festinare, *Danzare.*

Tripedo, tripodium, tripodon, incessus equi moderatus, seu tripediarij.

Tripedon, seruus malignus, verbero.

Tripertio, is, in tres partes diuido. Tripertior, *Diuidere in tre parti.*

Tripertitò, diuisum in tres partes, *In tre parti.*

Tripertita, tertius libri legalis tria continens.

Tripertitor, in tres partes diuidens.

Tripertitum, in tres partes diuisum.

Tripes, tres habens pedes. Tripedālis. Tripedaneus, tripedium. Glossar. antiq. *Trepiedi.*

Triphalanx, triplicatū agmen, *Squadra triplicata.*

Triphallus. Priapus. Tripallus, veretrum. Phallus, palus, veretrum. Lex. Phil.

Triphonicus, ventus. Euroaquilo. Cath.

Triphylatum, in tres vigilias distributum.

Triphyllum, trifolium, herba nota, *Trifoglio.*

Tripictus, triplici linguâ scriptus. Prud.

Triplāre, triplicare. Cath.

Triplāris, numerus triplus. Triplex: triplico, as, ter multiplico. Triplicatio.

Tripleura, triangula sphærica.

Triplex, tres habens plicas, ē tribus constans.

Triplicatio, secunda actoris defensio, contra rei duplicationem oppositа. L. I. C.

Triplices, tabulæ ceratæ trium foliorum, in quibus leuiora scribebantur, in quintuplicibus graviora.

Triplinthi, trilateres: Diplinthi, bilateres, trium, duarum frontium, *Di tre, ò due lati.*

Tripōda, musicum instrumentum. Rh. Item, tripus. Vide.

Triplois, instrumentum chirurgicum, quod triplicitate firmetur.

Triplus, ter tantus.

Tripus, triplex. Triplicatio. Triplex, triplicitas, tripliciter.

Tripōdes, qui habent tres pedes; horum alij, Anathematici, ornatus gratiâ domibus dicati; Apyri, necdum ignibus dicati: Æthones, flammis succensi: Leotrochodi, in quibus aqua calefiebat. Rh.

Tripodium, incessus equi moderatus, *Passo di cauallo moderato.*

Tri-

Tripolis,triplex ciuitas.
Tripolium,marinum virgultum.
Tripondes, homines nuper baptizati, fidei, spei, charitatis pondere ornati. Cypr.
Tripondium,pondus trium librarum, *Peso di tre libre*. Tripondo,trepondo.
Tripsimum,intritum farcimen. Gloss.g.b.
Tripterium,quo aliquid fricamus,aut scalpimus.
Tripsis,frictio.Gorr.
Triptes, Dij triplicem potestatem habentes in corporibus,in vmbris,in spiritibus. Capella.
Triptota,p.p. habentia tantùm tres casus.
Tripudiare,choreas ducere,saltare, *Ballare*.
Tripudium, saltatio, quasi terripauium, *Ballo*. Tripudium solistimum, augurium, cum offa, quæ pullis dabatur in solum cadebat. Soniuium, Vide.
Tripundium, tripondium, pondus trium librarum, *Di tre libre*.
Tripus, ŏdis, p.c. Tripoda, tripes, quod tres pedes habet. *Di trè piedi*, vas æneum, mensa trium pedum.
Tripŏdes,mensæ in templo Apollinis, quibus superimpositæ,Phœbades vaticinabantur.Cortinæ, dictæ.
Triquadrum,quater,omnino quadratum.Aldhel. *Quadrato*.
Triquetrum,triangulum. Triquetra figura, triangularis, figura Siciliæ.Lucr.
Trirēmis, nauis tres remorum ordines habens; hodie, *Galera*.
Tris,tres,antiq.Vnde composita.
Trisagium, trisanctum,hymni genus,Præfatio, in missa,vbi cantatur ter, Sanctus, Codin.
Trisaristes, qui ter vicerunt in sacro certamine. Dalech.
Triscabina,ingenuitatis charta.Cod.ll.antiq.
Triscites, vasis genus. Salmas.
Triscurria, maximæ scurrilitates, ludi pueriles, *Gran ònffonerie*.
Trisenex,trigeron, Nestor. qui tribus sæculis vixit.an.xc.
Triseudæmon, felicissimus : contra,Triscacodæmon,infelicissimus.
Trisexta,tertia,& sexta eani solita simul.Lex.g.b.
Trisippium,rotula seu nota impressa malis equorum emeritorum, Cod.ll.antiq.*Cicela*.
Trismus, Trysmus, stridor, & conuulsio musculorum, mandibularum, ex quo fit dentium inuita concussio.Lex.med.
Trispastus,machina trium orbiculorum, Tritraha.Pentapastos ; Quinquetraha,à quinque orbiculis. Polyspastos, à multis dicta trochlea, vide Philand. Vitr.
Trispermon, cataplasma dictum à tribus seminibus,ex quibus componitur.Gorr.

Trissago,p.p.Chamædrys,herba serrata, quercul
Tristatæ,duces.Cerda,qui tertio loco stant.
Tristega,p.c.trium contignationum ædificia.Distega, duorum Stega, tabulatum, contignatio, *Casa,a tre,à due,à vn solaro*. Tristegus,a,um.
Tristem,aruspicem doctum. Varro.
Tristichon,tres versus continens, *Di trè versi*.
Tristiculus,aliquantum tristis, *Malinconichetto*.
Tristificum,tristitiam afferens, *Che astrista*.
Tristylus,tribus columnis distinctus.
Tristitas, tristitudo,tristities, tristia,tristimonia, tædiculdo, languitudo, gloss.vet. *Tristezza*.
Tristis,animo dolens infestus.
Tristo,as,tristem facio antiq. *Attristare*.
Tristor,aris, mœreo, *Attristarsi*.
Trisulcum,trisidum,tres sulcos, seu acies habens, *Di trè tagli*,Item,simile trisulco,vt trilidum.
Trisyllabus,a,um,tres habens syllabas.
Trit,peditus, seu crepitus ventris, vox fictitia.
Tritagonistes, qui tertias ordinis partes, aut fabulæ agit.Triplex,genus certaminis.
Triteus, tritæophyes, tertianæ febris naturam præferens. Tritæa febris tertiana.
Tritalantum, trium talentorum, *Di trè talenti*.
Tritalogus, qui tritos logos tractat, nugiloguus.
Tritãre, fricare, terere. Tritile, quod teri potest. Isid.gloss.Tritarei.
Tritauus,aui abauus, tertius auus, patris, & matris atauus.
Trite, synemmĕnon, tertia coniunctarum. *B.fà. B.mi*. Trite, die zeugmenon, tertia disiunctarum. *D.la, sol rè*. Trite hyperboleon, tertia acutissimarum, seu summarum, *F. fà,vt*. Trite, tertia inter phthongos mobiles. Iun. Zarlin.
Tritennatæ,memoriæ mortuorum,celebratæ tertio,& nono die. L.g.b.
Trithales,herba alterum genus aizoi. Plin.
Tritheitæ, hæretici asserentes tres Deos in Trinitate.
Triteuchum, tria volumina aut libros continẽs, vt liber. Iosue.Vide, Pentateuchon. Lex.Phil.
Tritianus,a,um, qui triplo maior alijs.Tritianum olus Lex.
Triticum,frumenti genus,*Grano*. Triticum Indicum,*Gran Turco*.Vaccinium,*Biada di Vaccbe*. H.P.Triticaria conditio, L.I.C.Triticeum, ex tritico, *Di grano*.
Tritile,quod teri potest Pap.*Chi si può tritare*.
Tritiricum,tardum,Sup.
Trito, marinus buccinator, & hydraulicum instrumentum. Scal.
Triton, pelamydum generis, ex eo horræa cybia fiunt.Lex.Phil.
Trito,as,sæpe tero: *Tritolare*.
Tritor,ōris,qui aliquid terit, *Pestatore*. Item

tritura. Pap.
Trittij, tertia pars tribus.
Tryttyarches, qui præest tertiæ parti tribus.
Trittya, sacrificium perfectum ex tribus victimis, tauro, sue, oue, Suouetaurilia. Rh. Suid.
Tritūra, ars, & actus terendi, Tritatura.
Tritura, tragema, tragea, tricia. Mesue.
Trituro, as, tero. Tritare. vnde Tritor Tritura.
Tritus, us, ipse actus terendi. Tritum, attritum, *Franto*.
Triuenefica, maxima venefica, & insignis, *Granmaliarda*.
Triuespĕrus, Triheſpĕrus, nox è tribus coalita.
Triuia, Diana, quod triuijs præesset, dicta.
Triuiālis, qui in triuio habitat. Triuiāle verbum incultum, inelegans, ad triuium pertinens.
Triuiātim, per triuios, *Crocial di strada*. Triuialiter, passim, *Trivialmente*.
Triuiū, locus, è quo trium viarum iter fieri potest.
Triuiritim, per tres viros.
Trium literarum homo, fur, *Ladro*.
Triumpho, as, vinco hostes. *Trionfare*.
Triumphus, triumphātus, us, triumphator. Triumphalia, triumphatio. Triumphāle, ad triumphum pertinens.
Triumpho, as, triumphum facio.
Triumuiratus, us, triumuirorum officium. Triumuir, vnus ex tribus viris Triumuirālis, *Triumvirato*.
Triuncis, quadrans è tribus vncijs constans. Triuncium, trium vnciarum. Teruncium.
Triuŏlum, instrumentum, quo frumentum in triturā teritur. Fest.
Triuus, ea corporis pars, vbi innitimur stantes, aut sedentes, vt plantæ pedum, nates, &c. Lex. med.
Trixago, herba, Trissāgo: vide, Chamedrys, scordium.
Trixus, ricinus. Lex. Phil.
Troas, Bibl.
Trochaicus, a, um, trochæis constans,
Trochalia, rota, quâ aqua è puteis hauritur.
Trochantera, tuberculum, femur, magni ossi processus. Lex. med.
Trochæus, cursorius, cursui aptus, pes citus, & breuis, constans syllaba longâ, & breui.
Trochatus, instar trochi formatus.
Troche, trocha, tocha, calculus. Isid. gloss.
Trochea, trochos, trochus, turbo, *Trottola*, instrumentum puerile lusorium, & tortorium. Item, concha trochi instar turbinata.
Trochilia, trochleæ, quibus manutergia suspenduntur, Sauarus.
Trochillus, trochīlus, p. p. parua auis, regulus, aut rex auium dicta, aquilæ inuisa, *Canetto*.
Trochiſcus, trochūlus, trociſcus, parua rota, pastillus. *Girella, piastrella*.
Trochlea, rechamus, instrumentum, & conceptaculum rotularum, striatorumque orbiculorum, quo funes ducuntur, pondera leuantur, *Taglia, girella*. Rota ipsa, & orbiculus in genere.
Trochleātim, per trochleam, trochleæ in morem. Sidon.
Trochlhoracium, horologium in trochleâ descriptum.
Trochūlus, paruus trochus, *Trottoletta*.
Trochus, rotæ, aliquid rotæ simile Vide, Trochea.
Trocta, trutta, truta, varius, salar, piscis fluuiatilis, *Trotta*.
Trogalia, bellaria, dulciaria. Cassian.
Trogla, cauerna rosione facta. Troglites, Passer. Lex Phil.
Troglodytæ, populi cauernas incolentes. Troglæ, dictæ cauernæ. Troglodytica, animalia in cauernis habitantia. Troglodyticus, a um.
Troglytæ, passerculi, in oppidorum muris, & turribus nidificantes. Onom. m.
Troglodytes, auis, *Reatino*.
Trogmata, tragemata, Athen.
Trogon, auis genus.
Trogŭlus, cuculla, monachalis vestis. Pap. *Scapulare*. Vide, Cuculla, Trochulus, rotundum capitis tegmen.
Troia, ludus equestris puerorum. Lex. Phil.
